





THE LIBRARY  
OF  
THE UNIVERSITY  
OF TEXAS

RARE BOOK COLLECTIONS

VanderPoel Campania Collection

**HOMER.**—CUPER (Gisbert) Apotheosis, vol Consecratio Homeri, sive Lapis Antiquissimus, in quo . . . Homeri Consecratio sculpta est, Commentario illustratus, *folding plates and engravings in text*, sm. 4to, *old calf, joints cracked*, Amstelodami, 1685

Careful and learned description of an interesting bas-relief, found in the 17th century, about 10 miles from Rome, and now in the Brit. Museum.


Includes also : Explicatio, Gemmae Augustae Numismata antiqua explicata . . . nec non Utilitas quam ex numismata Principes capere possunt.

2 - '59

"But that which of all the Remains has been of late the chief amusement of the learned, is the Marble called his Apotheosis, the work of Archelaus of Priene, and now in the Palace of Colonna. We see there a Temple being with its veil, where Homer is placed on a seat with a footstool to it, as he has described the seats of the Gods; supported on each side with figures representing the Iliaid, and the Odegy, the one by a sword, the other by the ornament of a ship, which denotes the voyages of Ulysses. On each side of his footstool are mice, in allusion to the Batrachomyomachia. Behind, is Time waiting upon him, and a figure with turrets on his head, which signifies the World, crowning him with Laurel. Before him is an Altar, at which all the arts are sacrificing to him, as to their deity. On one side of the Altar stands a boy, representing Mythology; on the other, a woman, representing History: after her is Poetry, bringing the sacred fire; and in a long following train, Tragedy, Comedy, Nature, Virtue, Memory, Rhetorick, and Wisdom, all in their proper attitudes".

Pope's Essay on Homer.

This interesting Bas-relief was found about the middle of the 17<sup>th</sup> Century, at Frattochie, the ancient Bovilla, in the Appian road, ten miles from Rome. It was for many years in the Colonna Palace, at Rome, and was purchased for the British Museum, in the year 1819, where it now remains.



APOTHEOSIS  
VEL  
CONSECRATIO  
HOMERI.  
SIVE,

Lapis antiquissimus in quo Poëtarum Principis  
HOMERI Consecratio sculpta est,

COMMENTARIO ILLUSTRATUS

A

GISBERTO CUPERO.

ACCEDUNT

*Explicatio Gemmæ Augustæ: Numismata antiqua explicata: Inscriptiones &  
Marmora antiqua exposita & illustrata: nec non Utilitas quam ex  
numismatis Principes capere possunt;*

AUCTORE EODEM.



AMSTELÆDAMI,

Apud HENRICUM, & Viduam THEODORI BOOM, 1683.

1872

THE UNIVERSITY OF CHICAGO  
LIBRARY

PHYSICS DEPARTMENT  
5712 S. UNIVERSITY AVE.  
CHICAGO, ILL. 60637

PHYSICS DEPARTMENT  
5712 S. UNIVERSITY AVE.  
CHICAGO, ILL. 60637

12 100  
VI  
Chicago

# LECTORI.



Occupatione mea & publicis negotiis factum est, ut nunc exeat demum Commentarius in Marmor antiquum, in quo Poëtarum Principis Homeri consecrationem Archelaus Prienensis statuarius sculpsit artificiose. Et licet, postquam in Illustrissimum Præpotentium Fæderatorum Belgarum. Ordinum Concessum delegatus sum, vix detur vacare studio, cui ab ineunte adolescentia me dedi, tamen ut promissis exhiberem fidem, amicisque, quorum in potestate vivo, morem gererem; diutius premere non potui, quæ digesseram ex variis auctõribus collecta; quæque arbitrabar si non omnem, at saltem haud pœnitendam partem Lapidis eruditissimi illustratura. Non longis verborum ambagibus opus hoc commendare tibi, Lector, conabor; sed tamen spero inventurum te, quæ ab aliis vel non interpretata, vel male explicata sunt. Neque tamen præstare velim, omnia mea ex Apollinis, ut est τὸ τρίποδος, tripode profecta esse. Si quod enim studium divinationibus & conjecturis est obnoxium; illud profecto esse, quod ab Humanitate studiisque politioribus nomen habet, fatebuntur omnes, qui non plane hospites in eo sunt; maxime, quando in nummorum, gemmarum & marmorum, quæ plurima à me illustrantur, abstrusum reconditumque sensum inquiritur. Ut autem exemplo architecto-

*rum brevi in tabella formam operis exhibeam, ecce tibi, quæ mea de tam eleganti lapide sit sententia. HOMERUS barba & capillo decorus, inferiorem corporis partem tectus, diademate caput cinctus, sceptrum sive hastam tenens, nec non comitem habens aquilam, tamquam Novus Jupiter, insidet monti Olympo. Hinc sequuntur Musæ dulci vocum concordia ejus, ut Iovis apud Hesiodum, animum demulcentes, variis Vestibus, ut tunica palliolata, ῥίσιφ, epomide, exomide, ἐπερομαχάλω, supparo, aliisque exornata. Undecim numero sunt, quia Ilias atque Odyssea illis adscriptæ, stant in antri ostio, quemadmodum patet ex pileo, Ulyssis sive Odysseæ, atque arcu cum pharetra, Iliadis insignibus. Prope antrum basi insistit vir pallio quadrato amictus, sive ille ipse sit Homerus carmina sua canens, sive Linus, sive Lycurgus, sive Pisistratus, ut censebat Clarissimus Heinsius, an vero Pittacus, quemadmodum Illustrissimo visum fuit Spanhemio. A tergo viri posita est machina, cujus supremæ parti adjicitur character Ægyptiacus, vel littera, ut vocant, Tautica; qua, si figura hæc Homerum representat, videtur notare artifex Ægypto illum oriundum esse, id quod nonnullos veterum memoriæ mandasse constat. Hinc aperit se clarior rerum series, & quem modo Olympo insidentem conspeximus Homerum, in templo sedet, variis Artibus ipsi sacrum facientibus. ΕΥΜΕΛΙΑ designat divinam carminis pangendi artem, modulationem aptam, & veteribus*



*toties laudatum nostrisque auribus fere incognitum rhyth-  
 mum. Sed cum me illustrissimus nec non eruditissimus  
 Abbas Raphaël Fabretti certiolem fecerit in ipso mar-  
 more reperiri ΚΟΥΜΕΝΗ, & figuræ muliebri caput  
 turritum esse; melius erit intelligere, Orbem terrarum  
 testari, Homerum Principem esse Poëtarum. ΧΡΟΝΟΣ  
 significat tempus mythicum usque ad bellum Trojanum  
 tantum extendi, atque ab eo temporum & annorum or-  
 dinem, veramque historiam initium habere; vel poësin  
 Homeri in omne ævum duraturam loquitur; alasque ter-  
 go affixas habet, quia nihil tempore velocius. Hinc oc-  
 currit HOMERUS sceptrum manu tenens; atque la-  
 tera ejus cingunt ILIAS & ODYSSEA parvulis  
 virginibus adumbrata, quia libri Poëtarum filiaë,  
 Πυρραία, καλλιόχη, illique horum parentes solent appellari.  
 ILIAS armatur ense propter bella & cædes; ODYS-  
 SEA vero a plustre propter errores Ulyssis tenet. MU-  
 RES prope Μουσίδιον, chartulas rodentes, vel notant  
 Batrachomyomachiam ab ipso scriptam; vel invidios, instar  
 murium corium, chartas, similesque res rodentium, ejus  
 famam vellicasse & lacerasse. ΜΥΘΟΣ, additur, quia  
 fabulæ & fictiones ex sententia plurimorum veterum pro-  
 prius poëseos character; HISTORIA, quia bellum  
 Trojanum gestum, & Troja deleta est; aliæque insuper  
 in utroque opere historię recensentur; ΠΟΙΗΣΙΣ, quia  
 verba ligata sunt, & Homerus non modo Heroico car-  
 mini, verum etiam aliis omnibus originem dedit. ΜΥΘΟΣ*

præterea puer est, quia in fabulis omnia perspicere nequeunt,  
 sed instar puerorum semper in iis explicandis hæremus;  
 nec non quia pueri sacrificiis adhiberi solent; unde &  
 guttum sive gutturnium ad Vinum aræ insundendum  
 cum patera tenet, non secus ac HISTORIA ex  
 acerra sumptas micæ thuris duobus primoribus digitis  
 aræ injicit. Mira adstat bos formæ; sed ejuscemodi Ca-  
 riam, cui Priene artificis Archelai patria vicina, gigne-  
 re Plinius & alii docent. TRAGOEDIA viro, CO-  
 MOEDIA muliere, id quod absque ratione factum non  
 est, representata sequuntur; quia poëta noster Τραγικῶν  
 ἡγεμῶν ἢ διδάσκαλος, nec non Comædiæ πατὴρ existima-  
 tus est; argumentaque & operis regulam ac normam  
 Tragicis & Comicis quasi præscripsit. ΦΥΣΙΣ denotat  
 singularem rerum naturalium cognitionem Homerum  
 habuisse, naturæ fuisse, ut Macrobius loquitur, con-  
 scium; & celum, stellas, mare, terram, animalia,  
 plantas additis convenientibus epithetis descripsisse dili-  
 genter; Mathematicum, Astronomum, Astrologum-  
 que eundem fuisse, ἢ τὴν Φυσικῶν ἢ τὴν σοικεῖα δέχων. Pueri-  
 bus illi habitus, quia in mysteriis illis & abstractis inda-  
 gandis rebus, propter plurima incognita, pueri veluti  
 & infantes sumus, atque uti loquitur eleganter Seneca;  
 in vestibulo ejus hæremus; illa arcana non pro-  
 miscue nec omnibus patent; reducta & in interio-  
 re sacrario clausa sunt; ex quibus aliud hæc ætas,  
 alia quæ post nos subibit, adspiciet. ΑΡΕΤΗ signi-  
 ficat

ficat illam Philosophiæ partem, quæ virtutem colit & mores format, ab Homero luculenter describi; quo respicit Horatianum illud:

Trojani belli scriptorem, maxime Lolli  
Dum tu declamas Romæ, Præneste relegi  
Qui quid sit pulchrum, quid turpe, quid utile,  
quid non

Plenius ac melius Chryfippo & Crantore dicit.  
ΜΝΗΜΗ *adest; quia belli Trojani memoriam tradit, & plurimas historias vetustiores, antiquitates, vocabula antiqua, nec non priscum loquendi servat characterem. Per ΠΙΣΤΙΝ intelligo Rhetorum contentionem, quam Latini probationem appellant; arbitrorque auctorem marmoris nos docere velle Rhetorices, artisque bene ac ornate dicendi regulas apud Homerum inveniri. ΣΟΦΙΑ tandem agmen claudit, quia poëta σοφοὶ vocantur, antiquissimique Poëta & Musici Philosophi fuerunt; eorumque omnium poëta noster σοφώτατος; ut & Philosophorum princeps, σοφάτωρ καὶ δέχνητος Ἐπλάτωνος καὶ Δεισιδελγῆς λόγων, & geographiæ δέχνητης; unde multi olim de Philosophia HomERICA scripserunt, & philosophi placita sua ejus, tanquam certissima auctoritate, defendebant. Hinc sequitur pars operis secunda; inque ea de vestibus, quibus Musæ, artes & disciplina ornantur, de chlamyde Macedonica, Alexandria vera forma, diis alatis, aliisque rebus veneres suas & elegantias habentibus, ago. Adjicitur Explicatio gem-*  
mæ

mæ Augustæ, in qua Augustus currui insidet fulmen tenens; varia numismata antiqua; Inscriptiones & Marmora antiqua explicata sequuntur; nec non tandem UTILITAS QUAM EX NUMISMATIS PRINCIPES, sive summa Reip. admoti viri, CAPERE POSSUNT. Patientia tua, Lector, abuterer, si breviter tibi ob oculos ponere animum inducerem, quas res in hisce dissertationibus explicare aggressus sim; inspice & evolve, si tanti, illos; erroresque, quos credo irrepisse quamplurimos, dona homini, quem negotia patriæ & urbis occupant; vel comiter atque ut eos, qui Humanitatis studia profitentur, decet, corrige & emenda. Atque ut dies diem, hora horam; ut est τὸ λεγόμενον, docet; ita post animadverti inscriptionem, quam explico pag. 234. ita interpretari in Inscriptionum volumine Reinesium; quæ pag. 243. de Anaxagora Philosopho monero, occupasse Joannem Pearsonium, Illustriss. & doctissimum virum; & tandem lapidem Græcum, qui exstat pag. 295. similiter fere explicari in Marmoribus Oxoniensibus. Monenda hæc duxi, ne quis forte existimet, me ex eorum numero esse, qui instar avis Æsopiæ se alienis exornant plumis. Quod si forte aliæ explicationes, id quod facile accidere potest, ab aliis occupatæ sint; jurato crede, Lector, me inscio & ignaro illud factum esse. Cum autem, dum opuscula hæc eduntur, nonnulla, quæ ut addantur digna sunt, observaverim; ea, pace quod fiat tua, supponam. pag. 5. lin. pen. post auctorem,

ad-

*adde, Propertius per excellentiam, primum: pag. 9. lin. 18. post ἰδέο: Quò pertinet Pausaniam narrare in Bœoticis apud Thebanos Hesiodi statuam sedentem genibus citharam sustinere. Nam cum illa non fuerit κίθαρ Poëta Φέρημα, atque ad lauri ramum cecinerit, patet non obscure, heroica carmina ad lyram vel citharam fuisse decantata. pag. 13. l. 18. post; neque enim: cum Viro antiquitatis peritissimo capite nono Historiæ numismatum comminisci debemus hoc ex loco, vicum vel oppidum, quod Homeri nomine vel Homereium vocabatur, quodque utebatur pecunia, cui poëta vultus & nomen erat inditum; neque pag. 27. l. 20. post, distinctæ: Opera tamen pretium erit inspicere sarcophagum marmoreum in villa Matthæi Romæ exstantem; & exhibitum à Jacobo Sponio in Miscellaneis Eruditæ Antiquitatis, in quo novem Musæ cum suis insignibus expressæ, atque à viro doctissimo eleganter admodum & breviter explicatæ sunt. pag. 30. l. 5. post, tribuant: Varro quoque in Sesqui-Ulyssè apud Nonium scribit; Diogenem postea pallium solum habuisse: & habere Ulysses meram tunicam, pileum ideo non habere. pag. 115. lin. 1. post Eustathio: nec non Varronem in fragmentis: Marcum Odysseam Homeri ruminari incipere; cum Ὀδυσσεὺς scripturum se ferio receperit. pag. 116. l. ult. post C O N I U G I K A R. Statius libro IV. Sylv. carm. 6. Myronem doctum, & Lysippum doctum artificem vocat; Martiali celebratur docti Myos labor in phiala; & Propertius lib. 2. El. 13. celebrat doctam falcem;*

Et vitem docta ponere falce comam; ubi Scaliger non bene doctam scribit. pag. 126. l. 30. post, præbent: & Benjamin Tudelensis huc respiciens scribit, urbem superiori loco esse conditam, ab inferiori parte convexam, innitentem fornicibus. pag. 127. l. 30. post, Politianus; nec non M. Antonius Majoragius & Nicolaus Majoranus. pag. 135. l. 36. post appellant: Neque aliter Theodulphus Episcopus Aurelianensis, qui floruit seculo VIII. exeunte, appellat Angilbertum poëtam tunc temporis celebrem, lib. 3. carm. 3.

Psittacus & variis imitatur voce Camœnas  
Commaculans Musas, vatis Homere, tuas.

Alcuinus Flaccus carm. 250. ad eundem,

Dulcis, Homere, precor, Flacci memor esto poëtæ.

Imo Carolus Rex, cum ad illum de professione ad Leonem scriberet, epistola titulum fecit, Homero Auriculario; eandemque his verbis conclusit; Vade reversurus cum salute Homeriane puer: ubi videtur scribendum, Homeriana; id est, salute, quam tibi dabit Homerus ille auricularius, vel Angilbertus, nisi forte puer vel servus, per quem epistolam mittebat, fuerit Angilberti: pag. 140. l. 29. post, antiqui: quem parum abest, quin ipsum Battum fuisse affirmem; quia ita canit Catullus:

Quam magnus numerus Libyssæ arenæ  
Lacerpiciferis jacet Cyrenis  
Oraculum Iovis inter æstuosi  
Et Batti veteris sacrum sepulchrum.

Pag. 170. lin. 9. post legi; nisi quod Ovidius lib. v. Metam. canit Musas, cum vim Pyrenæi, à quo tecto erant receptæ, effugere vellent, alas sumpsisse:

Im-

Impetus ire fuit. claudit sua tecta Pyreneus  
Vimque parat, quam nos sumtis effugimus alis.

*Eustathius quoque ad Il. a. notat Musas victis Sirenibus pennas evulsiſſe, colligasse funiculis, capitibusque inde singulas imposuisse εὐφραίων ἡέμενον; & nescio ex quo auctore Comes Natalis observat; illa de causa postea Musas alatis capitibus, prater illarum matrem fuisse. pag. 205. lin. 7. post, Stradam: & Domitianus in alio elegantissimo, quem exhibet Buchelius in notis ad Wilhelmum Hedam: nec non Apollo Actius in eo, quem exhibet Illustris Spanhemius ad Juliani Casares; quos cum hac scribo, commodum dono mihi mittit Vir Excellentissimus: imo Antiochus Epiphanes, qui Bacchi vel Dionysi cognomen sumpsit, corona hederacea & radiata insignis est apud Johannem Vaillant, virum antiquarie rei peritissimum, in Historia Regum Syriæ pag. 237. Notandum Artemisia in nummo, si ad genuinum effectus est, litteram Σ. posse denotare Σώτρας id est, Servatrix: quod nomen antea deabus, & postea Ægypti Reginis fuit datum. pag. 284. in Inscriptione, que apud Gruterum exstat Eucleia vel ad Venerem potest referri, quomodo Diana eodem cognomine insignitur apud Pausaniam in Bœoticis: vel erit peculiaris Deæ nomen: quemadmodum apud eundem in Atticis legimus Athenienses exstruxisse victis in campo Marathonio Medis vel Persis ναὸς Εὐκλείας. In Dissertatione tandem de Utilitate, quam ex nummis, &c. observandum est, omnes voces, que quadratis litteris scribuntur, ex nummis desumptas esse: excepta una aut altera, que in Lapidibus vetustis existant: Vale, & hisce frueri.*

Εἰς τὴν

ΟΨΗΡΟΥ

ΑΠΟΘΕΩΣΙΝ,

Καὶ τὰ πολυμαθέα

Ἄνδρες ἐνδοξοτάτους

ΓΙΣΒΕΡΤΟΥ ΚΟΥΠΗΡΟΥ

Εἰς τὴν αὐτὴν

ΓΠΟΜΝΗΜΑΤΑ.



ἂν πάντες διπλόηται μερόπτεσιν Ὀμηροῦ

Γένηται δόποθνήσκων ἐπὶ πόλεσιν ἔργα.

Λήγεται δ', Ζῶς εἶπε, καὶ ἀθανάτων καλὸν ἐς δῶ

Μοσίων κύκνον ἤραγ' αἰοιδότατον.

Καὶ νῦν ναυεὶς ἄλλω πύλιν, ἀντὶ ἧ γαίης

Ἐλαβεν Οὐλυμπον παρὰ Μαιονίδης.

Θαυμάσθην μὲν γαῖα, θεὸν ὅταν, ἔ' ὀλιγάρῃ

Θνητῶ ἐν ἀνθρώποις, εἶδεν ἐν ἔρανοις.

Τὸν ἧ τάχιστα θεῶν πάρεδρον μέγαν ἔρανιῶνων

Οὐρανόισιν ἴση τιμαὴν δόσεβην.

Εὐσεβίη, πολλὸς τε τιμῶν, πολλή τε σωπῆ

Πάντας ἔχθ' ἔθνη, πάντας ἔχθ' μακάρων.

Ἰσορίη, Μῦθος, Σοφίη, Μνήμη, φύσις αὐτῆ

Σπένδουσιν θεῶν τῶδε θεῶ λίθαιον.

Εὐμελίη μετόπισθε νέον ἔφθ' Ἀπόλλωνα,

Τῆς Δάφνης ἱερῆς χερσὶν ἔχου κόμας.

Αἰ δ' ἄρα ἐννεὰ κῆρα, εἷς λήθουσι αἰοιδῆς,

Πίνουσιν τῷ τῷ ἔασιν δειπῶν.

Αὐτὰρ ὁ Ζῶς κερύφαισιν ἐν ἀκροτάταισιν Ὀλύμπου

Μελπομένης θεῆς ἔρπει ἀρμονίη.



I N  
C O N S E C R A T I O N E M  
H O M E R I C A M,  
E T

*In eam eruditissima*

G I S B E R T I C U P E R I


*Viri amplissimi*

C O M M E N T A R I A.

**D** *Espectus cunctis dum vixit, morte peremptus  
Septem Mæonides rixa fuit populis.  
Desinite hujus, ait Divûm pater, inque sereni  
Templa poli cycnum ducit Apollineum.  
Jamque his dissimiles urbes habet. omnis Olympus  
Pro terra vati patria Mæonio est.  
Obstupuit tellus, post funera, quem modo vicum  
Sprevit in humanis, vidit ut in Superis.  
Illi continuo Divûm comitique Deoque  
Sacra facit, Divis debita, Relligio.  
Relligio, multusque metus, multumque silentiûm  
Continet ora hominum, continet ora Deûm.  
Mnemofyne, Historie, Sophie, Natura, Pœsis,  
Huic spargunt plenis thura Deo manibus.  
Eumelie post terga novo diademata Phæbo  
Imponit gemina, laurea ferta, manu.  
Ast Heliconiadum, modulorum oblita suorum,  
Turba bibit dulces illius aure modos.  
Ipse Pater summo recubans in vertice Olympi  
Cantantis numeris ducitur æthereis.*

Ταῦτα μὲν ἑρηνίῳ προμαθεῖσαι περὶ ἐνεαλήρων  
 Ἐξέσε τεχνίτη χεῖρ σοφὸς Ἀρχέλειω.  
 Ἡ δὲ λίθος πολλὰς πείραξιμαρξας ἐνιαυτῶς,  
 Ὡς Κρόνον, ἐν γαίῃ ἤλαθεν Αὔσονίη.  
 Ἀλλὰ μιν Αὔσονίης μέγα Φῶς Κιρχῆρ ἀφάρης  
 Ἐς Φάει ἠελίξ λαμπρὸν ἐπεμψε πάλιν.  
 Ἐλλόγμω Γίσβερ, ἀγαίων δόξα Σικαμβρῶν,  
 Τῇ ποσπέρης δόξαν δῶκεν ἀρειοτέρων.  
 Χαῖρε λίθος, χαῖρ' Ἑλλαδικῆς κειμήλιον αἴης,  
 Μαριύμον τέχνης χαῖρε παλαιότητης.  
 Σοὶ μὲν ὁ δῶκε βίον σὺ δὲ τῷ. Πόλον εἰσαναβαίνε  
 Τὸν Διὰ Κεπήρ, τὸ Διὰ Μαιονίδης.  
 Θεῖαν Μαιονίδης φύσιν ἔλλαχεν· ἔλλαχε θεῖον  
 Οὐνομα Κεπήρ, καὶ κλέει ἀθάνατον.

ΠΕΤΡΟΣ ΦΡΑΓΚΙΟΣ.




*Talia jam dudum, divos edocta per ipsos,  
Docta manus magni fecerat Archelei.  
At lapis innumeros annos, Saturnus ut olim,  
Delituit terra conditus Ausonia.  
Illi autem, lux Ausoniae clarissima terræ,  
Kircherus lucem rursus habere dedit.  
Magna Sicambrorum Gisbertus fama suorum  
Majus ei primo donat honore decus.  
Salve telluris Graeae dos inclita; salve  
Artificum veterum pignus & arrha, lapis.  
Hic tibi, tu vitam das illi. Debet Olympum  
Illi Meonides, Meonidae ille suo.  
Meonides caeleste solum: caeleste, nec ullo  
Cuperus moriens tempore nomen habet.*


PETRUS FRANCIUS.



# INDEX AUCTORUM, QUI EMENDANTUR & ILLUSTRANTUR.

<b>A.</b>		Laetantius Flacidus,	249
	Neas Gazzus,	Livius,	16
	pag. 125	Lucianus, 12, 59, 80, 81, 82, 168, 180, 283	
	Albricus Philosophus,	M.	
	245	<b>M</b> Anilius,	214
	Amm. Marcellinus,	Marmora figuris decorata, 151, 168, 178,	244, 261
139			
Ammonius,			
157			
Anacreon,			
174			
Anton. Liberalis,			
37			
Apollon. Dyscolus,			
16			
Apollonius Smyrnæus,			
85			
Aristophanes,			
242			
Aristoteles,			
140			
Arnobius,	172, 253, 277		
Auctor anonymus cum Cenforino editus,			
Passionis SS. perpetuæ & Felicitatis,	150		
Avienus,	32		
<b>C.</b>		<b>N</b> Onnus,	12, 172
<b>C</b> Alpuernus,	73, 216	Nummi veteres, 8, 44, 72, 74, 130, 138,	
Carullus,	175	141, 143, 152, 166, 170, 173, 176, 185,	
Cedrenus,	6, 161	188, 190, 205, 209, 211, 210, 213. atque	
Chronicon Orientale,	162	à pag. 223. usque ad pag. 258. quibus plu-	
Cicero,	117, 274	rimi tam editi quam inediti illustrantur,	
Constantinus Manasses,	97	261, 280, 287, 289, 294	
<b>D.</b>		<b>O</b> Vidius.	54, 163, 182
<b>D</b> iog. Laertius,	243	<b>P</b> Aufanias,	28, 143
Diogenianus,	270	Petronius,	58
<b>E.</b>		Plautus,	53
<b>E</b> usebius,	254, & 255	Plinius,	10, 73, 186
Eustathius, 22, 130, 145, 181. & alibi		Plutarchus,	23, 75, 140, 157, 158
passim.		Polyænus,	75
<b>F.</b>		Pollux,	70, 81
<b>F</b> estus,	139, 200	Porphyrius,	170
<b>G.</b>		Proclus Archiepisc. Constantinop.	269
<b>G</b> emmæ antiquæ, 8, 86, 174, 192, 203		Propertius,	11
Glossæ,	180, 191	<b>Q.</b>	
<b>H.</b>		<b>Q</b> uintilianus,	113, 191
<b>H</b> erodorus,	45, 39	<b>S.</b>	
Hesiodus,	25, 26	<b>S</b> idonius Apoll.	68
Hesychius,	80, 150, 152	Silius Italicus,	20, 128
<b>I.</b>		Simmius Rhodius,	62
<b>I</b> nscriptiones, 108, 134, 171, 207. & à		Stephanus,	251
pag. 265, usque ad pag. 304		Suetonius,	149, 204
Inscriptiones ineditæ, 116, 266, 267, 271		Suidas,	59, 144, 161, 270
Justinus,	59	<b>T.</b>	
Juvenalis,	187	<b>T</b> acitus,	219
<b>L.</b>		Tatianus,	2, 111, 166
<b>L</b> aetantius,	4, 322	Tibullus,	21





ΑΡΧΑΙΟΣ ΑΓΟΛΑΝΙΟΥ  
ΕΡΩΙΣ ΕΡΗΝΗΣ

ΕΥΜΕΛΙΑ ΙΠΟΝΟΣ ΛΑΙΑΣ ΟΑΥΤΕΡΙΑ ΟΜΗΡΟΥ ΜΥΘΟΣ  
Io. Bapt. Salisfructus pter. Florentinus del. et Scul. Rome. 1698.

ΙΣΤΟΡΙΑ ΠΟΙΗΣΙΣ ΠΡΑΤΟΛΟΓΙΑ ΚΑΛΩΔΙΑ ΦΥΣΙΣ ΑΡΕΤΗ ΜΟΡΦΗ  
ΠΙΣΤΙΣ ΣΟΦΙΑ

*In sua Poesi divinitas,  
Somnium huiusque Mortalibus creditur,  
retandem probatur.*

*Eccē Homerus in Deos assumptus  
per varios Flamens, et consecrationum Ordines  
Musarum tum maxime ad divinos honores  
evehitur.*

*Lapis admirabilis in Maritensi Columnae summo Principum  
diuine erubus,  
Astrum Lante Famulae in elevandis literas par occisionem  
aeris veluti monumentum  
refatur.*

# A P O T H E O S I S

S E U

## C O N S E C R A T I O

H O M E R I.



Magna semper honore fuerunt illustri ingenio præditi, & optimarum artium studiis exculti viri; omnisque ætas admirata est & suspexit vivos non modo; verum etiam in mortuos honores amplissimos, qualesque jure debebantur optimis præceptoribus generis humani, & ad omnia præclara certissimis ducibus, summa alacritate contulit. Non meum est longo ordine, quamvis voluptatis hæc plena sint, recensere maximos Reges, Principes cives, clarissimas urbes excellentia suorum temporum ingenia coluisse & fovisse; tantaque est horum series, & tam latus aperit se differendi campus; ut nimis à re, quam elucidandam sumpsi, abducerer & lectori alia expectanti tædium ac nauseam crearem. Præcipua autem eruditorum præmia; & æterna quasi doctrinæ, laboris, vigiliæ monumenta ejusmodi sunt, ut majora vix quisquam sperare audeat, vel alia melius commemorationem nominis cum omni posteritate adæquare possint. Statuas; expressos auro, argento, ære vultus; & omnium honorum apud gentiles cumulum, inter Deos vel Heroas relationem, quibus rebus optime mortuorum memoriam æternitati se consecrare existimabant, loquor. Gorgiæ Leontino studiis literarum cunctis præstanti ab universa Græcia in Apollinis Delphici templo statuam positam esse scribit Maximus Valerius; Anacreontis in arce Athenarum; Tragicorum, Comicorum, interque eas Menandri, Euripidis, Sophoclis & Æschyli; Isocratis circa Hadriani Olympium; Pindari prope Martis

A

ædem;

ædem; Poëtarum in Helicone; Polybii apud Mantinenses in Latonæ templo, in foro Megalopolitarum, & alibi ejusdem nec non aliorum statuas variis Pausanias celebrat locis. Apud Himerenses Stefichori poëtæ statua senilis, incurva cum libro, & summo artificio facta, teste Cicerone libro in Verrem secundo, fuit: *Æsopo*, uti Phædrus canit, *ingentem statuam posuere Attici, Servumque collocarunt æterna in basi*. Eundem honorem Cornelio Frontoni habuit M. Antoninus, & diu ante ipsum, ne alios recenseam, Tiberius Imperator Euphorioni, Rhiano, & Parthenio, & eorumque imagines publicis bibliothecis inter veteres ac receptos auctores dedicavit; quin & Libera Resp. in comitio Pythagoræ, ut Græcorum sapientissimo; Hermodoro Ephesio, XII. interpreti tabularum; Accioque poëtæ in æde Camœnarum statuam posuit; quemadmodum Suetonius, Capitolinus, & Plinius memoriæ mandant. Numeriani quoque Principis oratio tantum habuisse fertur eloquentiæ, ut illi non tanquam Cæsari, sed quasi Rhetori in Bibliotheca Ulpia, decerneretur statua, cui subscriptum erat; **NUMERIANO CÆSARI, ORATORI SUIS TEMPORIBUS POTENTISSIMO**, apud Vopiscum. Hodie insuper non sine singulari proculdubio peregrinantium voluptate in Italia conspici licet Aristophanis, Aristotelis, Euripidis, Demosthenis, quem etiam ex ære se vidisse in Bruti Tusculano testatur Cicero, Herodoti, Hesiodi, Menandri, Senecæ, Socratis, Theocriti, Persii, Pindari, Ciceronis, aliorumque statuas, quas Titi Pomponii Attici, & M. Varronis (quorum ille libro complexus est virorum vultus, *qui honore rerumque gestarum amplitudine ceteros Romani populi præstiterunt: ita ut sub singulorum imaginibus facta magistratusque eorum quaternis quinisque versibus descripserit; hic vero benignissimo invento insertis voluminum suorum fecunditati non nominibus tantum DCC. Illustrium, sed & aliquo modo imaginibus non passus est intercidere figuras, aut vetustatem ævi contra homines valere*) imitatione ediderunt varii Antiquarii. Et ne foeminis eruditus suus honor desit, Tatianus celebrat statuas Praxillæ, Sapphus, Erinnae, Myrus Byzantinae, Anytæ, Telefillæ & Corinnæ; quæ omnes poëtices studio claræ fuerunt; quarumque Erinna, ut hoc obiter moneam, male *amica* Sapphus dicitur fuisse à viro doctissimo

Corn.  
Nep.  
s. 18.  
Plin.  
l. 35. c. 2.

Erb. De  
Poet. Gr.



mo; & Eusebius pari jure accusatur, quia illam memoriae mandat floruisse olymp. cvi. hanc vero olympiade XLII. quod tamen fieri nequaquam, ut ipsi videtur, potuit, cum altera alterius socia, amica vel ἑταῖρα fuerit. Verum nihil tale Tarianus tradit; sed tantum Silanionem ære expressisse Σαπφῶ πῶ ἑταῖραν; Naucydem vero Ἡρίναν πῶ Δεσβίαν; & ἑταῖρα ibi est meretrix; unde & paulo post eandem poetriam appellat γυώσιον παρνηθὲν ἐρωτομανεῖς; & Seneca tradit quæsitum fuisse num Sapphus publica i. e. ἑταῖρα fuerit. Sed ne signatos metallis Ep. 85. vultus omittam, Alcæus, Pittacus, Sappho Mitylenensium; Anacreon Tejorum; Aratus & Philemon Solensium sive Pompejopolitarum; Pytheus Colophoniorum: Hippocrates Cojorum; Pythagoras Samiorum, alii aliorum populorum in numismatis occurrunt. Et quasi hæc parva præmia forent, nec pensarent tot res præclare traditas, non dubitarunt alii viros eruditos aris, templis, omnique Deorum cultu colere; id quod ipsum eorum concilium ratum facit atque de- Lib. 2. cernit apud Martianum Capellam; *Sed postquam Jupiter finem* lib. 1. *loquendi fecit, omnis deorum senatus in suffragium concitatur, accla-* extr. *mantque cuncti fieri protinus oportere: adjiciuntque sententia joviali, ut deinceps mortales, quos vite insignis elatio & maximum cultmen meritorum, INGENIUMQUE in appetitum calium, propositumque siderea cupiditatis extulerit, in DEORUM NUMERUM cooptentur. Ac mox inter alios quos aut Nilus dabit, aut Theba, Æneas & Romulus, aliique quos postea astris DOCTRINÆ nomen inseruit, designati CÆLITES nominentur, ut post membra corporea deorum fierent curiales: adeo ut vere Perseus Zenonis auditor apud Ciceronem lib. 1. de Nat. Deorum dicat; eos esse habitos Deos, a quibus magna utilitas ad vitæ cultum esset inventa, ipsasque res utiles & salutares, Deorum esse vocabulis nuncupatas; & Minutius Felix alicujus muneris vel artis repertorem veneratam fuisse unamquamque nationem ut civem bona memoria. Istrus apud Auctorem vitæ Sophoclis testatur Athenienses decretum fecisse, ut κατ' ἑταῖραν singulis annis ipsi sacrificaretur; iidemque illi Ἡρώϊον exstruxerunt, & nominarunt Δεξιῶνα, quia Æsculapium ædibus excepit, vel, ut Auctor Etym. M. loquitur, ὡς τὸ τῆς Ἀσκληπιῆος δεξιῶσεως. Græcia apud Plinium Hippocrati eisdem cum Hercule honores de- 1.7.c.37. cernit; Pythagoræ, quem *senem Deum* appellat Capella tanta admiratio fuit, ut Metapontini ex domo ejus TEMPLUM fa-*

Just.  
Diog.  
Laërt. &  
Porphyr.  
in vita  
Pyth.  
Herodot.  
Lib. 1.  
c. 47.  
Phalar.  
Ep. 103.  
In vita  
Arist.  
Epist.  
26. Soc.  
In Phi-  
losp.  
lib. 1.

cerent, eumque PRO DEO colerent; Lycurgo, viro & morum sanctitate & doctrina celebri Spartani; Stefichoro poëta Phalaris Himeræ *νεώς* sive templum *μνημείον ἀρετῆς ἀθανάτων* exstruxit, honoresque illi *ὡς θεῶν* decrevit, & Aristoteles privata religione aram Platoni posuit, uti non obscure indicat Epigramma apud Ammonium: Phædrus per Socratem jurat, eumque esse *ἐν ἐνσεβῶν χώρῳ* vel *κατ' ἀσπερ* potius autumat: medicus apud Lucianum Antigonus Hippocrati singulis annis sacrificat: Melampus tandem medica arte clarissimus in Ægisthænis, urbs est agri Megarici, templum, festum, sacrificium & statuam meruit, teste Pausania, quod vel ideo monendum censui, ut insigni mendo liberem Lactantium, cujus de *Mortibus persecutorum* librum non ita pridem luce publica donavit Stephanus Baluzius, vir doctissimus, & de antiquitate Ecclesiastica plusquam bene meritus. Is igitur ubi narrat Galerium Maximianum in gravissimum morbum incidisse, nec ullo modo a medicis potuisse curari, ita loquitur: *Cessere Magistri Phyllides, Cirona, Metonius, Melampusius. Undique medici nobiles trahuntur.* Sed quatuor illi medici non nisi duo sunt, uti patet ex Virgili, quem sapissime exprimit, versu,

c. 33.

l. 3. G.  
extr.

*Quæstæque docent artes: cessere magistri  
Phillyrides Chiron, Amythaoniusque Melampus.*

quomodo plane apud Lactantium scribendum; cujus hæc est sententia; optimos Magistros qui aderant, non potuisse curare Galerium, & propterea eos ex aliis regionibus attractos fuisse: sicque idem alibi sui temporis aruspicum magistrum, inventoris nomine, vel certe veteris aruspicis *Tagem* appellat. Cum autem nemo ex toto veterum eruditorum populo sit, cujus fama tam longe lateque fuerit quam HOMERI diffusa, nihil equidem mirum opera ejus & Regibus & doctis placuisse, ipsumque exquisitis elogiis, & statuis decoratum, æri impressum, ac tandem inter Deos relatum fuisse. Nam licet Zoilus Amphipolitanus Iliadem & Odysseam oppugnaverit; licet Daphidas Telmisenfis mendacia objecerit; licet Xenophanes convitiis laceraverit; licet Caligula ut omnium, quem admodum dicere solebat sagacissimus senex Tiberius, exitio, ita Homeri fere vixerit, & cogitaverit de ejus carminibus abolendis, idem sibi licere dicens quod Platoni, qui eum è civitate, quam constituebat, ejecit: licet denique Hadrianus illum

illum κατὰ λείπειν, ἢ Ἀντίμαχον ἀντ' αὐτῆς εἰσαγαγεῖν abolere atque Antimachum loco ejus introducere voluerit; quemadmodum legere licet apud Suidam, Plutarchum, Suetonium, & Xiphilinum; vivit tamen vivetque tanti Poëtae laus, legitur *alterum* (ita Ovidio vocatur) *opus*; & exitus in hanc usque diem probat vaticinium Euclidis:

Ἐὐσεῖ) ἀθάνατον ἢ ἀγήραον ἡμᾶτα πάντα.

Hinc jam olim Hipparchus Pisistrati filius ita carminibus Homeri delectatus est, ut lege sanciverit, quinto quoque anno in Panathenæis ea publice per rhapsodos decantari debere: Alexander, cui a rerum gestarum gloria Magni cognomen datum est, dolebat, si alii poëtae Heroico operam daret; & cum inter spolia Darii scrinium repperisset auro gemmisque pretiosum (non autem Iliadem Homeri in scrinio, uti memoriae procul dubio lapsu scribit doctissimus vir, qui lingua Gallica observationes in poëmata Homeri & Virgilio edidit) varios ejus usus amicis monstrantibus, imo Hercule, inquit, librorum Homeri custodia detur, ut pretiosissimum humani animi opus, quam maxime diviti opere conservaretur: eoque nomine meruit ut φιλόμαχον Straboni & Eustathio vocetur, quod miror fugissè Robertum Titium & Yvonem Villiomarum, negantes Alexandrum proprio peculiarique vocabulo ab antiquis ita esse nuncupatum. Cassander Rex Macedoniae plerumque Poëtae nostri carmina in ore habebat, & Iliadem atque Odyssæam, ἵδως sibi describenda curavit: in Antiochi Syriae regis gratiam Aratus eadem διὰ τὸ ὑπὸ πολλῶν λελυμάνθαι, quod à multis essent depravata, correxit: Arcadum Legislator Cercidas, tanquam non satis se lectione ejus oblectasset, primum & secundum Iliados librum tumulo jussit inferri; Pompejus Magnus non ante expeditionem suscipiebat, quam primum legisset: mediæ denique Academiae conditor Arcesilaus antequam quieti se traderet, legebat aliquot Homeri versus surgensque dicebat sese ἐπὶ τὸν ἐρωμένον ad amores suos ire ὅπου ἐν βέλαισι ἀναγνώσει. Quin & eloquentiæ Romanæ pater Cicero ei neminem similem esse dicit; & ut breviter, quia a nostro argumento non aliena sunt, præcipua elogia recenseam; Plinius HOMERUM fontem ingeniorum, & primum doctrinarum & antiquitatis parentem: Vitruvius omnis Philologiæ ducem: Apulejus, prisca Poëticae divinum auctorem: Tertullianus, patrem liberalium disciplinarum: Imperator Justinianus, patrem omnium virtutis: Gajus Jctus summum

Lib. II.  
Anis

Fauf. ia  
Thoc,

Dion.  
Chryf.

Plin. I. 7.  
c. 29.

pag. 198.  
Ed. Rom

Carystius  
apud  
Athen.  
lib. 13.

Auctor  
vita A-  
rati.  
Ptol.  
Heph.  
lib. v.

Diog.  
Laert.

Lib. 2.  
de Div.

Lib. 17,  
c. 2. &  
2, 2.

lib. 7.  
lib. 9.

l. de An.

Procem.  
Digest.

apud Græcos poetarum: **Claudius Saturninus**, *præcipuum*; **Mofchus**, Καλλιόπας γλυκερὸν ῥόμα, *dulce os Calliopes*: **Lucianus**: μέγαν ἀληθείας προφήτην, *magnam veritatis interpretem*: **Nonnus** ἐπιπέτης ὄλον ὄρμον, *eloquentia totum poetum*; **Xenophon** in convivio σοφώτατον πεπεισμένον χρεὸν περὶ πάντων τῶν ἀνθρώπων; **Alcaeus Messenius** *Musarum & Charitum ἀσέβη*, **Leonidas** λαμπρότατον *Musarum Φέγγυ*; & **Antigonus Carystius** πενταχοῦ πολυπράγμονα (quod commodissimè Apuleji verbis interpretari possimus, *multissimum & omnium rerum peritum*) nominare nulli dubitaverunt. Neque revera tot virtutibus, quas uno ore non modo laudati, sed alii plurimi auctores decantant, prædito viro, statuarum honor negari potuit; nec tam abjecte sentiendum de Antiquitate, ut ingratham adversus Homerum fuisse persuasum habeamus. Nam Joannes Faber celebrat duo ejus signa marmorea, imagunculam parvam, cujus in basi **H O M E R I** nomen legebatur; nec non caput marmoreum. **Smichythus Anaxilæ Rheginorum tyranni servus & quæstor Olympiæ statuam H O M E R I & Hesiodi dedicavit**; Delphis alia erat ærea columnæ imposita: & **Cedrenus** narrans incendium, quo Constantinopoli octagonum deletum est, accurate operis antiqui signum describit: εἰς ἡμὴν τοιγαρὲν μετὰ τῶν ἐξαίρετῶν καὶ νοῦν ὑπερβαίνοντων τέτων, καὶ Ὀμηροῦ, ἰποῖο ἦν, συνάγων τὸν νοῦν, τῷ χεῖρε συνζευχῆς ὑπὸ τὰ σέρνα. καὶ πῶγων αὐτοῦ ἀπλῶς καθεῖτο, θρίξ τε ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ὁμοία ἐν τοῖς ἑκατέρωθεν τοῦ βρέγματος ἀραιουμένη, πετριχωμένῳ δὲ τῷ προσώπῳ γήρασι καὶ ταῖς ὑπὲρ τοῦ παντὸς φροντίσι εἰς μὲν ἦν μετριῶς ἔχουσα πρὸς ἅπαντα ὄμματα δὲ συνημμένα τοῖν βλεφάρῳ, οἷον καὶ ὁ περὶ αὐτῆ λόγος ἔχει, τυφλὸν ἐμφαίνοντα ἀνεβέβλητο δὲ καὶ τριβῶνιον ἐπὶ χιτῶνι, καὶ ῥσον εἰς βᾶσιν ἰμάς πες χαλκοῦς τοῖς ποσὶν ὑπέκειτο: id est, vertente **Xylandro**, *Inter præcipua & ingenium superantia opera, stabat & HOMERUS, qualis fuerat cogitabundus, manibus confertus infra pedes, barba sine cultu promissa: capilli capitis æquales, rari ab utraque sincipitis parte, facies præ senio hirsuta, ac curis de universo; nasus ad reliquas partes proportionem æquali: oculi palpebris affixi, ita ut caci formam præ se ferrent, qualem eum fuisse sama fert: supra tunicam pallio erat amictus, & ad basin infra pedes ejus lorum aneum subjectum. At cum πρόσωπος πετριχωμένῳ vel facies hirsuta præ senio & curis, Homero, cujus jam barbam descripsit, convenire nequaquam possit; mihi videtur scribendum; πετριχωμένῳ, id est, attrito, confecto vultu, lapsis genis. Sic Herodianus καμάτοις καὶ φροντίσιν*

1. 36. D.  
dev. 5.  
1. 16. de  
Fav.  
Idyl. 3.  
1. 16. de  
Amor.  
1. 3. c. 25.  
1. 1. c. 67.  
Anth.  
lib. 13.  
Dion. in  
Hist.  
parad. in  
Apolog.

Pausan.  
lib. 5.  
& 10.

πίσιν aliquem πετροχωμένον laboribus & curis confectum; Homerus, ἐπίερετο γήραι λυγρῶ, & epigrammatis auctor, γήραι ἢ πενή τε-  
 πευμένον dixerunt. Lorum autem pedibus subjectum forte respicit ὁ μικρομάστιγας, eosque à se indicat præstantia carminum su-  
 peratos. Similem statuam poëta Græcus anonymus memorat. lib. 5.  
 Anth.

Αυχένι μὲν κύπτοντι γέρον ἐπεσύρετο βότρυς  
 Χαίτης εἰς ὀπίσω πεφορημῶν αἰμφι δ' ἀκουὰς  
 Πλαζομῶν κεχάλασο. κάτω δ' εὐρύνητο πῶγων  
 Ἀμφιπαθεῖς, μαλακῶς δὲ ἢ εὐτροχῶ. οὐδὲ γὰρ ἦεν  
 Ὄξυτενῆς, ἀλλ' εὐρύς ἐπαυετο, καὶ ἄφαινων  
 Σπῆθεὶ γυμνωθέντι ἢ ἱμερόεντι προσώπῳ  
 Γυμνὸν δ' εἶχε μέτωπον, ἐκὰ πλοκαμῶν δὲ μετώπῳ  
 Ἡΐστασα ζωφροσύνη κερροτέφῳ.

*A cervice quidem incurva cani pendebant cincinni*

*Per tergora; circa tempora autem*

*Negligentes volutabant: deorsum dilatabatur barba*

*Undique protensa, aequalis & mollis; neque enim erat*

*In acutum tendens, sed lata, pulchritudinem conciens*

*Pectori nudo & amabili vultui.*

*Nuda frons; in illa vero*

*Stabat prudentia juvenes nutriens;*

Adjicitque mox γῆρας γλυκὸν amabilem senectutem; σέβας ἀπολάμ-  
 πειν μορφῆς, formæ venerationem effulgere; & binas genas κοιλαινέσθαι, ἢ  
 γήραι εἰκνῆνεντι ἕσχετους, excavatas, & senectute rugosa afflatas esse; quæ  
 sane haud multum abeunt ab ea, quæ in marmore occurrit,  
 poëtæ nostri effigie. Cum autem tanta admiratione foret  
 & celeberrimus propter numerosam in carmine pangendo  
 felicitatem; cumque multi populi illo cive gloriarentur,  
 & magna animorum contentione natales viri sibi vin-  
 dicarent, nihil utique mirum, si nummos vultu ejus præter-  
 ca signarunt; id quod Amastrianos fecisse patet.

Apud  
 Spanh. &  
 Patin.



Qui

Qui in averſa primi parte fluvius Smyrnæorum MELES jacet, indicat vel ad eum natum Homerum, vel illius nec non Critheidis nymphæ filium eſſe. Hinc ſane ex nonnullorum ſententia, uti patet ex certamine Homeri & Heliodi *Meles* vel *Meleſigenes* ipſe appellatus fuit; Statiusque canit,

*Smyrna tibi genule ſolum, potuſque verendo*

*Fonte Meles.*

Meleager quoque in Epigrammatis Muſas Homericas *Μελεαγείας χαρίτας*; Tibullus ſcripta Homericæ *Charitas Meleæas*; & Juvenus Presbyter,

*Celſos cantus Smyrnæ de fonte fluentes*

appellarunt. Eoque Belgicæ noſtræ ingens ornamento, Nicolaus Heinfius, Moſchum in Bionis Epicedio reſpicientem, Meletem vocare *το τελευτῶν λιγυρότερον* arbitrabatur. Ipſe in ſuper nunquam ſuſpicatus ſum fluvium, qui inferiorem corporis partem velatus, vaſi incumbit, dextraque manu palmam tenet, quemadmodum eclypus ex Gorlæo deſumptus docet, nullum alium quam Meletem eſſe. Nam palmam tenet ob filium, cui poëtices palma ab omnibus tribuitur, cuique eadem apponitur in nummo Smyrnæ reperto apud Jacobum Sponium; apis additur, quia Smyrnæi ea nummos ſuos, uti docuit Laurentius Pignorius, ſignabant.

Ep. 47.



Quin & Sophiſtæ maximum hoc Homero contigiſſe affirmabant, genitum eſſe patre Melete; ſeque conferebant *πρός τὴν πατέρα αὐτοῦ*, ut Philoſophiæ operam darent, in ripis agerent, undiſque ejus, teſte Philoſtrato, ſeſe lavarent. Et forte Domitiano ad eundem fluvium ænea ſtatua poſita eſt ab adulatoribus ut indicarent eum non minorem poëtam, quam Homerum eſſe. Lauri ramus ſignificat

Home-

Homerum facile omnes poetas superare, & solum forte dignum qui coronetur; eoque referri debent corona & palma quas Victoriola & Victoria tenent in binis aliis ejusdem populi nummis. Lyra vero, ut nonnunquam suspicatus sum, ejus carmina præstantissima ad lyram fuisse cantata. Scio hoc negare viros doctissimos; & a cithararum cantu veram epopoëiam, non quodvis carmen Heroicum, ut Bucolica, eximere. Sed Dio Chrystostomus narrat Alexandrum Magnum dixisse, Homericæ carminis eam majestatem esse, ut non ad *citharam* sed *tubam* cani oporteat; simulque indicat alterum ipsi damnatum tunc temporis usitatum fuisse: Timomachus in Cypriacis apud Athenæum Stefandrum Samium Delphis primum *κίθαροδῆσαι πᾶς κατ' Ὅμηρον μάχαις, ἀρξάμενον δὲ τῆ Ὀδυσσεύας;* Malchus sive Porphyrius auctor est Pythagoram illos maxime ex Homeri versibus laudasse, & ad lyram cecinisse, quibus de Euphorbo agebat: imo Sextus Empiricus disertis verbis testatur Homeri carmina olim ad lyram fuisse cantata: *Καί, αἰτ, τὰ Ὅμηρου ἐπι τὸ πάλαι πρὸς λύραν ἤδετο.* Neque soli Amastriani, verum etiam alii populi honorem hunc poetæ habuerunt. Nam Smyrnæi ab Homeri effigie haud dubiè nummum **ΟΜΗΡΕΙΟΝ** vocarunt; servaturque apud Antiquarios, cujus in una area inferiorem corporis partem velatus ille calamum vel palmam, ut videtur, manu tenens sellæ insidet, in altera vero corona exhibetur, inque ejus medio *Σμυρναίων,*

Orat. 2.  
lib. 14.  
lib. 6.  
Adv. Math.  
Strabo. l. xv.  
Spanh. Dil.



Chios idem fecisse docet Julius Pollux. *Οἱ Μιτυληναῖοι μὲν Σαπφῶ τῷ νομισματι ἐι ἀχάρατον Χίος δὲ Ὅμηρον;* Mitylenæi Sapphus imagine, Chii Homeri nummos signarunt. Et Leo Allatius eorum nummum luce publica donavit, atque illustravit; cujus itidem è typum facere non possum, quin adjiciam, ut ea ratione omnes Poëtæ vultus, qui quidem ad nos pervenerunt, una quasi & brevi in tabula conspiciantur.



Testis in super est omni laudum genere dignissimus vir Ezechiel Spanhemius in Museo Regis Christianissimi, & Cime-liarchio Christianæ Augustæ, esse nummum, qui hinc Ho-merum itidem signat, cum ins. ΟΜΗΡΟΣ; illinc vero caput turritum & epigraphen ΑΜΑΚΤΡΙΣ; duosque alios possidere gazam ejusdem Reginae, hunc ipsum Melesigenem effingen-tes; unum sub M. Aurelio percussum cum Poëtæ capite & ins. ΟΜΗΡΟΣ, sine alia loci nota, saltem, quæ hodie possit in eodem legi: alterum ab Ægiensibus cufum Severi tempo-ribus cum effigie Homerum itidem referente, ut videbatur principi Urbis Antiquario, ac nummi ejusdem quondam possessori Fr. Gottifredi. Quæ omnia cum ad examen revoco-satis mirari non possum finxisse sibi Asin. Pollionem Homeri effigiem, cum veram habere nequiret: *Non est, inquit Plinius, pratereundum & novitium inventum. Siquidem non solum ex auro argenteove aut certe ex ære in Bibliothecis dicantur illi: quorum immortales animæ in iis-  
dem locis ibi loquuntur: quinimo qui non sunt, FINGUNTUR, pari-  
untque desideria NON TRADITI VULTUS, sicut in Homero  
evenit. Quæ majus, ut equidem arbitror, nullum est felicitatis specimen, quam  
semper omnes scire cupere, qualis quis fuerit. Asinii Pollionis hoc Romæ inven-  
tum, qui primus Bibliothecam dicando, rem publicam fecit. Nam vario-  
rum populorum nummi Homero signati sunt, quos non est  
verisimile morem cum primo post Pollionis tempora usur-  
passe; statuæ in Græcia fuerunt, unaque in templo a Ptolomæo posita, quam tanto tempore post Lucianus vidit, vultu  
plane eodem & facie, ut antiquam non modo & quasi per  
manus traditam; verum etiam non satis diligentem operam  
illi investigandæ adhibitam fuisse persuasus sim: nisi tamen  
fictio Homerici vultus Græcos respiciat, qui proculdubio il-  
lum post viri mortem finxerunt; & inventum Pollionis, usum  
Bibliothecæ publicum; uti existimabat Doctissimus Grævius;*  
id quod eo verisimilius videtur, quia & Cicero testa-  
tur se picturam ejus vidisse. Sed ne quis honorum cumulus desit,  
adspice tandem Poëtam nostrum DEUM & ut cælo missum  
huma-

Bib. 35.  
c. 2.

in Tuso.



humanoque generi commodatum, ita cælo redditum, ac in variis urbibus, templis, sacrificiis & religione numinum cultum. Poëta anonymus canit eum mortali stirpe creatum non esse, sed Musis;

Οὐ γὰρ ἔφιν χθονὸς ἔργον ἀπ' αἰθέρος ἀλλ' ἔμ' Μοῦσαι

Πεμψαν, ἴν' ἡμερῶν οἷς δῶρα ποθητὰ φέρη,

Id est, ea mea versione,

*Tekturis non illud opus, verum æthere misti*

*Musa, ut terricolis dulcia dona ferat.*

Antipater patriam illi cælum, non Colophonem, vel Smyrnam, vel Chium, vel Ægyptum, vel Cyprum, vel Ithacam, vel Argos, vel Mycenæ, vel denique Κεκροπίων ἀΐσι παλαιολόγων, id est Athenas (peffime Lubinus reddit *Cecropiorum urbem Paphlagonum*) tribuit carmine tertio, cujus finis est:

Πάτερ σοι τελέθει μέγας ἔργον, ἐν δὲ τεκούσης

Οὐ θνατῆς ματρὸς δ' ἔπλεο Καλλιόπης.

Et quemadmodum hoc ut crederet fecit infinita rerum præclarissimarum, quibus Ilias & Odyssea refertæ sunt, cognitio; ita propter eandem Deus existimatus est, vel si non esset, dignus qui instar Dei coleretur;

Εἰ θεὸς ἐστὶν Ὅμηρος, ἐν ἀθανάτοισι σεβέσθω

Εἰ δ' αὖ μὴ θεὸς ἐστὶ, νομιζέσθω θεὸς εἶναι.

*Si Homerus Deus est, inter immortales colatur;*

*Si autem Deus non est, existimetur esse Deus.*

Unde nec Columella appellare eum dubitat, *parentem eloquentiæ* DEUM Mæonium; Scipioni apud inferos Homeri umbram videnti & roganti,

*Qui vultus? quem, si Stygia non esset in umbra*

*Dixissem facile esse DEUM.*

Sibylla respondet, seu

*Non fallens, inquit,*

*Docta comes Trivia, meruit DEUS esse videri*

*Et fuit in tanto non parvum pectore NUMEN.*

Propertiusque, si Dausquejo fidem habemus, canit

*Meque inter seros laudabit Roma nepotes*

*Illum post cineres auguror esse DEUM.*

Sed vel oportet in vitiosos Codices eum incidisse; vel parum Poëtæ attendisse; cum quia in editionibus melioribus recte scribitur *diem*: tum quia in eo est Propertius, ut exemplo

lib. xxv. Homeri ostendat, post obitum omnia esse ampliora, & clarior nomen venire mortuis atque populum Romanum ipsum inter seros nepotes laudaturum. Et sane Nonnus a filio *Μέλιτῳ*, vel Homero nostro tanquam a deo petit, ut velit esse propitius, ipsique inspirare, *ἄσθμα θεόστυον*, vel *spiritum divinum*; *ὕμετέρης* (male vulgo scribitur *ἡμετ.*) γὰρ *Δύομαι*, addit, *εὐεπίης*, tua enim indigeo eloquentia. Thersagoras natalem ejus non secus ac Numinis celebrat, & nocte intempesta surgit, ut illi versibus quasi libaret. *Ἀὐρὲ γάρ, τοῖ τ' νυκτ' ἐξανασῆς ἐδοξέ μοι χρῆναι τοῖς Ομηροῦ θρηνηλίοις τ' ποιητικῆς ἀπάρξασθαι*: quo ex loco non satis caute vir Eruditus docere conatur, Homeri natales convivio annuo fuisse celebratos. Nam *ἀπάρξασθαι τ' ποιητικῆς* nihil aliud est, quam carmine libare, carmina tanquam libamina diis offerre, quomodo Aristides eodem plane sensu dixit *ἀπάρξασθαι Ἄσκληπιῳ τ' ἀντοχέδων λόγων ἢ ἀγωνιστικῶν*; qualesque *ἀπρχαῖς*, vel qualia libamenta, *πρεπει* juxta Ilocratem *τοῖς πεπαιδευμένοις ποιῆσθαι*. Argivi memores laudum, quibus illos celebrat, quæque tantæ fuerunt, ut Clithenes Sicyonis tyrannus eorumque hostis rhapsodorum certamina propterea urbe summoverit, Herodoto teste, *ἐνδοξοτάτῳ τ' ποιῆτ' Homero* statuum posuerunt æneam, & præterquam quod singulis diebus victimam illi offerrent, decreverunt menstruum simul & annum sacrificium, aliudque singulis quinquenniis Chium mittendum, ipsumque una cum Apolline *θῆτι ξενίῳ* (qua de loquendi forma alibi agam) id est ad *hospitales epulas*, sive *sacrificia*, quæ propriè sunt *δαῖτες Ἀθηναίων*, vocabant, uti memoria mandant auctor Agonis Homeri & Hesiodi, atque Ælianus. Ietæ, qui insulam Ægæi Maris Ion inhabitabant, Homero capra faciebant sacrum, eamque in sepulchro ejus ideo sculpsent, uti testatur epigramma à Salmasio, ne vel Leonis Allatii, vel aliorum ipsi laudatorum, vel Gerhardi Vossii, vel Joh. Christophori Scobar opiniones recenseam, verissime, ut mihi equidem videtur, emendatum; & quondam a M. Varrone imagini ejus appositum apud A. Gellium;

*Capella Homeri candida hac tumulum indicat*

*Quod hac Ietæ mortuo faciunt sacra:*

Quin nonnulli etiam Christiani, sed foedissima Carpo-  
cratianorum hæresi inquinati poëtæ nostro, ut Deo, thus  
accendebant: Augustinus *Seçta ipse fuisse traditur socia quædam*  
e.7. Haec. *Marcel-*

Marsellina, quæ colebat imagines Iesu & Pauli, & HOMERI & Pythagoræ, adorando, incensumque ponendo: qualia præter Ioannem Damascenum libro ejusdem argumenti tradit etiam Carolus Magnus; Nam si forte aliquis hujusce erroris asseverator dicit; ideo imagines adorare inter hæreses beatus Augustinus computavit, quia gentilium quorundam, id est, Simonis & Selene, seu etiam HOMERI & Pythagoræ adorabant imagines, advertat quod etiam imagines Iesu & Pauli adorasse dicuntur, & id ipsum inter hæreses a præfato viro computatum est. Et Irenæus testatur Carpocratianos imagines Christi Pictas, & de reliqua materia fabricatas habuisse, eas coronasse, proposuisse cum imaginibus mundi Philosophorum, videlicet cum imagine Pythagoræ & Platonis & Aristotelis & reliquorum; quibus proculdubio etiam Homerus noster comprehendendus est.

lib. 4.  
c. 5. de  
lin.

lib. 1.  
c. 24-

Et quasi non sufficerent vel statuæ vel sacrificia, alii populi non dubitarunt ipsi templa erigere, & ita optimo jure Deum facere, ac cælo collocare. Smyrnæos scribit Romanæ eloquentiæ parens, confirmasse Homerum suum esse, DELUBRUM ejus etiam in oppido dedicavisse: neque enim per delubrum intelligendum cum Gutherio, est simulacrum, sed templum & ædes, in qua tamen dedicata ejus statua fuit; Strabo; Ἐστὶ δὲ καὶ Βιβλιοθήκη καὶ τὸ Ὀμήλειον, εἰς αὐτὴν γὰρ ἔχουσα ΝΕΩΝ ΟΜΗΡΟΥ καὶ ΞΟΑΝΟΝ; Est, (Smyrnæ) & Bibliotheca, & Homerium, porticus quadrata, habens TEMPLUM HOMERI & SIMULACRUM. Ægypti Rex Ptolomæus Philopator Ἐσκευάσας Ὀμήρω ΝΕΩΝ, αὐτὸν μὲν καλῶς ἐκράβησε, κύκλῳ δὲ τὰς πόλεις περιέβησε ἕξ ἀγάλματι, ἑσθλὰ ἀντιπιοῦν δὲ Ὀμήρου; exstruens Homero TEMPLUM, eum decore secit sedentem, circum vero simulacrum statuit civitates, quæ Homerum sibi vendicant, teste Æliano: & Therfagoram poëtam introducit Lucianus, sive quis alius auctor Encomii Demosthenis, Homerum in templo Ptolomæorum sedentem salutare & orare, ut magnam carminum copiam ipsi largiretur.

Orat. pro  
Arch.  
1. 3. c. 3.  
de Vet.  
Jur.  
Pont.

lib. 13.  
c. 22-

Atque ita in Marmore singularis operis & perantiqui quod mihi explicare consiliū est; quodque cum plurimis monumentis de vetustate certat, fruitur consortio cælesti; & in templo sedet Majestate læta verendus Mæonius vates. Summa sanè cum voluptate intueor sacros vultus, & decantati omnibusque laudati poëmatis parentem: intueor non mortalem, sed Deum a gentilibus factum, & cælo positum; intueor Musas in laudes viri promptas & paratas; adhæc officia, studia,

dia, honores, & cuncta, quæ vel antiqui vel recentiores non sine verborum vi profuderunt elogia: intueor denique *U-  
MELIAM, TEMPUS, HISTORIAM, TRAGŒDIAM,*  
aliasque virtutes & Artes, sacrum facere, thura dare, libamina  
fundere poëtæque tanquam ἀρχηγέτη earum omnium & chora-  
go gratias referre. Inventum est elegantissimum vetustatis  
depositum in agro, quem ditioe tenent Principes Colu-  
mnenses, Ferentino; ubi reliquiæ cernuntur hodie villæ Im-  
peratoris Claudii, atque ab eo forte consecratum est, quia  
Homeri lectioe valde delectabatur, multum pro tribunali  
etiam Homericis locutus est versibus; & quoties hostem vel  
infidiatorem ultus esset, excubitori tribuno signum poscenti,  
non temere aliud dedit, quam

Ἄνδρ' ἐπαμύναδός, ὅππῃς πρότερόν καλαπαίνῃ,  
uti apud Suetonium legere licet, æri incisum, inde  
anno Christi MDCLVIII. & Latio illud insertum breviter  
illustravit Athanasius Kircherus vel ob hoc summopere lau-  
dandus, quod vestigia urbium, ædium, publicorumque o-  
perum tam diligenti & laudabili studio in terræ visceribus,  
dum viveret, scrutatus est. Sed cum plura sint, quæ deside-  
rant hominis eruditi & omnis antiquitatis periti curam; nihil  
jam diu æque optavi, quam ut vel Severoli, vel Spanhemii,  
vel Falconerii, quorum illustri & excelsio loco laus posita est,  
quique ut eruditione & annis me longe superant, ita elegan-  
tiora annotare, & illa, quæ ab exquisita doctrina profici-  
scuntur, tradere potuissent, hac provincia suscepta, fidem qua  
obstricti publico sunt, liberassent. At cum alios vel mors acer-  
ba sustulerit; alii, inprimisque illustris Spanhemius, quo nemo  
melius marmora nummoive illustrat, gravioribus rebus sint  
occupati; diutius premere non potui, quæ ex sedula & dili-  
genti veterum lectioe ad marmor cui vetustas & elegantia  
non parum reverentiæ acquirit; quia & olim C. Julius Cæsar  
torcumata, signa, tabulas *OPERIS ANTIQUI* semper  
animosissime comparavit; & Augustus prætoria sua rebus  
*VETUSTATE & RARITATE* notabilibus, Suetonio teste,  
excoluit, explicandum congesti. Ille igitur qui montis vertici  
insidet mihi *HOMERUS* est; quia similitudo vultus eadem,  
& faciei lineamenta nulla alia, quam sedentis, cinctique filia-  
bus Iliade & Odyssæa; sedet autem non ut mortalis, nec ut  
de

de plebe deus; verum ut princeps ipse Senatus, & qui summa cæli templa sonitu concutit, id est, JUPITER; ejusque insignibus, excepto fulmine, ornatus summum fere Olympi montis cacumen occupat. Scilicet montium magna olim veneratio, inque iis exstructæ aræ, & templa, ut satis superque ex Historia tam sacra quam profana patet, plerisque numeribus fuerunt. Indi apud Philostratum Caucasum Θεῶν ὄρειον vocant; Persæ apud Herodotum Ἰθὶ τὰ ὑψηλότατα τῶν οὐρέων ἀναβαίνοντες *edutissimis quibusque conscensis montibus, Iovi hostias immolant.* *Montinus* qui montibus præest deus apud Arnobium occurrit; *Mater* Galerii Maximiani *deorum montium cultrix & mulier admodum supersticiosa* Lactantio dicitur in libro de Mortibus persecutorum; quem Doctissimus & de Historia Ecclesiastica plurimum meritis edidit nuper Stephanus Baluzius. Dii MONTENSES in inscriptione veteri celebrantur;

lib. 1.  
c. 2. de  
vita A-  
poll.  
lib. 1.  
c. 131.

ARAM. IOVI. FVLGE  
RATORIS. EX. PRECEP  
TO. DEORVM. MON  
TENSIVM. VAL. CRES  
CENTIO. PATER. DEORV  
OMNIVM. ET. AVR. EXV  
PERANTIVS. SACERDOS  
SILVANI. CVN. FRATRIBVS  
ET. SORORIBV. DEDICA  
VERUNT.

Gruter.  
pag. XXI.

Quæ quia Romæ inventa, videntur significari dii, qui septem ejus montibus præsidebant; quorumque in honorem institutum forte est sacrum *Septimontium*, quod celebrabatur a MONTANIS, id est, qui montes inhabitabant, non autem a toto populo, uti apud Varronem videre licet; quoque in septem locis, teste Festo, faciebant sacrificium diis, ut opinor, præsidibus; ut apud eundem *Palatinus Flamen ad sacrificandum ei dea constitutus erat, in cujus tutela palatium esse putabant.* Solino teste, *Argæus mons nivalibus jugis arduus, ne æstivo quidem tempore torrente pruina caret, quemque indigena populi habitari deo credunt.* Is qui colebatur in Alpibus Peninis, DEUS PENINUS dicitur in lapide apud cruditissimum & diligentissimum reliquiarum florentis quondam Græciæ scrutatorem Iacobum Sponium;

lib. 5. de  
L. k.

In Ar.  
Ign.  
Deor.

LVCIVS

LVCIVS LVCILIVS  
DEO PENINO  
OPTIMO  
MAXIMO  
DONVM DEDIT.

lib. 21.  
c. 38.

Qui sive, uti ex epithetis patet, aliquo modo Jupiter fit, sive alius; nunc non vacat inquirere; moneboque solum hinc videri apud Livium scribendum esse: *sed a Deo, quem in summo sacratum vertice Penninum montani appellant; cum vulgo edatur ab eo, sensu non satis perspicuo. Præcipue autem hanc superstitionem in cultu deorum summi, & quem Homerus refert, Iovis, mihi notavi. Nam insulæ Naxi, mons altissimus ipsi sacratu est; quemadmodum ex inscripto illi apud Sponium titulo patet;*

ΟΡΟΣ ΔΙΟΣ ΜΗΛΩΣΙΟΥ.

*Mons Iovis pecorum custodis.*

Ad il. B.  
Od. 4. 01.  
Od. 1.  
Pyth.

Idem quia cultus in monte Atho Ἀθῶν vocatur Eustathio & Hesychio, Pindarusque hanc ob causam canit Iovem Αἴτωνα ἔχον, & alibi vocat Αἴτνης Ἐαπλέα; atque ipse Homerus cum Epicharmo apud Macrobiu docet eum in Idæ cacumine fuisse adoratum. Hinc Græcis ἐπέκριον, quia ἔθνη τῶν ἀΐρων τῶν ὀρών erat ἰδρύμενον, vel in iis aras habebat, quemadmodum tradunt Hesychius & Auctor M. Etymol. fuit appellatus. Et sane Livius testatur in Athamania prope Argitheam Iovis Acrei templum esse; in nummo itidem Vespasiani a Smyrnæis percussio Iupiter sedet ΑΚΡΑΙΟΣ; idemque cognomen Plutarcho restituit eruditissimus antiquarius, quia Ασκραίε, ita enim legitur in editionibus, nusquam mentio occurrit: cum tamen Aristoteles in libro de *Fabulosis locorum rebus* apud Apollonium Dyscolu, Halicarnassi sacrificium scribat τῶν Διὶ τῶν Ασκραίω (nisi & hic idem mendum hæreat, quomodo & apud Apostolium Iuno male Ασκραία vocatur) peragi. Melanthes in libro de Sacrificiis scribit, πᾶν ὄρος fuisse appellatum τῷ Διὸς ἔρῳ, Iovis montem, ἐπεὶ ἔθρον ἦν πῶς παλαιοῖς ὑψίστῳ ὄντι τῷ θεῷ ἐν ὑψεί θυσιᾶς πιεῖσθαι, quia mos fuit antiquorum, ut Deo, qui erat altissimus, in sublimi loco sacrificarent. Et tandem Iulianus fingit Mercurium adolescentem, quem ad ardui montis jugum perduxerat, his verbis alloqui:

lib. 38. 2.

Trist.  
t. 1.

Ἐπὶ πύπνῳ τῷ κορυφῆς ὁ πατήρ πάντων κάθηται τῶν θεῶν; in illo vertice o-

mnium

*mnium deorum pater sedet. Instar Iovis igitur sedet Homerus; quia non insolens fuit Græcis & Latinis consecratorum vel ἱεραρχῶν θεῶν, ut loquitur Lucianus, nomina mutare; vel eos deorum nominibus & forma colere: scilicet, ut loquitur Lactantius; solent mortuis consecratis nomina immutari: credo ne quis putet eos homines fuisse: Nam & Romulus post mortem Quirinus dicitur esse; & Leda Nemesis; & Cince Marica & Ino postquam se precipitavit in mare; Leucothea Materque Matuta; & Melicertes filius ejus Palemon atque Portumnus. Semele diva facta, Thyones; Iphigenia Oreilochia; Britomartis in Cephalenia viva adhuc Laphria; in Creta Dictynna; Ctesylla Veneris Ctesylle vel Εκαιέρης; Aspasia Argæi filia Αμελίτης Εκαιέρης nomina, testibus Diod. Siculo & Antonino Liberali, tulerunt; atque apud Ovidium Romulus uxoris*

*Priscum pariter cum corpore nomen*

*Mutat, Oramque vocat.*

Lacedæmonii coluerunt, uti scribit Athenagoras, Αγαμέμνονα Δία; & Clytemnestra apud Lycophronem vaticinatur maritum suum I O V E M a Spartanis vocatum iri, sive, ut explicat Scholiastes, οἱ λακεδαιμόνιοι ἰδρύσαντες Αγαμέμνονα τοῦ Διὸς ἱερὸν εἰς πηλὴν ἔρωσαν; Lacedæmonii Agamemnonis Iovis sanium dedicarunt in honorem Herois. Ascanium patrem Æneam I O V E M I N D I G E T E M Servius; Ægyptios Helenam Αφροδίτην Ξεῖνην, Herodotus; Amathusios Ariadnen Αριάδην Αφροδίτην appellasse Plutarchus scribunt. Stratonice mater Antiochi in Fœdere Magnesium & Smyrnæorum apud Seldenum Veneris itidem *Stratonici*idus, cujus etiam Tacitus meminit, nomen tulit; & Apollonius Thyaneus, postquam Ephesum pestilentia liberasset, nomine *Herodis Alexici* vel Αποροπέως cultus est; quem admodum memoriæ mandant Lactantius ac Philostratus. Aristoteles uxori suæ, quondam pellici Hermæ Atarnæ Tyranni, ut Cereri Eleusiniæ apud Laërtium & Eusebium sacrificat; Alexandrum Magnum Διὸς εἰκασμένον ἰovis habitu Elei apud Pausaniam; Helenam Epidamni filiam Epidamnii apud Ptolomæum Hephæstionis; Erechtheus Nemesin matrem, Rhamuuntis dominam ἐν Αφροδίτης ἀγάλματι apud Suidam: Livia Augusta filiolum Germanici & Agrippinæ, immatura morte raptum habitu Cupidinis in ade Capitolinæ Veneris, Suetonio teste, coluerunt & dedicarunt: Charicle imaginem defuncti (Tleopolemi mariti) quam ad habitum D E I L I B E R I formatat, affixo servitio

divinis percolens honoribus, ipso sese solatio cruciabat, uti memoriae man-  
 dat Apulejus; multæ Antinoi apud Mantinenses statuæ  
 Baccho erant, teste Pausania, ἐκασμέναι; & Drusilla tandem  
 sorori Caji Cæsaris decretum est simulacrum in templo Ve-  
 neris Genetricis ἰσμετέτητον τῷ τῷ θεοῦ θῆτι τῷ ἰμοίαις μιᾶς, pari cum  
 Deæ imagine magnitudine, & equalibus honoribus vel sacrificiis colendum, apud  
 lib. 59. Dionem Cassium. Verum hanc gentiliū anilem supersti-  
 tionem si exemplis Augustorum & Augustarum firmare ex  
 nummis & historicis vellem, offerret se latissimus differendi  
 campus; at, ne videar lectoris patientia velle abuti alii ista  
 tempore & operi reservabo; adjiciamque tantum hunc mo-  
 rem plenis eloquentiæ velis, & verbis poetico spiritu ani-  
 matis celebrare Statium Papinium;

lib. v.  
 syl.

*Hic te Sidonio velatum molliter ostro  
 Eximius conjux (nec enim sumantia busta  
 Clamoremque rogi potuit perferre) beato  
 Composuit, Priscilla, toro. nil longior atas  
 Carpere, nil avi poterunt vitare labores  
 Siccata membris, tantas venerabile marmor  
 Sepit opes: mox in varias mutata novaris  
 Effigies; hoc are CERES; hoc lucida GNOSSIS  
 Illo MAIA tholo, VENUS hoc non improba saxo.*

Lib. 1.  
 Haer.  
 Fab.

Sectatoresque Simonis Magi, statuam ejus ut IOVIS, He-  
 lenæ concubinæ ut MINERVÆ effinxisse, & accenso thure  
 coluisse, teste Theodoretō: vel ut loquitur Ioannes Dama-  
 scenus; εἰκόνα δὲ ἐαυτῆς ὡς Διός, καὶ τὴν σὺν αὐτῇ πόρνης ὀνόματι Ἑλένης,  
 Ἀθηναῖς τύπω, τοῖς ἐαυτῆς μαθήταις εἰς πρεσβυτήσιον; Imaginem suam velut  
 Iovis, & imaginem scortii sui Helena, in figura Minerva, discipulis suis ado-  
 randas tradidisse. Ut igitur illi omnes Deorum habitu culti fue-  
 runt; ita etiam poetarum princeps Homerus, IOVEM refert,  
 & insignibus ejus ornatus fruitur Musarum consortio. Nam  
 & Deus iste superiorem corporis partem nudus, inferiorem  
 tectus, dextra insuper aquilam vel victoriam protendens,  
 sinistra sceptrum tenens sedet; quemadmodum multis docet  
 Porphyrius apud Eusebium, & paucioribus Suidas: τούτου  
 (Iovis) πρὸ ἀγάλμα ἰσοροῦσι καθήμερον γυμνά ἔχον τὰ ἄνω, τὰ δὲ κάτω ἐσει-  
 πασμένα κροτῆν τῇ μὲν ἐνωτέρω στήθερον, τῇ δεξιᾷ δὲ ἀετὸν ποσειδῶνα. Η-  
 jus simulacrum sedere tradunt, superiores partes nudum, inferiores tectum:  
 sinistra sceptrum tenens, dextrā vero portendens aquilam. Sic in marmori-  
 bus







I. O. M. C O N S E R  
V A T O R. I. T E R T I  
N I V S. V I T A L I S.  
M I L L E G. X X X. V V S A  
L I B. P R A E F. P R O. S E  
E T. S V I S. V. S. L. M.  
V I. K A L. M A I A S.

L V P O. E T. M A X I M O. C O S.

bus antiquis apud Hieronymum Aleandrum & Guicelmum Choulium feder seminudus; neque alius in plurimis tam Græcorum quam Romanorum nummis, qui apud antiquarios obvii sunt, occurrit: & Lucianus in adyto templi Dea Syriae memorat duo simulacra esse aurea Iunonis, & Dei, quem cum Jupiter sit, alio nomine appellant; illumque per omnia Iovi assimulatum esse καὶ κεφαλῶν καὶ ὀμμάτων ἢ ἔθλων, capite, oculis, & sedendi habitu. Sapissime tamen nudus fere & stans Jupiter in nummis & marmoribus occurrit; ut vel patet ex lapide, qui Cliviae exstat, & cuius anteriori parti Jupiter, quem exhibeo, insculptus fuit; sinistro lateri juvenis acerram, dextero alius porcellum sacrificandum tenens, quos, ubi ad HISTORIAM perventum erit, representabo. Ornatur præterea Homerus diademate vel tænia, non secus ac imago ejus in corniola annulari, & aliæ tres marmoreæ, quarum minimæ additur HOMERI nomen, teste Joanne Fabro. Sophoclis marmorei & Apuleii in numismate æreo apud Ursinum caput simili fascia insignitur; & Pindarus ante regiam porticum Athenis effictus est κατὰ μέτρον ἐν δόματι ἢ λύρα διαδήμα ἔχων, ἢ ὄπι' ἑ γονάτων ἀπειλιγμένων βιβλίον; sedens vestitus & lyram gerens: diademate (male Paschalius coronam poetarum vulgarem interpretatur) cinctus & genibus volumen impostum habens. Atque, ne Deos, Reges, Imperatores eorumque conjuges advocem, fuit hoc insigne sacerdotum, doctorum & bene de rep. meritorum hominum, tam vivorum, quam apud inferos agentium. Strabo narrat sacerdotem apud Comanos bis lib. 6. 12. in anno κατὰ τὰς ἐξ ὁδοῦ λεγομένης ἔφεξ diadema gestasse; Ovidius Veneris & Aesculapii sacerdoti, vittam candentem; Fratribus Arvalibus infulas albas Gellius tribuit; Lucianus celebrat ἱεροφαν- lib. 5. & 11. Mer. πικόν ἢ περὶ φηκόν σέμιμα: & Plato Homerum nostrum λούκοις lib. 10. c. 15. ἐρείοις ἀνεστειμένον reverentiæ & honoris ergo, è rep. quam formabat, ejecit. Nec aliter præclaros viros, ut taceam Alexandrum Magnum à Luciano introduci apud inferos incedentem διαδεσμένον ταυνίᾳ λούκῃ καὶ κεφαλῶν, in campis Elysiis obambulare docet insignis Virgilio locus;

Quique SACERDOTES CASTI, cum vita manebat;

Quique PII VATES, & Phæbo digna locuti

Inventas aut qui vitam excoluere per artes

Quique sui memores alios fecere merendo,

Omnibus his N I V E A cinguntur tempora V I T T A.  
 lib. 13. Eodemque habitu Homerus a Silio Italico describitur ;  
*At que hic Elyfio tendentem limite cernens*  
*Effigiem juvenis casti, cui V I T T A ligabat*  
 PURPUREA effusos per colla nitentia crines.

Quos versus suspectos de mendo habui semper, cum nulla ratione poeta noster J U V E N I S vocari possit ; qui senex humanis valere dixit rebus, uti Proclus testatur ; in nummis omnibus, nec non in hoc monumento celeberrimo talis conspicitur, & veteribus denique non aliter describitur. Vidit hoc fortasse Kircherus, & rescribit N U M I N I S effigiem, *casta cui* sed meliori jure Amplissimus idemque Doctissimus Hein- sium quem ut certissimum Poëtarum interpretem consulue- ram, literis ad me eruditissimis datis, docet Silium scri- psisse,

*A: que hic Elyfio tendentem limite cernens*

*Effigiem Juvenis castam.*

Juvenis enim non Homerus Silio, sed Scipio est, qui aliis compluribus locis ita appellatur ; *effigies casta*, effigies sacerdotis vel vatis, quorum perpetuum hoc epitheton ; & *effigies* denique *umbra* est, quo sensu eandem vocem paulo post Silius, lib. 3. Plinius Secundus, & Virgilius in Culice usurpant. Et hæc Ep. 5. quidem verissime Heinsius ; sed tamen Silius Homerum Deorum, quos non in tartaro sed cælo, exceptis infernalibus, habitasse constans veterum opinio est, numero videtur eximere. Et ut breviter objectioni, quæ alicujus momenti est, respondeam ; non canit ille Homerum vel animam ejus apud inferos esse, verum *effigiem* sive umbram tantum vel imaginem. Veteres enim tria in homine distinguebant, *Corpus*, quod terræ mandatur vel comburitur ; *animam*, quæ cælum petit ; *umbram*, quæ apud inferos sedem suam habet. Servius : Nam *tribus constamus*, AN I M A, quæ *superna est*, & *originem suam petit* : *corpore*, quod *in terra desinit* : *umbra*, quam Lucretius sic desinit, SPOLIATUS LUMINE AER. Ergo *umbra*, si ex corpore creatur, sine dubio perit cum eo, nec est quicquam reliquum de homine quod inferos petat. Sed deprehenditur esse quoddam simulacrum, quod ad nostri corporis effigiem inferos petit. Et est species corporea, quæ non potest tangi, sicut ventus. Hinc in sexto : CORPORA VIVA NEFAS STYGIA VECTARE CARINA. Hanc autem rem etiam Homerus requirit, simulacro Herculis apud inferos.

Ad l. 4.  
Acn.

*in*feros viso. Et sciendum, simulacra hæc esse etiam eorum, qui per *Αποθέωσιν* dii facti (quo numero & Homerus noster) sunt. Unde aut visi esse apud *in*feros, aut illuc descendisse dicuntur. Et sane Poëta *εἶδωλον* vel imaginem Herculis apud *in*feros esse fingit, ipsum vero Herculem in Odyss.  
extr.  
cælo;

Τὸν δὲ μετ' εἰσενόησα βίην Ἡρακλεήϊν

Εἶδωλον αὐτὸς δὲ μετ' ἀθανάτοισι θεῶσσι

Τέρπεται ἐν θαλίῃς —————

Post hunc vidi vim Herculeam, vel Herculis

Effigiem; ipse vero apud immortales deos

Olectabatur in conviviiis —————

Notatque Eustathius corpus crematum in Oeta Trachinia; animam superne sive in cælo, *εἶδωλον* vel effigiem infra vel apud *in*feros fuisse; quanquam non defuerint, qui, teste eodem huæ locum traduxerint; cum absurdum plane foret unum eundemque hominem binis his in locis esse; alii vero plane abstulerint, uti videre licet apud Scholiastem anonymum. Sic Lucianus introducit Herculem Diogeni Cynico interroganti, num mortuus foret, cum tamen sæpe homines illi ut Deo sacrificarent, respondentem; αὐτὸς μὲν γὰρ ὁ Ἡρακλῆς ἐν βραχῶν τοῖς θεοῖς σύνεστι, καὶ ἔχει καρδίαν σφυρον Ἡβην. ἐγὼ δ' Εἰδωλὸν (paulo post *εἰκῶνα* vocat) εἰμι αὐτοῦ, & simul eam distinctionem false satis & acerbiter ridet. Sed tamen ethnicorum fuit hæc persuasio; atque ipse iterum alibi Homerus (quanquam ad Simplic.  
ad Salmasius, cui tamen miror non occurrisse versus modo laudatos, existimet hanc opinionem Homero posteriore esse, nec eum credidisse alibi animam, alibi umbram ejusdem degere post mortem,) *ψυχὴν καὶ εἶδωλον* discernit & Virgilius nunc *Dardanum* tartaro adscribit, nunc inter deos relatum esse canit; quod imitatione poëtæ nostri factum esse Grammatici observant: Tibullus quoque umbras Heroum inferno adsignat; Iliad. ♯  
v. 104.  
Lib. 6.  
& l. 7.  
Æn.  
l. 4. El. 1

Vidit ut *in*ferno Plutonis subdita regno

Magna Deum proles levibus discurreret UMBRIS.

quemadmodum ex Codicibus Palatinis cum Iano Gebhardo illos versus scribendos esse judico. Barba præterea promissa & lata *Maonius senex*, ut cuidam veterum vocatur, insignis est; eamque licet more tunc temporis usitato aluerit proculdubio, etiam commode potest dici referre Iovem, cui omnis antiquitas *Barbam* tribuit: Cicero; *isto namque modo dicere licebit*

IOVEM *semper BARBATUM*, *Apollinem semper imberbem*, *castos oculos Minerva*, *caruleos esse Neptuni*: *Cajus Cæsar deorum insignibus cultuque sæpe insignis*, *Iovem imitaturus aurea barba fulmen tenens conspectus est*: & *Iuno apud Lucianum in Deorum dialogis cum reprehendit quod πύγωνα τιλιχῶτον καθειμένον* *promissam barbam habens depositis ægide ac fulmine talis cum Ganymede luserit*: *Quin & Iovis Barbam non dissimilem Homericæ fuisse ex nummis & marmoribus patet*; *latam scilicet neque in acutum desinentem*, *unde in Iove Tragoædo Philosophi habitum sumens* πύγωνα ὀπισθοπαύειν, *barbam atrahens vel longiorem faciens in terras descendit*. **SCEPTRUM** (quod ex *Cyparisso* factum fuisse docet *Hermippus* apud *Diogenem Laërtium*, *cujus fictionis causas reddunt Aldobrandinus & Bochartus*, quodque *eburneum* facit *Ovidius*) præterea *Iovem manu tenuisse*, *ex Porphyrio*, *Suida*, *nummis satis superque constat*. *Seneca jam olim eum cum Iunone vocavit*, *scipriggeros tonantes*; & *Iustinus testatur*, *quia ab origine rerum pro diis immortalibus veteres hastas coluerunt*, *ob ejus religionis memoriam adhuc* **DEORUM SIMULACHRIS HASTAS** addi: quod verissimum esse, *probatissimi auctores docent*. *Nam apud Pausaniam Chæronenses deorum omnium maxime ΣΚΗΠΤΡΟΝ colunt*, quod *Iovi fabricasse Vulcanum fingit Homerus*, quod *Mercurius dedit Pelopi*, *Pelops Atreo*, *Atreus Thyesti*, *atque ab eo Agamemnon accepit*: ἔτο οὖν, *pergit*, *τὸ σκῆπτρον σέβουσι Δόρυ ὀνομάζοντες*; *hoc enim sceptrum colunt*, *hastam illud vocantes*; & *mox*; *Ναὸς δὲ οὐκ ἔστιν αὐτῶ δημοσία πεποιημένον*. *ἀλλὰ καὶ ἔτι ἐκαστον οἰερωμένον ἐν οἰκίῳ ἔχει τὸ σκῆπτρον καὶ οἱ θυοῖαι ἀνά πᾶσαν ἡμέραν θυοῖν*) ἢ *τελεῖται παρῆκει*) *πανταδαπῶν κρεῶν καὶ πεμμάτων πλήρης*; *Templum illi publicè exstructum non est*; *sed qui singulis annis creatur sacerdos*, *sceptrum in domo sua habet*: & *illi quotide sacrificia fiunt*, & *mensis apponitur referta omni genere carnis & bellariorum*. *Et ne dicam Romanos*, *testibus Festo & Servio*, *per sceptrum ex Iovis Feretrii templo sumptum in foederibus fanciendis*: *Parthenopæum apud Aeschylum*, *alios apud Virgilium*, *Homerum*, *Valerium Flaccum per hastas jurasse*, *Cæneumque*, *teste Eustathio*, *eo vefaniæ venisse ut ἀκόντιον vel telum in medio foro positum jussisset θεὸν ἔτο ἀεθεῖν*, *sive deum existimare*, *inter deos numerare*, *non*, *ut Erasmus vertit*; *πραεπισσε diis ut numerarent*; *ne*, *inquam* *de his quid dicam*, *ipsi Romani antiquissimis temporibus*

Suet.

C. 52.

1. 8.

Lib. 1.  
Metam.

Med.

lib. 43.

HASTAM loco Martis coluerunt, uti Varronis fide tradunt Clemens Alexandrinus, atque Arnobius; *cujus ultimi verba adscribenda sunt; Ridentis temporibus priscus Persas fluvium coluisse, memorialia ut indicant scripta: informem Arabas lapidem: acinacem Scythia nationes, ramum pro Cinxia Thespios: lignum Icarios pro Diana indolatum: Pessimuntios silicem pro Deum Matre: pro Marte Romanos* HASTAM, Varronis ut indicant Musæ. Atque hinc explicandum Plutarchum arbitror inquirentem cur Romulus Quirinus appellatus sit: *οἱ δὲ τὴν αἰχμὴν ἢ τὸ δόρυ πύς παλαιὰς Κυρίων (legendum Κύριον, uti ex eodem in quæstionibus Romanis, Festo, Dionysio Halicarnassensi, Ovidio patet) ὄνομα ζεῖν ἢ Κυρίπιδος ἩἸεὺς ἀγαλμα καλεῖν ἐπ' αἰχμῆς ἰδρύμενον ἐν τῇ Ρηγίᾳ δόρυ κατὰ δρυμῶν Ἄρεα παροπαγορεύειν.* Id est: *Alii verò dicunt hastam veteres Quirim; Iunonis statuam cum hasta dedicatam Quiritulis Iunonis, ac in regia collocatam hastam MARTEM appellasse; vulgo male vertitur signum haste impositum; cum nihil aliud significet quam Iunonis statuam hastam manu tenuisse; ipse Plutarchus alibi: ἩἸεὺς ἡ ἱερὸν τὸ δόρυ νερόμισα, ἢ Ἰ ἀγαλμάτων αὐτῆς δόρυ πηρέζεται τὰ πλεῖστα; Iunoni autem sacra habetur hasta, & pleraque ejus statua hasta nituntur, & Festus Curitim Iunonem appellatam scribit a ferenda hasta. Diodorus quoque Siculus testatur Iunonis statuam apud Babylonios dextra serpentem capite, sinistra σείητρον λιθοκόρητον, vel sceptrum gemmatum tenere; taleque illi tribuit Ovidius;*

In prot.  
Lib. 6.In vita  
Rom.In Q.  
Rom.Lib. 2.  
Fib.Lib. 3.  
Met. 263

*Ipsa petenda mihi est: ipsam si maxima Iuno  
Rite vocor, perdatæ; si me gemmantia dextra  
Sceptra tenere decet.* —————

Hasta igitur in regia posita Martis nomen habuit; & forte hæc ibi est servata ut pristinæ religionis indicium; licetque alii plures faciant, ut Iulius Obsequens, quando scribit HASTAS MARTIS, id quod triste aliquid portendebat, motus; vel HASTAS MARTIS in Regia motus; puto tamen de eadem vel iisdem hastis eos loqui. Atque inde deorum statuis hastæ additæ sunt; & nullum fere in numismatis veteribus numen occurrit, quin HASTA, tanquam divinitatis symbolo armetur; inque DIVÆ FAUSTINÆ nummis frequenter sella cernitur cum hasta sola, vel cum pavone, ut palam foret eam in cælitum ordinem relatam esse. Sceptro adstat AQUILA, Iovi peculiari ratione dicata & consecrata; sive quia instar satellitis & armigeri, debellatori gigantum fulmi-

na ministravit, notante Servio; sive quia illo nato primum apparuit, & pugnae laudatae fuit comes, quemadmodum memoriae mandant Eustathius, Auctor brevium scholiorum, & licet paululum diverse, Anacreon apud Fulgentium: sive quia Jupiter in aquilam transfiguratus Naxiam regionem petiit, & regnum accepit; egressoque inde & adversus Titanas proficiscenti eadem avis in auspiciis victoriae apparuit, uti scribit Aglaosthenes apud Scholiastem Germanici Caesaris; nec non ex eo Lactantius; qui uti auctoritate Historiae Sacrae adjicit aquilam Iovi in capite confedisse, atque regnum portendisse; ita non satis caute tradit, *Cesarem quoque in Arato referre Aglaosthenem dicere*; cum non Caesar Germanicus in versione Aratea; sed Scholiastes anonymus in ejusdem doctissima interpretatione, quam Lactantius videtur Germanico adscripsisse, ista referat. Sane Lucianus in deorum concilio scribit aquilam *sceptra Iovis insidere*; eamque Thebani Aegyptii venerabantur, *Ἀεὶ τὸ βασιλικὸν* (nam & in regum sceptris effingebatur, teste Aristophanis Scholiaste) *εἶναι δοκεῖν ἔπι τὸ ζῶον, ἢ δὲ Διὸς ἄξιον*, ut loquitur Diodorus Siculus: Clearcho denique Heracleae tyranno, ut se Iovis esse filium ostenderet, *eunti per publicum aquila velut argumentum generis praeferebatur*. Non tenet illa, ut vulgo fingi solet, fulmen unguis, sed tanquam Homerus Jupiter placidus, & pacificus hastam adstat, & ascendere velle videtur. Sic quoque Iovis sedentis & sceptrum manu tenentis comes est inermis in gemma 185. apud Gorgonem, atque in nummo Antonini Pii; in alio Divae Marcianae sceptrum non fulmen uncis pedibus tenet; imo summus deorum, Periphantem justum & aequi tenacem virum in aquilam mutatum fecit *ἐν πᾶσι τοῖς ὄντισι βασιλέα ἢ διδοὶ φιλάσσειν τὸ ἱερὸν σῆπτρον ἢ προσίεναι πρὸς τὸ εἶναι θεῶν*; *regem omnium animarum, sacri custodem sceptri* (non damno tamen virorum eruditorum conjecturam, qui rescribunt *σῆπτρον*, *fulminis*) *concessitque ut suum solium adiret*, apud Antoninum Liberalem. Aquila igitur & hic Homerum adit, affertque forte novo Deo nectar, nonsecus ac Iovi nato in insula Creta; propter quod officium immortalitate donata & caelo adscripta fuit: quam historiam non cuivis obviam conservavit Moero Byzantina in libro quam *Μνημοσύνην* inscripsit apud Athenam, vel in *de Dialectis*, *ἐν τῷ περὶ Διαλέκτων* apud Eusta-

adA. ves.

Lib. 1.

Justin.

Lib. 16.

Lib. xi.

P. 491.

Adil. n.

p. 1351.

E. J. R.

Eusta-



Eustathium; quam in differentiam, licet historiam ex Athenæo hauserit Theſſalonices Episcopus, nunc non vacat inquirere. Sedet autem HOMERUS non in Parnasso, uti opinatur Kircherus, sed in Olympo; qui uno vertice, non ut alter binis Phœbo Bromioque sacris, sese extollit, & lovi peculiari religione dicatus est; eleganterque à Poëta nostro ex versione Hugonis Grotii describitur,

Od. α.

*Templa Deum, ni prisca fides nos fallit, Olympum.*

*Non illum ventorum animæ, non turbidus imber*

*Sollicitat; nulla tegatur nive: purus ubique*

*Stat nitor, & nulla fœdatur nube serenum.*

Et, ne dicam Euemerum & Ennium tradere apud Lactantium Iovem regem, postea deum, habitasse in Olympo atque late imperasse; Valer. Flaccum Theſſaliam patrium ejus regnum vocare, Scholiastes Homeri eum nominat ἱερὸν οἰκητέριον Ἰφιδῶν; ipse poëta canit Μῦσας δόρυμπα δώματ' ἔχεν; Hesiodus eandem appellat Μῦσας Ὀλυμπιάδας κέρας Διὸς αἰγιόχοιο, & montem δώματ' ἀθηνάτων. Atque ut novem sorores apud Ascræam vatem Iovis patris μέγαν νόον ἐπὶ τὸς Ὀλύμπῃς magnam mentum in Olympo, commemoratis præsentibus, futuris & præteritis τέρπασσι vel oblectam; utque apud Flaccum Valerium Iovi, postquam dimisit noctem sideream Olympo,

lib. τ.

c. xi.

l. 1. τ.

500.

Ad il. α.

InTheog.

— assuetus adest Phlegræas reddere pugnas

*Musarum chorus, & citharæ pulsator Apollo;*

ita in marmore nostro idem officium reddunt Homero, alteri quasi patri, & omnium artium origini, mentemque ejus & aures mulcent dulci vocum concordia, ac resonantis suaviter citharæ sono. Et sane Julianus scribit eas ex Pieria profectas, in Olympum à patre vocatas venisse; ὁποῖον δ' ἄπ' ἐπὶ τὸ πῶλε Ἰφιδῶν λεγόμενον, ὡς εἶεν δὴ περὶ ἐν τῷ Πιερίῃ, ἔχον ἢ ἐξ Ἐλικῶν ἔς τ' Ὀλύμπῃν ἀφ' ἰνὸν πῶλε τ' πατέρα κληθεῖσιν. Sed Hesiodus, postquam cecinit ex Mnemosyne Iovi in Pieria Μῦσας natas esse, mox ipse sibi contrarius narrat eam peperisse novem filias,

Orat. 3.

v. 53.

Τυτθὸν ἀπ' ἀκροτάτης κερυφῆς νιφόεντος Ὀλύμπῃς.

*Paululum à summo vertice nivosi Olympi.*

Hæc ut concilient Grammaticorum filii, notant esse ἐπαρέθετον; & locum hoc pacto construi debere, τὰς ἐν Πιερίῃ τυτθὸν ἀπὸ τῷ Ὀλύμπῃς. Verum præterquam quod novem intermedii versus

hanc figuram rejiciunt, non cogitant aliud longe esse, *haud procul Olympo*; aliud, *haud procul à summo vertice Olympi*; quorum hoc rem in ipso monte; illud in loco non procul inde remoto factam fuisse indicat. Quibus ad examen revocatis, locus mihi ita distinguendus (de quo tamen optime judicabit Clarissimus Grævius, cui plurimum ille poëta debet) videtur:

Ἡ δ' ἔπει' ἐνέει κέρας ὁμοφρονος.

*Ipsa peperit novem filias concordēs.*

hic sensui finem impono; quia postquam memorasset poëta ex Mnemosyne, quæ Eleutheris imperabat, eratque *oblivio* (scribo enim λησμοσύνη, accusandi casu rejecto; ut ad Mnemosynem referatur, *malorum*, natas Musas; adjicit per quot noctes Jupiter illam habuerit, exactisque mensibus peperisse novem filias concordēs. Hinc canit carmen illis curæ esse; sed quo in loco? paululum à summo jugo Olympi, ubi ædes ipsis pulchræ, & juxta eos habitant Gratia & Γμερθ vel *Cupido*. Sic revera Hesiodus erit planus, & multum inferviet Marmoris antiquissimi illustrationi; in quo etiam Musæ paululum à summo Olympi, quem & eas petiisse mox refert Ascræus senex, vertice sedes suas habent; hæque cithara, illæ voce Homeri veluti secundi patris laudes celebrant, vel aliis carminibus animum ejus demulcent. Illa autem quæ proximum Iovi occupat locum, gravi est habitu, & nescio quid augustius venerabiliusque vultus ejus promittat. *Mnemosynem* Musarum matrem; vel *Euphemen* earum, teste Pausania, nutricem; vel potius *Calliopen* esse arbitror; quæ περθερεσείτη Hesiodo, *Regina* Horatio vocatur; quæ regum comes, quæ Homero, ut Maximus Tyrius scribit, carmina dictavit, quæ sese nutritivisse cum apud poëtam anonymum canit,

lib. 9.

l. 4.  
Anth.  
c. 12.

Καλλιόπη μὲν ἐγὼ, Κύρω δὲ ἔμεν ὠπιεσσὺ μαζόν

Ὅς τρέφεε θεῶν Ὀμηρον, ὅθεν πῖε νήδυμθ' Ὀρθόδης.

cuique Heroici carminis inventio adscribitur in veteri epigrammate Græco;

Καλλιόπη σφίλω Ἡρώϊ θ' ἔρεν αἰοιδῆς.

*Calliope Heroi monstravit carminis artem.*

Quæ vel descendens vel saltantis habitu supra antrum pendet, forte ERATO est, docta saltare, & cithara, quam petit, quaque decoratur nescio an tripudianti similis in num-

mo gentis Pomponiæ apud Urfinum, canere. Binas tibias (nisi tamen faces sunt) ad Homerum protendens, EUTERPE, est, quæ apud Horatium *tibias cobibet*, & apud Aufonium *Dulciloquis calamos... flatibus urget*. Citharam pulsans CLIO, citharistica artis inventrix, ex sententia poetæ Græci; vel POLYHYMNIA, cui Horatius *Lesbourn barbitum sive lyram* tribuit; vel MELPOMENE, quæ apud anonymum *ἄνωνυμος* *μελίφρονα βάρβιτον ἤρει*, *dulci concentu barbita movet*, & cui apud Romanum Lyricum Jupiter *liquidam vocem cum cithara* dedit; quam utramque artem nostram exercere, videtur docere os diductum, & manus lyræ admota. Digitum in globum intendens, ex sententia Nobilissimi Heinsii URANIA est; quæ talis apud Fulvium Urfinum exprimitur, & cæli atque astrorum motus scrutatur. Sed, quanquam hæc utcunque ita possint affirmari, tamen nihil certi statuo; cum quia sibi parum constant veteres in inventis Musarum, uti patet ex Horatio & Aufonio, qui earum artes brevi elegantique carmine complectitur, describendis; tum quia difficile admodum est conjecturari, quæ reliquæ sint, utpote nullo insigni à se invicem distinctæ. Et quanquam Ephorus, *tres*, Mnaseas *quatuor*, Mirtylus *septem*, Crates *octo* Musas apud Arnobium scribant fuisse, auctor tamen novenarium Hesiodi numerum amplexus est; sed simul reliquit divinandum, quæ sint duæ virgines, quæ in ipso aditu antri canentes conspiciuntur. GRATIAS audiviinus ex eodem vate unâ cum Musis in Olympo habitare; illæque forte sacro coetui interfunt. Nec obstat eas vulgo tres statui & quidem nudas; quia non omnium veterum hæc fuit constans opinio; nonnullique pauciores fecerunt, & vestibus eas ornarunt. Homerus ex opinione Heraclidis Pontici unam tantum esse cecinit: Lacedæmonii & Athenienses, quos sequi potuit sculptor, duas colebant: Pausanias: *Ἐπεὶ Λακεδæμονιοὶ γέ εἰναι Χάριτας δύο ἢ Λακεδæμονία ἰδρύσασθαι τὴν αὐτῆς φασὶν αὐτῆς ἢ ὀνόμαζα θεῶν Κλυτὴν ἢ Φαιωνίαν*; Nam Lacedæmonii Gratias duntaxat duas colunt (n. ad fluvium Tiasam, qua Sparta itur Amyclas, teste eodem) *quas Lacedæmonem Taygetæ filium dedicasse tradunt, easque Clitan & Phænnan nominasse*: mox addit, Athenienses antiquis temporibus duas pariter Auxo & Hegemonem veneratos, tertiamque, cui nomen *Carpus*, non Gratiam sed Horam esse.

lib. i.  
od. i.lib. v.  
od. 24.lib. 1.  
od. 4.  
Eyd. 20.lib. 3.  
adv. G.

in Alleg.

in Brot.

lib. i.

l. 2. in  
Soc.

Apud Smyrnæos in templo quodam & Odeo; apud Athenienses ante vestibulum; apud Pergamenos in Attali Thalamo & Apollinis templo eas vestibus ornatas fuisse testes sunt Diogenes Laertius, & Pausanias in Bœoticis; qui cum dixisset, ἢ ταῦτα μὴ εἶναι ὁμοίως ἅπαντα ἐν ἰοθῆτι, ea sane omnia esse vestita, sibi non constare ingenuè fatetur, quam tandem ob causam posteriores Gratiæ, habitu mutato, nudas pinxerint vel finxerint. Sic & apud Eleos vestitæ fuerunt,

l. 6.

si fides habenda interpreti Pausaniæ; Ἐστὶ δὲ ἢ Χάρασιν ἱερὸν ἢ Ἑόανα ὀπίχουσα πρὸς ἰοθῆτι, πρῶτον δὲ ἢ χεῖρες ἢ πόδες λίθῳ λευκῷ; *Suum habent & Gratiæ templum: simulacra lignea sunt, veste inaurata: facies manus & pedes è candido marmore: nisi tamen alia auctoris mens sit; eas n. statuarum partes, quæ vulgo vestibus velabantur, inauratas; vultum vero, manus, pedes, quæ nec in aliis tectæ erant, ex candido marmore fuissè. Licet autem hæc vera esse possint, suspicabar tamen nonnunquam, cur me conjecturæ necdum pœnitet, binas has virgines, auferre ILIADEM & ODYSSEAM; majoreque eas & augustiore statura esse, quam alias, quæ lateribus Homeri in infimo segmento adsident; quia inter deos relatæ, & Musarum consortio sunt insertæ: Quæ ad dextram stat gravior severiorque, ILIAS est, quæ ad sinistram latiore vultu, ODYSSEA; vel quia illa vetustior, hæc junior; vel quia Ilias Tragoediæ, Odyssea Comœdiæ, ut postea docebitur, similis est. Ne quis autem putet hæc me frustra affirmare, & nullo idoneo firmare posse auctore; en quæ Antiphilus Homeri filias cum Musis invocans cecinit olim.:*

lit. Epig.  
Gr. c. 67.

Γλαῖε σὺν Μούσαισι. μετ' ἡμετέρης ἢ δόιδαις

εἶπεν ἔχειν αἰὼν ἕνδεκα Πιερίδας.

*Esse propitiæ cum Musis: post vestras enim cantiones.*

*Dicit habere ætas undecim Pieridas.*

Postquam igitur opera sua, vel Iliadem & Odysseam, composuit Homerus, auctus est Musarum numerus, nec novem, sed undecim fuere; quot in marmore nostro cernuntur; major quibusque lux affulgebit proculdubio, si res in medio ore antri, atque ad pedes virginum positas diligentius paulò excutiam. Nemini dubium est, quin inter eas sint ARCUS & PHARETRA; quibus num significentur amores deorum, dearumque omnium, ut censet Kircherus, vir

dôctif.

doctissimus, an verò Cupidinem Gratiasque, quibus & Musis contiguas domos esse cecinit olim Ascræus senex, illo etiam in antro habitare, alii, quibus commodum, examinent. Mihi videntur designare bella, quæ in Iliade præcipue Homerus cecinit; altera autem res, colliculum referens, cuique ligulæ vel amenta pharetræ sunt imposita, quia revera PILEUS est, peregrinationem Ulyssis; ut ita ostenderet sollers artifex binas has Virgines referre Iliadem & Odyseam; eas in Musarum sacrum cætum receptas; atque adeo non novem sed undecim Musas esse. Pileus margine caret, qualem Ulyssi tribuit D. Hieronymus: *Quartum genus est vestimenti rotundum pileolum, quale pictum in Ulysse conspicimus, quasi media sphaera sit divisa, & pars una ponatur in capite.* Non aliis Castorem & Pollucem (qui tamen umbellatos pileos videntur gerere in Maxentii nummo) capita texisse constat ex ære Lacedæmoniorum apud Tristan: quæ tegmina propterea eleganter Apulejus *ovatas cassides*, & Lactantius *pileum teretem*, explicante Salmasio, appellant; qualem mihi insuper, ne omnes recenseam, notavi in nummo Atilii Cimbrici apud Tristanum; in Galbæ & Trajani apud Choulium; in Phocaensium apud Patinum. Sunt tamen viri eruditi, qui Ulyssi pileum umbellatum, quali nos ab aëris inclementia, pluvia, ventisque defendimur, tribuunt; ut Hieronymus Aleander, impugnatus propterea ab Alberto Rubenio, ut hic rursus ab Octavio Ferrario: qua in sententiarum diversitate quid sequendum sit, vix habeo dicere, pro utraque sententia stantibus viris eruditissimis. Crediderim tamen Ulyssis pileum sphaeram mediam retulisse, qualis describitur Hieronymo *αὐτὸ πῆλιν* proculdubio statuarum, & in marmore nostro oculis subjicitur. Et si verum, ut notat rerum Græcarum peritissimus Joannes Meursius, Ithacum ducem eo habitu fingi solere, quia propter Penelopen (quam *Lacænam* faciunt Pausanias, Lucianus, Plutarchus & Eustathius) Lacedæmoniis insertus, ac Laconica civitate donatus itidem esse censebatur, vix dubium superest, quin Laconico pileo, & *ὡς τὸ ἡμίπελον* ut Lucianus loquitur, referente usus sit. Illud tandem valde notandum, Homerum *πίλιν* nunquam meminisse non modo; sed ne Ulyssi quidem, cujus quasi insigne fuit, tribuere. Procos enim introducit in ejus calvitium scommata ja-

Ep. ad Fab.

T. 1.

Ep. ad Colv.

Expl. Tab. Hel. lib. de Re veit;

In Misæ.

Lac.

In Lac.

In Dcer.

Dr.

In Quaf.

Gr. ad

Ody. A.

cientes ; quod satis magnum est indicium , cum instar aliorum nudo capite incessisse , uti eleganter ex veteribus observat Eustathius ; quo etiam teste Apollodorus ὁ σκιαγεσιφ primus Ulyssi pileum dedit ; quanquam Plinius & Servius illud Nicomacho Aristodemi filio tribuant. Hæc mea de virginibus binis , arcu , pharetra & pileo sententia ; quam si alicujus stomachus respuit , sciat is in re obscura plane divinationem non esse illicitam ; maximamque à me gratiam initurum , qui meliora & certiora docebit : Sed & cum hæc scribo , præstantissimus Heinsius mittit , se cum in transcurso marmor consuleret , arcum & pharetram in vestibulo antri , uti & lyram pro Apollinis insignibus cepisse. Sane Apollo , quem in antris cultum fuisse mox docebo , Musarum consortio gaudet , Μοσαγέτης Diodoro Siculo , aliisque unà cum Diana μουσικώτατ' ἔθεων & τίλει τὴν μουσικὴν Aristidi ; ἐξάρχων τῶν ᾠδῆς , quia Musis canentibus præit , Pausaniæ appellatur ; scilicet , ut canit Aufonius ,

*Mentis Apollinæ vis has movet undique Musas ,*

*In medio residens complectitur omnia Phæbus.*

Cithara quin etiam proprium Dei insigne esse præter marmora , nummos , plurimosque auctores testantur Lucianus & Servius : quorum hic ita loquitur ; *Lyra simulacro ejus additur , ut nobis celestis harmoniæ imaginem monstraret.* Hoc est quare cum Citharistam Augustinus *pulsatorem citharæ* Valerius Flaccus ; & Græci χερσίστορον , si fides habenda Scholiastæ Homeri , appellent ; curque Hesiodo citharædi dicantur esse ἐν Ἀπόλλωνος ἢ Μοσίων. Lyræ quoque inventionem multi Apollini , alii verò Amphioni , alii Lino , alii Mercurio tribuunt ; visentanturque in Helicone Apollo & Mercurius ex ære μαχρόμοις Lib. 5. πει τῶν λύρας , teste Pausania ; qui tamen alibi lyram Mercurio , citharam Apollini tribuit , atque hæc instrumenta distinguit ; id quod etiam facit Aristides , narrans Minervam tibi-  
 arum . lyræ & citharæ usum invenisse . istas quidem dedisse Musæ ; illam Mercurio ; hanc vero Apollini. AR CUM autem Apollinis esse innumeri auctores & nummi , præcipuèque Horatii carmen sæculare , ac Callimachi hymnus testantur. Sic Homero aliisque poëtis frequenter vocatur ἐκαλήβολ' , ποξοφόρ' , ἀργυρόπτε' , χρυσόπτε' , ποξότης , κλυ-  
 v. 57. l. 1. τὸ πτε' ; Mart. Capellæ Sagittarius , & Vulcanifius ; Virgilio &

Ovi-

Ad. od. a.  
 P. 1199.  
 Il. x.  
 p. 804.  
 l. 35, 10.  
 ad l. 2.  
 R. n. 44.

Lib. 1.  
 Lib. 1.  
 Eliac.

Lib. adv.  
 Ind. ad  
 Ecl. 5.  
 l. 6. c. 7.  
 de Civ.  
 Dei.  
 l. 5.  
 Ad. il. o.

Lib. 5.

Orat. 2.

Æem.

Am.

v. 57. l. 1.

Ovidio *Arcitenens*; atque ante eos Nævio apud Macrobiū :  
*Deinde pollens sagittis inchytus Arcitenens, sanctusque Delphis prognatus* l. 6. e. s.  
*Pythius Apollo: Valerio Flacco Arcipotens: & Antinous Pene-* Lib. 5.  
*lopæ procis, cum arcum tendere non possent, suasit, ut*  
 Apollini Κλυβοτόξω sacrum facerent. Sed ut ad antrum sive Odyss.  
 Musarum, ut arbitror, domicilium revertar, ab omni an-  
 tiquitate gentiles speluncis religionem quandam & venerationem  
 adscripserunt, & vetustissimi, ante extructa templa,  
 ea numinibus consecrarunt: Porphyrius; σπήλαια τῶν καὶ ἀν- Lib. de  
 τῶν ἑπτακλισίων πρὸς τὴν θάλασσαν θεοῖς ἀφοσιώτων, καὶ ἐν Κρήτῃ Ant.  
 Κρητίων Διὸς, ἐν Ἀρκαδίᾳ τῷ Πανὶ Λυκείῳ καὶ ἐν Νάξῳ Διονύσω Nym.  
*Speluncas & antra antiquissimi ante templorum usum diis consecrabant, ut*  
*in Creta Curetum antrum Iovi, in Arcadia Lunæ & Parni Lyceo, in*  
*Naxo Dionysō vel Baccho; adjicit Eubulum originem moris ad*  
 Zoroastrem referre, eum naturalem speluncam ac fontibus  
 scatentem rerum omnium auctori, & parenti consecrassē  
 Mithræ; exemplumque alios imitatos vel in à natura  
 vel in manu factis antris sacra peregrasse. Quin & Grammatici  
 Græci ἀντρῶν descendere notant ab ἀντῶ id est *supplicio*, διότι τὰς  
 θεοὺς ἐν αὐτῶν κρήταις ἐστὶ τὰ σπήλαια κρύψασθαι, quia deos in illo colunt,  
 sacras esse speluncas arbitrantur; uti apud M. Etymologici auctorem  
 videre licet. Atque ita Strabo laudat antrum λειψιθελαδων l. lib. x.  
 Νυμφῶν, in monte Lebethrio; in quo tam Musarum quam  
 Nympharum, teste Pausania, signa conspiciabantur: He- Lib. 9.  
 rodotus antrum Κωρύκιον in monte Parnallo: Pausanias spe- Lib. 5.  
 cum in Phrygia ingentem, Matri Magnæ dicatum, & apud Lib. 10.  
 Magnetæ Lethæi fluminis accolæ alium Apollini sacrum,  
 inque illo Deæ, in hoc vero Dei signum τὸ μαλιπα ἄρχαίων;  
 & Suidas tribus locis antrum Zerinthium in Samothracia,  
 in quo Corybantium & Hecates mysteria peragebantur. Qui-  
 bus adde, constanti apud gentiles fama, in speluncis deos edu-  
 catos esse: Saturnum in Oceano extruxisse antrum ad libe-  
 ros ibi alendos; Cereremque in specu Proserpinam educa-  
 sse, qualia multa apud Theologos reperiri Porphyrius, auctor Lib. de  
 est. Antro autem superimposita est LYRA, tanquam in- Ant.  
 signe domus, vel antri, in quo Musæ quibus carmina & eru- Nymph.  
 ditionem accepta ferebant, unde & Hercules Musagetæ, (sive  
 HERCULES MUSARUM eam vel tenet vel circa se habet  
 in marmoribus apud Boissardum & Gruterum, nummisque  
 gen-

gentis Pomponiæ apud Urfinum Fulvium) habitabant. Est illa septem chordarum; qualem Apollini tribuit Proclus ad Hesiodum; & Orpheo Virgilius

*Nec non Thræcius longa cum veste sacerdos  
Obloquitur numeris septem discrimina vocum.*

Lib. 1.

Lib. 5.

ll. Σ.

v. 570.

Eust.

p. 116.

Fab. 161.

Ad.

Ecl. 4.

lib. 2.

In lib. 6.

Theb.

Iliad. 1.

Fab. 170.

Lib. 6.

Diodorus Siculus Lyram à Mercurio inventam appellat *τετραχορδον*, eaque primum sonuisse Apollinem libro tertio memorat, quanquam alibi contrarium doceat. Talis cernitur in nummo Bruti apud Pisonem, & describitur in fragmento auctoris anonymi, qui cum Censorino editus est: *Quas* (modulationes) *animadvertisse cum resonantia suavitatis in arcu sororis Apollinem tradunt, & intendisse protinus Citharam, tum notasse, quod adstrictiora fila* (quæ initio ex lino fuerunt, teste Homero) *in acumen excipiantur, gravibus responderent remissa. Inde fecisse tres primos* (modos) *de quibus supra dictum est: hanc exceperit intensionem Linon, quem quidam Apollinis filium tradunt & nymphæ Paramesæ Chrysothemidi reliquisse: ab ea adjunctum modum, qui synemmenos dicitur: hunc numerum auxisse Terpandrum adjectione diez eugmenon, qui primus à gravibus in acumen avertitur: deinde Timotheus addidit duos parameson & hyperboleon. Quæ tamen verba mihi in gravi mendo cubare, & ita rescribenda videntur esse, & nymphæ Psamathe, & Chrysothemidi reliquisse: ab eo adjunctum. Nam licet Linus Apollinis & Uraniæ Musæ filius dicatur Hygino; à Servio tamen, Pausania (qui alibi scribit eum genitum Amphimaro Neptuni filio; & Diogenes Laërtius in proœmio Mercurio, & Urania) Scholiaste Statii, aliisque mater ejus *Psamathe* vocatur: *Chrysothemidi* scribitur, teste Carrione, in veteri codice; & quanquam muliebre nomen sit, ut *Chrysothemis* Agamemnonis apud Homerum, & *Chrysothemis* Danaï filia apud Hyginum testantur: rescribo tamen *ab eo*; cum quia ita vocatur statuarius Argivus, teste Pausania; tum maxime, quia institutis ludis Pythiis, primus omnium *ἄδων* vicit *Chrysothemis* Cretensis, cujus pater *Carmanor* (Scholiastes Statii *Crotopon* vocat, facitque regem Argivorum, nisi forte duplex historia sit) Apollinem purgavit, uti ibidem legere licet. Et hunc nostrum esse ut credam facit insignis Procli in Chrestomathia locus. Is enim tradit Chrysothemem Cretensem primum usum esse stola insigni, & accepta cithara imitatione Apollinis, solum nomen cecinisse;*



nisse; & cum is eo genere valde probaretur, permansisse hunc morem certaminis; Terpandrum autem videri nomon absolvisse, addito Heroico carmine. Sed ut pergam trium chordarum cithara *Ἀσία* vel *Ἀσίας* vocabatur, quia inventa in Asia urbe Lydiæ; vel ab Asio Lydo, ut Suidas; vel quia Lesbii prope *Asiam habitantes* *πρὸς τῆ Ἀσίᾳ καλοῦνται* ea utebantur, uti Plutarchus memoriæ mandat. *Ἀσιά* celebrat etiam Strabo, Ovidius *Lesbiam Lyram* Orioni tribuit; & quod summo-  
 pere notandum Meles Asiæ fluvius in nummis talem tenet. Ratio autem hujus moris redditur in laudato Fragmento: *Organum quondam habuit tres intensiones, gravem, mediam, acutam. Inde Musæ quoque tres* (quod etiam tradunt Pausanias, & Diodorus Siculus) *ἄσπιατα, Hypate, Mese, Nete.* Chrysothemis igitur adjecit quartam, Terpander quintam, Timotheus vero sextam & septimam chordam: sed præter Suidam etiam Plinius memoriæ mandat Terpandum lyram septem chordis in-  
 struxisse: *Citharam, ait Amphion, ut alii Orpheus, ut alii Linus; septem chordis additis Terpander; octavam Simonides* (talis cithara in marmore apud Hieron. Aleandrum) *addidit; nonam Timotheus.* Plutarchus vero scribit Lyram septem chordarum usque ad  
 Terpandrum in usu fuisse, eum divisisse illam in plures sonos, id est, ex septem duodecim chordas fecisse, uti patet ex versibus, qui adjiciuntur Pherecratis Comici. Pausanias contra  
 Timotheum septem chordis quatuor addidisse; quod firmat edictum ephorum (de quo consule Scaligerum ad Manilium, Leopardum in Miscellaneis; Schottum ad Procli Chrestomathiam, nec non Salmasium in libro de lingua Hellenistica) quo ille urbe Lacedæmoniorum pellitur; *ἐπαναγκάσθη ἡ καὶ τῶν ἑνδεκά χορδῶν ἐπιθέμενᾶ τὰς πέντε τὰς ἑπολιπλω μόνον τὰς ἑπτά.* Festus Avienus Orpheo tribuit novem chordarum lyram; cujus versus, ut sensum recipiant, ita distinguendi sunt:

*Hic jam fila novem docta in modulamina movit,*

*Musarum ad speciem Musæ satus: ille repertor*

*Carmina Pleiadum numero deduxerat.* —

Id est, Orpheus Calliope Musæ genitus novem filis lyram instruxit, cum ante Mercurius ejus inventor tantum septem cecinerit: sic Scholiastes Germanici scribit eum *fecisse chordas novem ex numero Musarum*; & Hyginus Mercurium *cum primum*

In v.  
 Ἀσία:  
 Lib. de  
 Mus.  
 Lib. x.  
 l. 2. Fast.

l. 7. c. 56.

L. de  
 Mus.

Lib. 3.

lyram fecisset in Cyllene monte Arcadiæ, septem chordas instituisse ex Atlantidum numero: quod Maja una ex illarum numero esset, quæ Mercurii est mater. Et sane vicit tandem Deus Mercurius, maximoque in usu, plectricana citbara septem discriminibus, uti canit Alexandri Milesii versus reddens Latine, Chalcidius in Timæum Platonis, vel septem chordarum lyra fuit, eaque in marmore etiam nostro, non secus ac in aliis multis conspicitur; quanquam Apollini decachordam tribuat Fulgentius; Huic autem Apollini novem deputant Musas, ipsumque decimum Musis adjiciunt: illa videlicet causâ, quod humanæ vocis decem sint modulamina. Unde & DECACHORDA APOLLO pingitur CITHARA: qualem etiam marmoreus Apollo in horto Londinensi Serenissimi Britanniarum Regis; uti videre licet apud virum præstantissimum, & olim Belgicæ nostræ, nunc Britannicæ Musarumque omnium decus Isaacum Vossium. Restat jam ut virginum vestes, quæ sane elegantia & varietate notabiles sunt, illustrem. Noto enim mihi tunicam cucullatam vel palliolatam, tunicam *χρῶν*, ἐπωμίδα, ἐπερομάχαλον vel *exomidem*, &, ne quid de solcis vel sandaliis, earumque vinculis dicam, in homine prope antrum in basi stante, pallium revera quadratum, *πτερόγωνον τῷ ἀγμάλι*, ut Dionys. Halicarnassensis loquitur, vel ex quadrato panno constans. Quæ omnia licet Veneres suas habeant, si explicentur, variisque auctorum, Græcorum præcipue locis, lucem sint fœneratura, ramen ne in nimiam molem Consecratio excresceret, evitaremque lectoris fastidium & nauseam, spicilegio de Re vestitaria, quo me spero veram Macedonicæ Chlamydis formam exhibiturum inter cætera, reservabo. Ad virum igitur veniendum tandem est, qui basi insistit tunica & pallio amictus, *circumrasus* crines, *σεφάνωλ τριχῶν*, vel *capillum in orbem rotæ accisum* habens; adhæc, si modo marmor bene expressum est, superam capitis partem rasus (quales Græci *μεσοκέρες* vocare solebant, & si naturæ vitio id fieret, *σελλώια* *humulas*, vel *κάτω τριχίας infra capillatos*, de quibus omnibus Salmasius libro de Coma, ad Tertulliani pallium, & Bochartus in Geographia sacra possunt videri,) nudis pedibus, exemplo Philosophorum, præcipue Cynicorum, & Pythagoræorum, vetustiorumque Thesei, Socratis, & aliorum, quos ἀνυπόδητος incessisse Lucianus, Aristophanes, nec non

Lib. de  
Pœmat.  
cantu.

In Cynic.  
In Nub.

non ex variis auctoribus Schefferus, vir præstantissimus, in docto & pereleganti libro, quem de Natura & Constitutione Philosophiæ Italicæ conscripsit, docuit. Scilicet ut loquitur Clemens Alexandrinus: *Ἀνδρὶ δ' ὅ μάλιστα ἐρμώδιον ἀνυποδησία.* Kircherus arbitratur esse flaminem, promptum & paratum ad sacrificandum: sed cum non intersit illis, qui in ultimo marmore Homero sedenti rem divinam faciunt; nec instructus sit sacris instrumentis; nec præ se ferat sacrificantis habitum, illi opinioni, licet à viro Doctissimo profectæ, manus dare vix possum. Et tamen, ut in aliis hujus generis multis, hic divinare oportet; atque ipse, confiteor enim, nihil certi pronuntiare possum. Forte est, quo ducit volumen quod manu tenet, *Cinæthus Chius* qui circa Olympiadem nominam & sexagesimam, docente Illustri Salmasio, primus Homeri carmina fertur *ῥαψωδῆσαι*, sive cantasse; forte *Lycurgus*, qui teste Heraclide in Excerptis, primus Homeri poemata à Creophyli, quem alii hospitem, alii præceptorem poëtæ faciunt apud Strabonem, posteris natus in Peloponnesum apportavit; forte *Orpheus* qui, teste Tatiano oratione adversus Græcos *πίητιν ἀσιεῖν καὶ ἀδειν* invenit: forte *Linus*, qui arte canendi omnes anteivit, cujus statua fuit in monte Helicone prope lucum Musarum, cuique quotannis parentabant: Pausanias; *Μετ' αὐτῷ Λίνῳ ἐστὶν ἐν πέτρῃ μικρῇ ἀηλαίς τρέπεν εἰρηασμένη. Τὸ τῷ καὶ ἐστὶν ἕκαστον περὶ τῆς ἰουσίας καὶ Μουσῶν ἐναγίζεσι;* Lib. 9. Ad II. σ.  
*Est illi proxima Lini statua in parvo saxo, ad instar speluncæ excavato; huic parentant quotannis antequam Musis sacra faciant:* atque à poëtis fuit cultus *θρηνώδεσι ἀπαρχαῖς*, seu lugubribus carminibus, tanquam primitiis & sacrificiis, teste Philochoro apud Eustathium, qui etiam conservavit versus Hesiodi, & anonymi in eum epigramma, lectu non indignum. Heinsius putabat *Pisistratum* esse, qui Homeri scripta ante dispersa in unum corpus collegit, atque ita posteris conservavit; hocque nomine artificem ingeniosum hanc illi statuam in Parnasso deberi opinatum; & tandem codicem manu tenere, scripta brevia ac libellos solitum complecti, qualis in statuis oratorum passim apparet. Verum hæc omnia dubia ut sint, facit *Tauticus*, verbo Kircheri utor, *character*, qui capiti hominis imminet. Ægyptiorum est inventum, illique nota hac Hieroglyphica, quam Pignorius, Salmasius, Tristanus, Kircherus aliique, P. 1163.

Cap. 1v.  
de Par.  
Hom.  
Lib. 3.

multis illustrarunt, Iſidem & Oſiridem exornare præcipue ſolebant. An forte HOMERUS ipſe cernitur qualis carmina ſua in viis cantabat; & per characterem designat artifex, cum Ægyptium origine fuiſſe; quod præter Gellium & Heliodorum alios multos tradidiſſe docuit Leo Allatius? an vero erit antiſtes vel Περσφύτης ille Thebanus, qui Homerum genuiſſe narratur apud eundem Heliodorum; quique ob hominem plane divinum procreatum, Muſis comes datur cum vulgato ſacrorum Ægyptiorum characterẽ? Verum tempus eſt, ut obnoxiiſ coniecturæ rebus poſthabitis, ad ultimum Marmoris ſegmentum accedam; in quo revera clarior rerum facies, atque apertior; cum quid ſibi ſimulacra velint, non ſinant nos dubitare, ſingulis ſubjecta atque ſuppoſita nomina. Sedet enim HOMERUS diademata vel vitta caſta caput cinctus, manum ſiniſtram ad ſummam haſtam ſere extendens, dextra in genu reſoſita tenens codicem, tunicam indutus, pedes nudus; cingitur filiabus ILLIADE & ODYSSEA; EΥΜΕΛΙΑ illi coronam imponit; ΚΗΡΟΝΟΣ admiratur virum vel ſilentium ſuadet; ΜΥΘΟΣ tenet pateram & ſympuvium; aræ adſtat Bos mira, ſed tamen tunc temporis cognita, forma: ΙΣΤΟΡΙΑ ex acerra thus depromptum aræ duobus primis digitis injicit; ΠΟΙΗΣΙΣ facces, quæ ſcilicet ignem ſacrum accendent extollit; ΤΡΑΓΩΔΙΑ & ΚΩΜΩΔΙΑ prægaudio vel admiratione, quod auctorem & patrem ſuum vident deum, manus ad ſidera tollunt, ΦΥΣΙΣ puerili non abſque ratione imagine, blanditur Virtuti; ΑΡΕΤΗ digito os premit, ſilentium ſuadet, increpatque quaſi Naturam veſtes ſuas vellicantem; ΜΝΗΜΗ meditatunda plane, & memorias Veterum repetens adſtat; ΠΙΣΤΙΣ miratur tanta Homero, propter innatam quaſi dicendi atque perſuadendi vim præmia eſſe data; & denique ΣΟΦΙΑ eandem ob rem veluti attonita agmen claudit, oculosque in virum intendit, qui omnium iudicio Sapientiſſimus fuit habitus. Virtutum igitur vel Artium prima ſe offert, & ſacram cohortem ducit

E T M E Λ I A

Id eſt, ſi Latine interpretari volumus

A P T A M O D U L A T I O  
vel

A P T U S N U M E R U S.

Vox

Vox hæc inprimis elegans & notanda, eodem plane sensu occurrit apud Diodorum Siculum; qui Orpheum narrat composuisse *ποίημα θαυμαζόμενον ἐν τῷ πῶδι δὲ μελέει; ποῖμα mirificum; & consimilitate modorum excellens; pauloque post τῷ Περσεφώνῳ Διὸς δὲ μελέει ψυχραγωγῶσα; Proserpinam modorum vel cantus suavitate oblectasse: & videant eruditi num illa restituenda sit Antonino Liberali, apud quem nunc scribitur *νοστὶ δὲ μελέει*; ita ut Pan fistula canere doctus, & à Musica arte non alienus, iusserit Terambicum propter *δὲ μελέειαν* montem relinquere. Omittitur in marmore nostro E. quomodo sæpe in antiquis monumentis I. pro EI. & vice verâ EI. pro I. ponitur; id quod & in nummis interdum evenire docet illustri Spanhemius. Optimo autem jure hæc virtus Homero tribuitur; quippe qui, ut versuum sonos gratiores efficeret, & vocum concordia poëma suum ornaret, ejus accuratam habuit & diligentem rationem. Scilicet, ut recte loquitur Censorinus, *non promiscue voces omnes cum aliis ut libet junctæ, concordabiles in cantu reddunt effectus; excutiendi examinandique verborum soni, ponderandæ singulæ quasi literæ; quibus neglectis, nulla erit δὲ μελέεια, nulla modulatio, nulla symphonia; quam idem definit, duarum vocum disparium inter se junctarum dulcem concentum; & Cassiodorus, Temperamentum sonitus gravis ad acutum, vel acuti ad gravem, modulamen efficiens; nulla denique orietur consonantia, quæ Boëthio describente, est acuti soni gravisque mixtura, suaviter uniformiterque auribus accidens.* Vitavit hæc vitia Poëta noster, & quantum in se fuit, carmen junctis vocibus, vocalibusque, quæ reddunt orationem canoram, quæque jungi gaudent, fecit *δὲ μελέει*, eamque ob causam *πολυφωνότατον* appellatur Dionysio Halicarnassensi; cujus verba omnino adscribenda sunt: *Ὁ δὲ πολυφωνότατος ἀπάντων τῶν ποιητῶν Ὁμηρος, ὅταν μὲν ᾄσῃ ἐψῶς δὲ μόρφῃ ἢ κάτῃ ἢ ἡδονῆς ἐπιγωγὸν ἐπιδείξασθαι βέλη, τῶν τε φωνηέντων τοῖς κρησίστοις χρεῖσιν ἢ τῶν ἡμιφώνων μαλακωσάτοις, ἢ ἑκάστα πικρῶς τοῖς ἀφώνοις τοῖς συλλαβαῖς, ἐδὲ συγκρίσῃ τὴν ἤχην, ἡδοναίῃς ἀκρίτοις τὰ δυσέκφορα, περαεῖαν δὲ πᾶσι ποιῆσθαι τῷ ἀρμονίῳ τῶν γραμμάτων ἢ ῥέσσει ἀλύτως Διὸς δὲ ἀνοῆς: Poëtarum autem omnium maxime sonorus Homerus, quando venustatem formosi vultus, & pulchritudinem voluptatis illicem describere vult, vocalium maxime sonoris utitur; & semivocalium dulcissimis, nec consonantibus syllabas gravabit, neque concidet sonos, jungens quæ difficile**

Tab. 22.  
Mcl.C. x. de  
Dic Nat.Lib. de  
Mus.Lib. περὶ  
συνθ.  
σιν.  
P. 15.

enuntiarī possunt, sed lenem vel dulcem reddet consonantiam seu harmoniam literarum, auribusque sine asperitate influentem. Neque enim Græca vox verbositatem, vel loquacitatem designat; sed is dicitur *πλούφωνος*, qui mirifica temperatione compositionem ita miscet, ut eximii quidam soni audiantur, & inoffensa vocum copulatio, oratio denique sonora vel vocalis sit animadvertente Fabro Tanaquillo; qualis etiam *Canorus* potest appellari; unde in Glossis *Ευμελής* optime exponitur *Canorus*, & Cicero celebratur, *oratio suavis & canora*. Sic paulo ante idem Dionysius notat hujus rei non ignaros fuisse poetarum optimos; eosque literas, syllabas, voces, quas aptabant affectibus, ingeniose junxisse, & illud frequentissime Homerum fecisse, qui extensione syllabarum, perpetuos ventis obnoxiorum littorum sonos descripsit; Atque hinc ejus poetis *μεμελοποιημένη* vocari potest cum

Ad long.

Lib. 14.

In Irr.  
Gent.  
Philos.

In Orat.

Lib. 13.

Ep. 15.

L. 1. c. 5.  
Car. 23.In He-  
roic.

Athenæo; & ipse non modo *δ'μελής*, verum etiam *magniloquus*, & quod epitheton Platoni tribuit Hermias, *μεγαλοφωνος*. Nam *Magniloquentia*, vel ut Græci loquuntur, *μεγαληγεία* oritur ex numeris apte dispositis, pedibus rite, præcipue dactylis jungendis, pensitandis & examinandis vocalium viribus & sonis, iisque aptandis rei, quæ describenda est. *Dactylicus*, ait Cicero, *numerus hexametrorum MAGNILOQUENTIAE est accommodatior*: qui alibi eam virtutem, (quam *magni oris* nomine designat non ineleganter Ovidius) poetæ nostro tribuit: *Itaque ab Homeri MAGNILOQUENTIA confero me ad vera præcepta Εὐραπίδου*. Hanc ob causam Mæonio vati *magnitudinem operis* tribuit Paterculus, eumque *tonantem* appellat Sidonius;

*Aut cum se historie dabat severæ*

*Primos vix poterant locos tueri*

*Torrens Herodotus, tonans Homerus.*

& *μεγαλορρημοσύνην ἔαπερ τὸ Ὀρφεῖα ἀκούσται; ἠδὸν ἢ Ἐπειθαλέει τὸ Ἡσιόδου; magniloquentiam magis quam Orpheæ exercuisse; & suavitate Hesiodum superasse* scribit Philostratus. Optimo igitur jure *ΕΤΜΕΛΕΙΑ*, ex qua oritur *magniloquentia* & *πλούφωνα*, primastenct, Homeroque poetarum & ingeniorum principi, (qui teste Philostrato, *ἐν ἀρμονίᾳ μουσικῇ πένεται τὸς ποιητικὰς ἢ ἑτέρω*, in harmonia Musica omnes cecinit poeticos tropos; infansque emissa noctu voce *hirundinis, pavonis, columbæ, cornicis, perdicis, porphyronis; ψάρα, luscinia & merula*, ut scribit Alexander

der

der Paphius apud Eustathium, significavit varietatem numerorum, quæ in carminibus postea emicuit, eloquentiamque. EUMELIA autem coronam, si conjectura me non fallit, lauream imponit; id quod futurum Sibylla prævidens cum vocat *μεγαλειῆ* & *σεφανίτην*. Coronatur autem Homerus, vel quia in Deorum, quorum statuas coronatas vel, ut Arnobius loquitur, *sertis, coronis, affectas & floribus* fuisse ex plurimis auctoribus constat, numerum relatus est; vel quia poëtarum princeps, omniumque non modo antiquissimus, verum etiam præstantissimus. Ut enim illi qui virium corporis pericula in gymniciis ludis faciebant, coronam in præmium victoriæ accipiebant; ita etiam poëtæ in certaminibus Musicis victores parili honore afficiebantur; Ins. Vetus;

Od. M.  
p. 1713.

Eust. d. l.

Lib. 7.

2. p. 332.

L. VALERIO. L. F.

PUDENTI

HIC. CUM. ESSET. ANNORUM  
XIII. ROMÆ. CERTAMINE  
IOVIS. CAPITOLINI. LUSTRO  
SEXTO. CLARITATE. INGENII  
CORONATUS. EST. INTER  
POETAS. LATINOS. OMNIBUS  
SENTENTIIS. JUDICUM.

Eumolpus apud Petronium dicit se poëtam non *minimi spiritus*, si poëtis aliquid credendum est; & Neroni Imperatori *Latini carminis coronam* concessam fuisse Suetonius auctor est. Et licet hæc vel ex myrto, vel apio, aliave fronde fuerit composita, *hedera* tamen & *laurus* primas sibi partes deposcunt. Nam *hederaceam coronam* Ovidius Calliopæ; Musis aliis Propertius tribuit. Virgilius *creescentem poëtam hedera ornat*; unde Horatius ad Julium Florum,

C. 12.

5. Fast.  
Lib. 3.  
Ecl. 8.  
Lib. 1.  
Ep. 3.

*Seu linguam causis acuis, seu civica jura*

*Respondere paras, seu condis amabile carmen*

*Prima feres HEDERÆ VICTRICIS præmia. —*

Sed, ut monui, hæc quam Homero *Εὐμέλεια* imponit, *laurea* videtur esse; celebrata itidem Propertio,

Lib. 3.  
El. 6.

*Ite procul fraudes, alio sint aëre noxæ,*

*Pura novum vati LAUREA mollit iter.*

quam

Lib. 1.  
Achill.

quam & Statius, non secus ac Imperatoriam, tribuit Domitiano à poëtices studio non alieno, uti Suetonius & Quintilianus testantur;

*At tu quem longe primum stupet Itala virtus  
Grajaque; cui geminae florent vatumque ducumque  
Certatim LAURUS (olim dolet altera vinci)  
Da veniam ———*

EUMELIÆ adstat homo alatus, codicem vel volumen manu tenens, digito silentium suadens, nomenque ejus Kirchero tradente, est

Κ Ι Ρ Ο Ν Ο Σ

vel, ut meliori jure apud Spanhemium legitur,

Κ Η Ρ Ο Ν Ο Σ.

Et forte mutavit ille literam, quia collegii istius socii H. ut I. pronuntiant; & in illorum Grammaticis *Vita*, vel *Bitā*, *Zita*, *Tbitā* & *Ita*, pro Βῆτα, Ζῆτα, Θῆτα & Ηῆτα occurrunt, quam elocutionem antiquis ne cognitam quidem fuisse, fat multis docuerunt viri Eruditi, qui de pronuntiatione Linguæ Græcæ scripserunt. Nonnunquam, fateor, in Inscriptiones vetustas I. pro H. vitio operariorum irrepsit; ut *Επιχώ* pro *Επιχώ*; in nummo apud Patinum, ΜΙΤΡΟ pro ΜΗΤΡΟ (hanc enim vocem decurtatam *Metropolim* interpreto) & vice versa H. pro I. *Χαρω* pro *Χάειν*; *Τίερω* pro *Τίεειν* apud Gruterum; sed tamen mutatio talis hic nequaquam locum habere potest, nec quicquam causæ Kircherianæ opitulatur. Nam H. in marmore non est litera, verum aspiratio, & ΚΗ. idem valet quod litera duplex X. Antiquissimi sc. Græcorum sexdecim tantum literas, tradente Cadmo Phœnicæ habuerunt; Α. Β. Γ. Δ. Ε. Ι. Κ. Λ. Μ. Ν. Ο. Π. Ρ. Σ. Τ. Υ. quibus postea Palamedes belli Trojani tempore adjecit Θ. Ζ. Φ. Χ. totidemque Simonides Melicus Ξ. Η. Ψ. Ω. uti memoriæ mandat Plinius. Antequam vel duplices illæ vel longæ adderentur, alia obtinuit scribendi ratio; & pro *Χερον* ΚΗΡΟΝΟΣ; pro *Χαρων* ΚΗΑΡΟΝ; pro *Ψυχὴ* ΠΕΘΙΚΗΣ; pro *Θεός* ΤΗΘΟΣ; pro *Φίλος*, ΠΗΙΔΟΣ; Marius Victorinus: Θ. Φ. Χ. priusquam à Simonide (neque enim in omnibus vel ab eo vel à Palamede inventis literis conveniunt veteres) invenirentur exprimebant, juxta Τ. & juxta Π. & juxta Κ aspirationis notam Η. Litera namque nondum erat Η. sed tantum aspiratio,

Inf. 10.  
P. 40.  
P. 306.Lib. 7.  
Cap. 57.



tio, scribebantque ξερὸν pro ξηρὸν, ΤΕΙ pro ΤΗΙ vel τῆ, ob-  
 servante eodem; Et significaveram priusquam Græcis inter vocales re-  
 pertæ essent η. & ω. vicem earum tum apud illos tum apud nos explesse  
 ε. & ο: ο etiam scribi solitam pro syllaba ε. E. autem pro ε. & η. Sed  
 postea legitimas literas deturbavit Alphabetum Ionicum,  
 quod licet vetustius, nomen tamen habet à Callistrato Sam-  
 mio, qui primus tam Palamedis, quam Simonidis literas,  
 cum forent vagæ, in unum corpus redegit, certamque iis  
 sedem adsignavit, uti erudite observat Salmasius; omnibusque  
 fere vocibus recentiores imposuit, introducens η. pro ε. Ad Ins.  
 ω. pro ο. ε pro ο; ψι. pro ππ ξ. pro κστ. Θα. pro ΤΗΑ. ΧΡΟ pro  
 ΚΗΡΟ. φα pro ΠΗΑ. Attici sexdecim veteribus usi tamen  
 sunt; usque dum Archonte Euclide, suafore Archino, τὰ  
 Ἰώνων γράμματα receperint, observante Suida; & multi in  
 monumentis vetustis eos sunt imitati; uti præter hoc mar- In v.  
 mor ostendunt nummi apud Goltzium; in quibus Σ Δ Ε Υ Σ Σαμίων.  
 pro Ζ Ε Υ Σ scribitur: & præcipue columna Farnesiana, po-  
 sita tempore Antoninorum Marci & Pii, in quo E. pro H. In Ins.  
 ε. pro Ω. ο. pro ε. Ηο pro οί; Η Ο Δ Ο Ι pro ὁδῶ, Ε Ν Η Ο Δ Ι Α Caut.  
 pro ἐνόδια occurrunt: quam in rem plura videri possunt apud  
 Scaligerum ad Eusebium; Salmasium ad Consecrationem  
 Templi in agro Herodis, Vossium in de Arte Grammatica,  
 nec non Spanhemium in Dissertationibus. ΧΡΟΝΟΣ igitur  
 vel ΤΕΜΠΥΣ Homero tribuitur, quia à Trojana, quam  
 ille descripsit, expeditione incipit *tempus historicum*, & ante  
 eam omnes res gestæ fabulis & figmentis sunt involutæ. Nam  
 licet Varro Terentius apud Censorinum primum temporis  
 discrimen ab hominibus natis ad cataclysmum priorem ex- C. 21. de  
 tendat, vocetque illud propter ignorantiam ἀδελον; secun- Dic N.  
 dum à Cataclysmo ad Olympiadem primam, μυθικόν dictum,  
 quia in eo multa fabulosa; tertium à prima Olympiade, quæ  
 incidit in annum 408. post Trojæ excidium, usque ad sua  
 tempora, quod appellat Ἱστορικόν, quia res in eo gestæ veris  
 historiis continentur; licet ante Olympiades nihil certi apud  
 Græcos, sed omnia ignota aut fabulis involuta & tenebris  
 esse testentur Justinus Martyr, Africanus apud Eusebium, Adh. ad  
 Cent.  
 & ipse Eusebius in Chronicis; licet Suetonius bellum Tro- cap. 10.  
 janum historia fabulari videatur comprehendere; licet etiam præp.  
 Thucydides fateatur se ante bellum Peloponnesiacum, nihil Evang.  
 F Tib. 70.  
 potuisse In præf.

Lib. I.  
Bibl.

potuisse σαφῶς εὐρεῖν Δὲ χρόνος πλὴθ' ἔ, liquido reperire propter temporis longinquitatem; non desunt tamen, qui tempus mythicum ad bellum Trojanum tantum extendunt, quos proculdubio Marmoris auctor doctissimus secutus est. Diodorus enim Siculus inde eximit Græcorum decantatam expeditionem; & adjicit ante eam nihil certi haberi, quia nullum erat ἀσπίγνια πρὸ τῶν πιστόρων, nullum certitudinis fulcrum, cui fides possit haberi. ἀσπίγνια proprie est tabula, in qua Astrologi

De Maced. An.  
c. 6.

siderum ortus, occasus, & tempestates ordine notant, quam tuto sequi licet: qualia ἀσπίγνια ἄ (de quibus pluribus agit Doctissimus Ussërius) Historici non habent ante Trojanum bellum, quia tenebris priora tempora erant involuta, & ab eo incipiebant constare res gestæ, originemque ducebat tempus HISTORICUM, Varroni appellatum. Inde Diodorus tempori, quod Troium bellum præcedit tribuit πρῶξις ἢ μυθολογίας; illi vero quod sequitur, tantum πρῶξις; quia scilicet jam certior rerum ordo, clarioraque deinceps & certiora gesta domi militiæque exponebantur; & Pomponius

L. 3. c. 6.

Mela de templo Gaditani Herculis loquens, annos templi conditi non posse numerari nisi à bello Trojano, quia præcedentia tempora obscura sunt; Annorum, ait, *quæ manet numerus, ab Iliaca tempestate principia sunt*: id est, anni qui in temporibus deduci ac numerari possunt, qui non excedunt memoriam annalium, uti optime explicat Gronovius, qui laudes superat, pater; & denique Plutarchus paulo altius assurgens veram Historiam à Theseo, quem πρῶτον ἢ Τρωϊκῶν

I. 2. c. 16.  
obf.  
In ejus  
vita.

μῦθον ἔκλεψε Clemens Alexandrinus facit, repetere non dubitat. Sic multi hanc ob causam initium historiæ suæ repetebant à Trojæ halosi, id quod Vellejum Paterculum fecisse constat; & qui de antiquitate ac jure urbium contendebant, à belli illius tempore, tanquam certo, argumenta petebant: Isocrates; πολὺ ἢ ἢ Τρωϊκῶν (ἐνεθὲν ᾧ δίκαιον τὰς πίσεις λαμβάνειν τὰς θητὶ ἢ πατρίων ἀμφισετηθῆναι) ἦλθον οἱ ἢ Ἡρακλέους παῖδες; Diu ante Trojana tempora (inde enim fidem jure petunt, qui de patrio jure contendunt) venerunt ἔ Herculis liberi. Et antiquissimi tandem auctores in annorum supputatione utebantur epocha Trojana. Vellejus Paterculus scribit Pelopus progeniem octogesimo post Trojam captam anno ab Herculis progenie Peloponneso expullam; Auctor anonymus apud Suidam, Simmiam vixisse

In Pan.

Lib. I.

anno

anno DVI.  $\mu\tilde{\nu}$   $\tilde{\nu}$  Τρωϊκῶν; quod & facere Democritum apud Laërtium, Diodorum Siculum, Marcianum Heracleotam, aliosque constat. Neque tantum sequentia, sed etiam priora tempora, veluti certissimo termino à Trojana expeditione metiebantur. Justinus Tyron urbem ante annum Trojanae cladis conditam auctor est; Incertus apud Suidam Zoroastrem  $\alpha\epsilon\tilde{\nu}$  Τρωϊκῶν vixisse annos quingentos, quem Hermippus, Plutarchus, & Hermodotus Platonici apud Laërtium faciunt quinque annorum millibuseo bello vetustiorum. Recte igitur  $\chi\rho\nu\nu\nu\nu\nu$  Homero adstat; & licet post Trojæ interitum historia sit obscura sæpe; non tamen plane  $\alpha\delta\delta\lambda\theta$  vel fabulosa est; illaque quæ memorabilia Græci usque ad Darium & Xerxem gessere, quia temporibus defuerunt ingenia, literis mandata non sunt; uti licet videre apud Josephum. Sic Itali vel Romani à Saturni in Italiam adventu historiam fere incipiebant, quanquam res postea gestæ, etiam sub Romanis regibus, obscuræ sint valde, vel ipso Livio docente; quam ob causam ut Homero *Tempus* tribuitur, ita *Tritonas cum buccinis ædis fastigio superposuerunt*; quoniam ab ejus commemoratione ad nostram ætatem historia clara & vocalis est: ante vero muta & obscura & incognita; quod testantur caudæ Tritonum humi mersæ & absconditæ, uti loquitur Macrobius. Nec sane silentio prætermittendum  $\chi\rho\nu\nu\nu\nu\nu$  alatum esse, ad significandam celeritatem, volubilitatem & fugam ejus, quemadmodum non ineleganter canit Horatius,

*Exegi monumentum aëre perennius  
Regalique situ pyramidum altius.  
Quod non imber edax, non Aquilo impotens  
Possit diruere, aut innumerabilis*

*Annorum series, & FUGA TEMPORUM.*

Tempus enim continuo labitur; multique præsens esse negant; quia quod præsens vocamus, ex parte confectum, præteritum, mox perficiendum futurum est, uti præter Marium Victorinum argumentatur Seneca; *præsens tempus*, ait, brevissimum est, adeo ut quibusdam nullum videatur. In cursu enim semper est, fluit & præcipitatur, ante desinit esse, quam venit. Inde non modo perquam eleganter *Ætatem volatilem* vocat Sulmonensis vates; verum etiam optimo merito *Tempori* in marmore alæ tribuuntur; ut & in nummo Heracleotarum, quem in honorem

Lib. 18.

Lib. 1.  
Cont.  
Ap.I. 1. c. 8.  
Sat.  
Serm.  
I. 3. Car.  
od. ult.In Rhet.  
Cic.  
Cap. x. de  
Br. Vitæ.Lib. 1.  
Amor.  
El. 8. &  
Lib. 10.  
Metam.

pag. 333. norem Elagabali percusserunt, apud harum rerum studio-  
sissimum virum Carolum Patinum.



Lib. 5. Falx enim Saturnum esse (quippe quam eidem Deo tribuunt  
Lib. 1. Martianus Capella, Fulgentius, Macrobius, Festus, alii;  
Myth. unde & Falciferum Deum appellat Arnobius:) alæ vero tempus  
Lib. 1. vel χρόνον arguunt; quem eundem cum Saturno esse, licet  
Sat. 78. in v. opi-  
fatis notum sit, tamen non gravabor docere disertissimi pa-  
ma. trum Lactantii verbis: *Quid quod ipsi Saturno non divinum modo  
L. 3. adv. sensum sed humanum quoque admittunt? cum affirmant esse eum Saturnum,  
Genr. qui cursum & conversionem spatiorum & temporum continet; eumque  
L. 1. c. 12. Græce id ipsum nomen habere; Κρόνος enim dicitur, quod est idem quod  
In Rhet. Χρόνος, id est, spatium temporis. Et, ut taceam Lucianum ho-  
p. 1. minem qui veteres imitandos sibi proponit, & antiqui tem-  
poris eloquentiam aucupatur, vocare ἀρχαίων & κρονίων ἀν-  
θρωπων, apprime huc facit, Posidippum occasione vel  
Lib. 4. κακῶν tribuere pedes alatos; Phædrumque cursum volucrem, cum  
Anth. Lib. 5. ξυρῶν vel novacula, Aufonium talaria: Eustathiumque notare Ho-  
Ep. 12. merum narrantem prodigium Græcis in Aulide oblatum,  
Ad. II. B. tempus avibus assimilasse, quia illud alas habet; πτερόν, ait,  
p. 226. ἃ ὁ χρόνος ἢ ἀεὶ ἔτο ἢ πτεροῖς εἰς σημεῖον χρόνος λαμβάνει, Tempus  
enim alatum est, ideoque aves ut temporis symbolum accipiuntur. Quin  
& tempus, ut arbitrantur eruditi viri, barbatum, alatum-  
que, manibus in runcinam incumbens, & pedes vinculis  
(ita Saturnum pedibus compeditis fingi solere scribit Minutius Fel-  
ix) constrictos habens cernitur in Gemma antiqua; non  
secus ac Autumnus corbem fructibus repletum cum anate,  
vel ut ego arbitror, ansere tenens; apud Leonardum Au-  
Part. 1. gustini. Celeritatis igitur alæ symbolum sunt; atque in num-  
Gem. 105. &  
147. mo Catanensi sceptrum alatum ex opinione Clarissimi Viri Ra-  
phaëlis Trichetis significat promptam & velocem eloquentiæ  
vim;*

vim; & ut exprimerent, vocis celeritatem, Homerus, Hesiodus, Lucianus, aliique verba vocant *ἠερδέντα*; Ille insuper Irin *χευσόπτερον*, quia nuntia erat non solum *λαμπροῦ* verum etiam *ώκεια*; & denique quia divina in perpetuo motu sunt, non modo Tempori, verum etiam Soli, Iovi, Minervæ, Dianæ, Nemefi Græci, omnibusque Diis Ægyptii, ut moneo in Harpocrate & pluribus probabitur, alas tribuerunt.

ΧΡΟΝΟΣ præterea attentus admodum stat, & digito silentium suadet. Scilicet ipse Homerus jam olim legem in precibus recitandis dedit *Σιγῆ ἢ Φ' ἰμείων*, *inter vos tacete*. uti docet Julianus Imperator; & ita celebrata sacra gentium, silentiumque imperatum fuisse usitata formula **FAVETE LINGUIS**, qua tamen alii præconem bona verba & bona omnia sacrificio adstantes fari jubere censent, uti videre licet apud Briffonium, & Castalionem, multi auctorum loci testantur.

Quin Pythagorici & Ægyptiorum sapientes januam sacram existimabant; vetabantque prætereuntes eam loqui, quia **SILENTIO** colendus erat deus, omnium rerum auctor & principium, teste Porphyrio. Hinc in marmore ipse sequitur

O M H P O Σ

caput cinctus diademate vel vitta, dextra manu codicem, sinistra hastam cujus summitati lori florem, nescio quam ob causam Kircherus imponit, tenens, tunicam, cujus manicæ vix ad cubitum descendunt, quanque *κολόβιον* & *κελεβίωνα* vocabant, indutus, fellæ insidens, pedibus *ἑποπιδίω* impositis; barba promissâ & pingui; crinibus humerum flagellantibus; qui naturalis & à Deo quasi datus viri ornatus, veteribusque, quibus ars curandi capillos tendendique genas incognita erat, servatus; Lactantius. *Frons ego vallata per circuitum & à temporibus effusi ante aures capilli, & earum summæ partes in coronæ modum cinctæ, & occipitium omne contectum, speciem miri decoris ostentat*: unde & Galilæos *ἑποθορέμης* vocat Nonnus, quemadmodum recte exponit Salmasius; & Lucianus tradit omnes *τῆς παλαιῆς* barbam & comam aluisse. Suppedaneo autem

pedes imponit; non fecus ac Jupiter Olympius apud eundem Lucianum, & Pausaniam; nec non ille qui à Babylo-niis colebatur apud Herodotum; ubi male Laurentius Valla, *sustentaculum*, Stephanus *mensam* intelligunt; cum vel inspi-

in Misop.

Lib. de  
Form.  
Dec. 2.  
obf.c.10.

Lib. de  
Ant.

c. 7. de  
opif. Dei.

Ep de Co-  
ma.  
In Cyn.

1. Quom.  
Hist. Scr.  
lib 6.  
11. c. 83.

cienti pateat, Iovis simulacrum βαθρον scabellum vel suppedaneum, & Thronum sive sedem ex auro habuisse. Juxta Ἰωνπεδῶν MURES chartulam vel aliud quid rodunt; hinc forte locus datur, quia *Batrachomyomachia* à Martiali, qui, ut hic *mures* tantum cernuntur, ita *ranas* solas memorat,

Lib. 14.  
Ep. 133.

*Perlege Meonio cantatas carmine ranas*

*Et frontem nugis solvere disce meis,*

Suida, Proclo, Auctore anonymo; Herodoto, nisi tamen alius vitæ illius auctor, Angelo Politiano, Camerario, aliisque veterum & recentiorum poëtæ nostro tribuitur; vel quia Pammenes Thebanus, Zoilus Amphipolitanus, Xenophanes, Euclides, Eratosthenes præstantissimi poëtæ famam vellicarunt; non secus ac mures scuta, cribra, papyrus, simileque res rodere solent; unde significanter Cicero, *Qui aliquem in conviviiis rodunt, in singulis vellicant, carpunt.* Cæterum cum non libeat immorari nōmini viri nec inquirere; num à prima pueritia habuerit idem, vel MELESIGENIS; sive à Cumæis propter cæcitatem; ab aliis quia obses Persis à Cypriis datus, vel quia in femore longi crines enascebantur, HOMERUS appellatus sit; de quibus omnibus singulari diligentia agit Leo Allatius, ΙΑΙΑΣ & ΟΔΥΣΣΕΙΑ ad partes vocandæ sunt. Nam genu posito adfident Homero, quia illis operibus æternam famam & nunquam intermorituram consecutus est; nec adjiciuntur vel Margitis vel *Batrachomyomachia* vel alia opuscula, quia multi censent hæc sola genuina esse; Proclus; γέγραφε ἡ Ποιήσεις δύο, Ἰλιάδα καὶ Ὀδυσσεΐαν; *scripsit poemata duo, Iliadem & Odyssæam;* Auctor anonymus: εἰδὲν ἡ εἶπε ἑτέρον ἕξω τῆ Ἰλιάδος καὶ τῆ Ὀδυσσεΐας; *Nihil illi præter Iliadem & Odyssæam adscribendum est:* qui & mox addit Pisistratum ποιήματα αὐτῆ ἀληθῆ, id est Iliadem & Odyssæam, sparsim antea cantari solita in unum corpus redegisse. Et sane, si forte alia à poëta nostro composita sunt, his tamen operibus præcipuam laudem meruit; cum duorum clarissimorum populorum internecivis odiis gestum bellum, & peregrinationem hominis prudentissimi describat; quæ etiam, quia nihil illustrius antiqua historia habet, ad exemplar pro-culdubio Homeri, quem & imitatur Polygnotus apud Pausaniam, in porticibus pingebantur; Petron. *Interrogare ego atriensem cæpi; quas in media porticu picturas haberent;*

Orat. pro  
Corn.

In vita  
Hom.

Lib. x.

ILIADA & ODYSSEAM inquit. Cur autem alterum opus à nomine Herois; alterum, licet præcipue circa Achillem versetur, à loco nomen acceperit, explicat eleganter Eustathius extremo præcæmio: ὅθεν ἐκείνο μὴ τὸ βίβλιον, ἀπὸ ἐνὸς περσώπῃ τῆ Ὀδυσσεύς ἀνόμασεν, ἐπεὶ δὴ τῶν τὸ ὄλιγον τ' ἔχει γοσφεῖν ὕλης· ὡς μόνῃ δὴθεν λέξον τὰ κτ' ἢ Ὀδυσσεύς. εἰ δὲ ἀλλῶς κτ' μέθοδον οἰκίαν, κτ' ἐπεὶ πολλὰ παρεπέπληξε. Ταύτην ἢ τὴν βίβλον, συλληπτικώτερον ΙΛΙΑΔΑ ἐκάλεσε· κτ' ἔπε ἀπὸ ἐνὸς τινος ὡς ἐὶν Ἀχιλλεῖα ἢ πειστρον ἐκάλετο, ἔπε ἢ τὰς Ἰλιεῖς ὡς δηλαδὴ τὰ ἢ Ἰλιέων μόνων πελέχσαν κακὰ· ἀλλ' ὅτι πελέχθη τὰ κτ' τὴν Ἰλιον συμπεσόντων ἢ τὰ Τρωϊκά; Inde illi quidem libro à persona Ulyssis nomen indidit, significans sterilitatem materiæ, & tantum se descripturum quæ Ulyssi evenerant; licet temere vel prout in mentem venerant, secundum suam methodum alia multa immisceat. Hunc vero librum magis communi nomine Iliadem, neque ab uno aliquo, v. c. Achilleidem similiterve vocavit; neque propter Ilienses, tanquam solorum Iliensium clades contineret: sed quia complectitur illa, quæ circa Ilium evenerunt, vel Troica; Virgines autem nostræ parvæ admodum præ reliquis sunt; quia opera, quæ designant, optime ætatem ferent, nec unquam canos rugasve, & quod ex illis oritur, fastidium sentient. Hoc est quod & ipse Homerus ab Euclide, cujus verba ante laudavi, vocatur ἀγίεσθαι, senectutis expers; & quod Sulmonensis vates Petillam ad bonas artes & poëticen reducere conatur; cumque cecinisset faciem decentem vitiari longis annis, damnosamque senectutem formæ manus injicere, addit,

*Singula quid referam? nil non mortale tenemus,  
Pectoris exceptis ingenique bonis.*

Et paulo post;

*Tu quoque quam studii maneat felicior usus  
Effuge venturos, qua potes, usque rogos.*

Et quod valde Iliadis atque Odysseæ juvenilem formam illustrat, Θυγατέρες Homeri vocantur ab Antipatro;

Ἀιβίβλοισι, τίνος ἐστὶ; τί κἀθετε; Θυγατέρες μὴ  
Μαιονίδεσ, μύθων δὲ ἴστρος Ἰλιακῶν.

*Quidnam estis libri? quid fertis? filie Homeri  
Nos sumus, Iliacam pandimus historiam.*

Abque alio κῆραι sive puellæ pari elegantia;

L. 3. El. 7.  
Triët.

Lib. 1.  
Ant.

1. 4. 6. 27.

Καὶ

Καὶ τοὺς Δὲ ἀνλήθει ψυχῆ γυνήσαστο Κέρας  
 Διοσάσ ἐν σιθῶν γραψάμεθι σελίδας.

*Et has divino generasti puellas*

*Duos ex præcordiis conscribens libros.*

Orat. 3. *Patri* igitur Homero adfident; quomodo elegantissime poëtæ tam Græcis quam Latinis vocantur: Themistius; Καὶ εἰ ταῦτα ἔτι περὶ αἴξαι, ἔτι περὶ αἴξαι τὰ ἐπιθωμάσμεθαι, ἀλλ' ἐρῶμε περὶ τὰ πατέρας τῶν σίχων; *Atque si hoc te modo gesseris, nibil erit amplius, quod istos versus admiremur, sed illud eorum patri dicemus: Ovidius libros suos fratres, se ipse parentem appellat:*

L. 1. Tr. El. 1.

*Aspiciet illic positos ex ordine FRATRES*

*Quos studium cunctos evigilavit idem.*

*Mox loquens de Amorum libris*

*Deque tribus moneo, si que tibi cura PARENTIS*

*Ne quenquam, quamvis ipse docebit, ames.*

Ad 1. 3. Tr. El. 1. Lib. 3. In Tim. Plat.

Quam in rem nonnulla etiam notat Doctissimus, & omnis antiquitatis peritissimus Nicolaus Heinſius. Proclus quoque Pythagoram appellat τῶν χειρῶν ἐπιθωμάσμεθαι; & poëtæ veteri Scholastico, qui sub nomine Cæsaris Augusti Maronis mortem deplorat apud Pithœum, *suprema jussa parentis sunt*, quibus Italia decedens mandaverat, si quid sibi accidisset, Æneida, & ut ille videtur indicare, omnia sua opera flammis dari. Nam ut hoc ὡς πατέρας ἀδελφῶν adjiciam, omnis ille, qui rei alicujus auctor, PATER ejus appellatur. Nilus apud Themistium est πατὴρ λήτων, *pater frugum*, propter annuam, ut notum, inundationem; primi Cæsares eidem πατέρας βασιλείας; Phidias πατὴρ Iovis Olympii Philoni Byzantio; Augustus in Inſcript. Veteri PARENS COLONIAE Iadira, quia illam deduxerat, apud Sponium, quo nemo melius rudera antiquæ Græciæ, diligentiusque lustravit non modo, verum etiam illustravit. Epaminondas idemque apud Diodorum Siculum sine liberis licet diem obeat, dicit tamen relinqueret se δύο θυγατέρας, n. victoriam Leucetricam & Mantinensem. Sedet præterea ILIAS ad dextram Homeri, quia dexter locus Græcis, quicquid velitentur nonnulli, aliisque populis habitus honoratior; & illa cum dignitate tum antiquitate ODYSSEAM, postea compositam, uti docet Dionysius Longinus, præcedit. Neque tamen diffiteor, dubitatum olim fuisse, utra prior conscripta sit; quemadmodum locu-

Cap. 1.



locuples testis Seneca; Græcorum iste morbus fuit, quærerere quem L. 13. de Br. Vit.  
 numerum remigum Ulysses habuisset: prior scripta esset Ilias an Odyssæa,  
 præterea an ejusdem essent auctoris; imo hanc quæstionem diligen-  
 ter à nonnullis agitatam fuisse non oblitus est memoriæ man-  
 dare Eustathius; Εἰ ἢ ἢ ἔτερε ποιήματα εἰσιν Ὀμήρου, οἷον ἢ ὁ Μαργίτης. pag. 4.  
 ἢ ἢ μῦθων ἢ βασιλέων μάχη, ἄλλοι ἢ αὐτὰ ἐξήγησαν περὶ ἀκρίβειαν.  
 ἢ ἐὰν ἢ Ἰλιάς τὸ Ὀδυσσεύς περὶ πύργου, ἢ ἢ ἀνάπαλιν; Num vero &  
 alia poemata Homerisint, ut Margites, & Pugna murium ramarumque,  
 alii quoque diligenter scrutati sunt, & an Ilias ante Odyssæam, an vero  
 hæc ante illam facta sit. Quicquid tamen disputaverint veteres,  
 Ilias vulgo credita vetustior, & Lucianus affirmantem hoc L. 2. Ver. Hist.  
 ipsum introducit Homerum; ἢ μὲν κἀκείνο ἐπέθῃμεν εἰδέναι εἰ  
 πῶς περὶ ἐχρηστέων τῶν Ὀδυσσεύων τὸ Ἰλιάδῃ, ὡς πολλοὶ Φασιν· ὃ ἢ ἡγεῖτο;  
 Tum & illud scire cupiebam, an quod multi volunt, Odyssæam Iliade  
 priorem scripsisset; ille vero negabat. Merito igitur Ilias dextrum  
 locum occupat, Odyssæa sinistrum; quarum præterea illa,  
 veluti insigne, GLADIUM, hæc vero APLUSTRE ma-  
 nibus tenent. Scilicet Ilias complectitur bella, cædes, cla-  
 des, quas Achilles, Ajax, Hector, aliique tam Græcorum Horat. In Arte.  
 quam Trojanorum dederunt, vel

*Res gestas regumque ducumque & tristia bella;*

Odyssæa vero peregrinationem, quam Ulysses per duo lustra  
 sævo mari, ut Ovidius canit, facere coactus est. Et, quod  
 valde marmor nostrum illustrat, Ilias interrogata quid tan-  
 dem contineret, respondet Antiphilo auctore;

Ἀ μίᾳ μὲν μιλισμῶν Ἀχιλλέῃ, ἔργα ἢ χειρὸς  
 Ἐκτορέως, δεκέτης τ' ἄθλα λέγᾳ πολέμου.

*Prima iram Pelidæ, & denos bella per annos*

*Et quæ egit bello, Troicus Hector, habet.*

Odyssæa vero,

Ἀ δ' ἐτέρε μόνον τὸ Ὀδυσσεύς, ἀμφὶ τε λένκτροις

Χηρείοις ἀγαθῶς δάκρυα Πηνελόπας;

*Alteræ Ulyssæos ingenti laude labores*

*Continet & castæ Penelopæ lacrymas.*

Alius similiter anonymus Iliadem bellum Græcorum, O- Lib. 4.  
 dyssæam reditum, qui revera fuit peregrinatio, & error, Uly-  
 sses complecti canit;

Ἦ μὲν δ' ἢ μὲν νόσον Ὀδυσσεύς, πολὺ πλανητικόν,

Ἦ ἢ ἢ Ἰλιαίων Δαρδανίων πόλεμον.

Cic. 1. 8. Ilias igitur propter cædes, quæ in illa decantantur (unde *Ilias*  
 ad Att. 11 *malorum* in proverbium abiit; & Ἰλιάδην μέ φέρεται apud Helio-  
 Lib. 2. dorum ille dicit, qui rogatu alterius tristem narrationem  
 erat incepturus; & apud Themistium qui malum auget,  
 Orat. 1. Ἰλιάδα ἢ Οδύσσειαν facit) tenet *ensem*; cujus vaginæ extrema  
 pars utrinque quasi falcata & in se flexa est; qualem me non  
 memini in aliis marmoribus vel nummis videre; nisi quod  
 in Notitia Imperii provincia Palæstina gladio, cujus vagina  
 in inferiori parte latior est, ornatus proculdubio causa, uti ex  
 cætyo patet,



cincta sit: Odyfsea vero **APLUSTRE** ostentat, ad signi-  
 ficando Herois sui maritimos errores. Est enim *aplustre*, or-  
 namentum navium ex tabulis tenuibus confectum; vetus-  
 que Juvenalis Scholiastes *tabulatum* interpretatur; *Aplustre*,  
*tabulatum ad decorandam superficiem navis adpositum*, alii dicunt *rostra*  
*navis*, alii *ornamentam puppis*. Græci Ἀφλάσα vocant & puppi  
 recte adscribunt, uti multis docent Salmasius & Scefferus.  
 Sunt & nummi apud Ursinum in Gente Fonteja, aliisque,  
 qui eandem *aplustris* formam exhibent. Neptunus quoque,  
 licet sæpissime delphinum vel tridentem, testibus nummis  
 & Pausania, gerat; interdum tamen fortis suæ in signum  
**APLUSTRE** ostentat, ut in Vespasiani apud Tristanum,  
 Augusti apud Choulium, Hadriani numismate in cimeliar-  
 chio Nobilissimi Viri Constantini Huygens, Domini in  
 Zeelhem, & Principi Araufionensi à Secretis; nec non an-  
 nulo quinto & vigesimo apud Gorlæum. Atque hæc est ge-  
 nuina rerum, quas Homeri filia tenent manibus, explica-  
 tio; non quam comminiscitur Kircherus; genios nempe  
 has

In Exer.  
 Plin. &  
 In Mil.  
 Nav.

has figuras esse, alteram manu flagellum ἐμιόμορφον quasi in aëra vibrare, quo vis & energia in Tyrannorum vitiosorumque hominum flagitiis profligandis signatur; quæ interpretatio viri doctissimi quid sibi velit, aut quem fundum habeat, meum non est inquirere, qui in Græcorum monumentis Græcarum antiquitatum rationem habeo, neque ad adyta & penetralia Isis, vel Osiridis, Iovisve Pharii decuro. Hancque expositionem mire firmat nobile & antiquum Græciæ institutum; quo Rhapsodi (hos *Homeristas* vocari in Fragmento Petronii Tragurino censent Eruditi, & peculiariter vestitum habuisse, quando carmina Homeri cantabant, Lib. 3. docet Achilles Tattius, ὁμηρικῶ σκεδῶ eam appellans) Iliadem recitaturi RUBRIS, Odysseam vero ἀλεγειῶς vel CÆRULEIS induebantur; uti tradit addita ratione Eustathius; pag. 6.

Καὶ τῶ ὁμηρικῶ ποιῆσιν εἰ ὕπερον ὑπεκρίνοντο δεξιμαθικώτερον, τῶ μὲν Ὀδυσσεῖαν ἐν ΑΛΟΤΡΓΟΙΣ ἐοθήμεσι, τῶ ἢ Ἰλιάδα ἐν ΕΡΥΘΡΟΒΑΦΕΣΙΝ: ἐκείνο μὲν, ἥ σὺν παλαιῶς, ἀπὸ τῶ ἐν θηλασίῃ πλάνῳ ἢ Ὀδυσσεῖς, τῆσιν ἢ ἀπὸ σὺ ἐν Τροίᾳ φόνος ἢ τῶ ἐκείθεν αἵματι: *Homeri Poësin posteri egerunt dramatice, Odysseam quidem in cæruleis vestibus, Iliadem vero in rubris: illud quidem ex veterum sententia propter errores in mari, hoc vero propter cædes ad Trojam, & qui inde oriebatur sanguinem: quò pertinet Thyleesium, nescio tamen ex quo auctore (quamvis in genere tradant Ovidius, Martialis, Lib. 1. libros purpura, purpureo succo, velatos, Lucianusque iis tribuat Tr. El. 5. περφυρῶν δισθέρεν) notare; nonnullos veterum membrana sanguinei Iliadem, Odysseam vero cærulei coloris involvisse. 1. 3. Ep. 2. Scilicet ἐρυθρὸς vel *purpureus*, ut Latinis proprie vocatur à Græco φαινῶς vel φαινῶ id est, *cruentus, sanguineus*, color est sanguini simillimus; qualem Plinius purpuræ Tyriæ tribuit; *Laus ei summa color sanguinis concreti, nigricans ad spectu, idemque suspectu refulgens.* Sic calcei Imperatorum, qui hujus coloris erant à Græcis modo vocantur ἐρυθρὰ πέδιλα, modo φαινῶ βαφῆ, uti ex Zonara, Nicera, Codino, Cedreno, Georgio Logotheta aliisque constat; & qui in Inscr. CALCEI PUNICEI pag. 356. sunt, Dioni dicuntur ΕΡΥΘΡΟΧΡΟΟΙ. Lib. 53. Atque ut canentes Iliadem puniceï coloris vel sanguinei vestes; ita φαινῶν ἱδαι, *tunicas puniceas*, vel *russatam vestem* induebantur Lacedæmonii in prælium ituri, ne hostibus, sanguinem & vulnera videntibus, animi crescerent; quemadmodum videre licet apud*

Xenophontem, Ælianum, Valerium Maximum, Isidorum, nec non Eustathium. Diaconi quoque in prisca Ecclesia Dalmaticas gerebant purpura clavatas, ut significarent sanguinem Christi (fas mihi sit sacrum nomen profanis rebus miscere) pro salute mundi effusum esse, ex mente Honorii Augustodunensis, qui vixit sæculo duodecimo: *Dalmatica duas coccineas lineas ante & retro habet, quia vetus & nova lex dilectione Dei & proximi resulget. Iidem tramites purpurei designant sanguinem Christi pro duobus populis effusum.* Ob cædes igitur & sanguinem Ilias ensem tener, ob peregrinationes Ulyssis Odyssæa aplustre; & rapsodi eam cantaturi puniceis; hanc vero, cæruleis vestibus, vel conchyliatis, ut Suetonius loquitur, ornati prodibant. Scilicet talis maris color, quo per tot annos Ulysses fuit jactatus; inde Cærulea frequenter pro pelago ponunt poetæ; Diique marini Cærulei vocantur, usque omnia cærulea tribuuntur: Ovidius;

Lib. 4.  
El. 16. ex  
pont.

*Velivolique maris vates, cui credere possis*

*Carmina CÆRULEOS composuisse Deos.*

Lib. XI.  
& lib. I.  
Met.

Lib. I.  
de N. D.  
Lib. 7.

Theb. &  
Ach.  
Lib. I.  
v. 220.

642.  
Lib. 2. de  
conf. stil.

L. 8. Æn.

Lib. I.  
Artis.  
Carm. 2.

Idem alibi Psamathen Nerei filiam, Neptunum, & Tritonæ cæruleos appellat; Cæruleos oculos Neptuno Cicero, *crines genasque* Glauco; *equos cæruleos* Tritoni Statius; Hylæ a Nymphis raptæ *cæruleas vestes* Valerius Flaccus; Neptuno *cæruleum caput & Britanniam*, quia undique mari alluitur, *cæruleum amictum* tribuit Claudianus;

*Inde Caledonio velata Britannia monstro*

*Ferro picta genas, cujus vestigia verrit*

*Cæruleus Oceanique æstum mentitur amictus.*

Et ne dicam Nilo Virgilium *cæruleum gremium* dare, Tiberino os; Panopæ *crinem*, auctorem Consolationis ad Liviam; Tigris *cæruleam comam* Ovidium; Tiberimque *cæruleum* à Virgilio & ejus imitatione à Sidonio Apollinari vocari; nobile Græcorum institutum, similibus rebus illustrandum est. In antiquis historiarum collectaneis Codicis Vaticani 96. Oenomaus dicitur primus invenisse Circensium ludorum colores, illosque qui terram representabant agitadores exornasse viridi, qui mare, *κτανέω* vel cærulea veste: *Καὶ εἰ μὴ τὸ χλοαῖον ἐνίκαι τῆς θῆς διφορέαν ἤλαπρον. εἰ δὲ τὸ κτανέον, τῆς θαλάσσης διφλοῖαν ἢ ἡύχονοι οἱ μὲν γεωργοὶ τῆς χλοαῖον νικαῖν. οἱ δὲ αὖ πάλιν ναυίλοι τῶν κτανέων ἐβέλοντο πῶν νίκων;* *Quod si color viridis vicisset, terræ fertilitatem omnes*

*sperabant, si cæruleus, tranquillam vel felicem maris navigationem. Quare agricolæ optabant victoriam viridi colori, nautæ cæruleo. Ut verba illa laudantur Nicolao Alemanno ad Procopium: Et ut omittam eadem fere Chronici Alexandrini Auctorem tradere, hostiæ diis marinis oblata cæruleis vittis ornantur à Valerio Flacco;*

L. i. Arg.  
v. 128.

*Tum læti statuunt aras, tibi, rector aquarum,  
Summus honor: tibi CÆRULEIS in littore vittis  
Et Zephyris Glaucoque bovem, Tethidique juvencam  
Dejicit ———*

Romæ nuntiato tumultu Italico vel Gallico, is qui exercitum ducturus erat, vexillo roseo pedites, CÆRULEO equites evocabat; quia talis maris color, & à Neptuno equus productus est, teste Servio. Illi qui deos marinos repræsentabant, cæruleati erant; & Plancus apud Vellejum cæruleatus & nudus, caputque arundine redimitus Glaucum saltavit. Qui fortiter se in præliis navalibus gessissent vexillis eodem colore infectis donabantur; & Augustus M. Agrippam in Sicilia post navalem victoriam cæruleo vexillo donavit, apud Suetonium; quod vexillum Dio appellat *σιμαῖον κυανοειδῆ ναυκοχλην*: Sextus tandem Pompejus ob geminum partis diversæ naufragium elatus, quia Neptuni filius haberi volebat, paludamentum puniceum cæruleo mutavit; Appianus; *Καὶ τὴν σωῆθι πῶς ἀποκράτησεν χλαμύδα ἐν φοινίκῃ, εἰς κυανῶ μετὰ δάξαι φασί.* Non igitur absque ratione rhapsodi Odyssæam cantaturi cæruleis vestibus ornabantur. Nam errasse Ulyssæm post decennale Trojæ bellum per totidem annos (Plautus enim in Fragmentis quando canit;

Ad. l. 8.  
Æn.  
L. 2. c. 83.

Cap. 25.

Lib. 51.

Lib. 5.  
B. Civ.

*Ulyssæm audiri fuisse ærummosissimum*

*Qui annis viginti errans à patriâ absuit,*

utrumque tempus conjungit; quod miror non cepisse Priæum ad Apologiam Apuleji) inter omnes veteres constat, donec Eratosthenes; an Ulysses, & ubi erraverit in dubium vocare est ausus; quem tamen unâ cum discipulo Apollodoro longa doctaque disputatione Strabo refellit. Imo Tyrrheni Ulyssæm Νῆϊον id est, vagum vel erroneum vocaverunt, uti Tzetzes (nisi tamen vigilans somniet ac nugetur, uti censet Bernardus Martinus; vel apud eum *πλάνη* rescribendum sit) commentatur in Lycophronem; *Νῆϊον ὁ Ὀδυσσεὺς ὠρεῖ Τυρρῶνων καλῆτι, δη-*

Lib. 1.

ἀσπὶς ὁ ὀνόματι τὸ ἑλληνικόν; at ipse adjicit sese repperisse Ulysses initio Νῆστον dictum fuisse, inde Ulysses, non secus ac Achilles ante appellabatur Διόδορον ἢ Πυρρίασον. Non desunt tamen, qui narrant majora veris tradi; & Pindarus canit illius illustriorem famam esse Διὸς ἢ ἰδρυεπῆ propter sua vilioquum Homerum; cujus figmentis inest gravitas quædam, quæque alios sapienter factis fabulis capit: Ovidius quoque conferens suas & illius calamitates, tandem adjicit,

*Adde quod illius pars maxima ficta laborum est,*

*Ponitur in nostris fabula nulla malis.*

Quid de erroribus ejus senserit Telephus Pergamenus Grammaticus, quem Suidas narrat ἐπὶ τῷ Ὀδυσσεύς πλάγιος scripsisse, non passa est nos scire temporis injuria. Alii quæsierunt num in mediterraneo an vero in externo mari fuerit jactatus; Seneca, *Quæris Ulysses ubi erraverit potius, quam efficias, ne nos semper erremus; non vacat audire, utrum inter Italiam & Siciliam jactatus sit, an extra notum nobis orbem: neque enim potuit in tam angusto error esse tam longus.* Et Aristarchus quidem censuit cum ἐν τῇ ἕσῳ θάλασσῃ, Crates vero ἐν τῇ ἕξῳ errasse, uti memoriæ mandat

Ep. 88.

L. 14. c. 6.  
Lib. 5.  
Tr. El. 5.

Gellius: posterioremque sententiam amplecti videtur Ovidius,

*Annuus assuetum dominæ natalis honorem*

*Exigit: ite manus ad pia sacra meæ.*

*Sic quondam festum Laërtius egerit heros*

*Forsam in extremo conjugis ORBE diem.*

neque enim puto extremum orbem memoraturum poetam, nisi Ulysses columnas Herculis credidisset egressum esse; quod multis aliis pariter visum fuit. Strabo enim Hispaniam cum adiisse ex Ulyssæa regionis ejus oppido & Minervæ templo colligit; Solinus Britannias tradit; & alii apud Tacitum in Oceanum delatum, adiisse Germaniæ fines, Asciburgumque in ripa Rheni condidisse; quæ tamen omnia fabulosa esse, Ulyssesque tantum in mari mediterraneo errasse docuerunt Brodæus, Cluverius, Vossius, Bochartus. Sentit & idem Eustathius proœmio in Odysseam; sed addit Homerum Φυλάκῳ πρὸς τὸ ἰσχυρῶς προσηθέντι ὃ ἢ περιηολογίαν περιηλικῶν finxisse cum in Oceanum delatum esse. Apollodorus quoque apud Strabonem eos insectatur qui de sententia Homeri Ulysses circa Siciliam errasse affirmant; quia licet revera ibi jacta-

Lib. 3.

Cap. 25.

Lib. de

Mor.

Germ.

Lib. 3.

Misc. 4.

L. 2. Sic.

Ant. c. 17.

Lib. 1.

cap. 37. &c.

33. de I.

dol.

L. 1. c. 33.

p. 2. Geo.

Sacræ.

Lib. 2.

jaçtatus ventis & mari fit, poëtam tamen fingendi libidine cum in Oceanum deportasse. Ut ut sit, erravit certe Ulysses, indeque factum, ut descripturus gravissimam tempestatem Aristides, ita loquatur; ἢ συμβαίνει τις Ὀδύσεια, ὅθως μὲν ἐν τῷ Τυρρῆνικῷ πελάγῃ, ζάλη ἢ ζόφου, ἢ λίψῃ ἢ παραχῇ τῆς θαλάσσης ἀκαλάχου. *Tum secuta est Odyssea quædam; ac statim in mari Tyrreno procella, tenebræ, Africus, immensa maris commotio. Sequuntur in Marmore*

Tit. 1.  
p. 539.

ΜΥΘΟΣ. ΙΣΤΟΡΙΑ, & ΠΟΙΗΣΙΣ.

& ille quidem puerili atque mascula forma; hæ vero muliebri repræsentantur: de quibus primum in genere, inde in specie ut agam, flagitant res præclaræ, quæ monendæ & discutiendæ, ut tres virtutes Homericæ bene percipiantur, sunt. Ars igitur poëtica ante Oratoriam nata, & πέζου λόγου ὄρε καλεσιδασμῷ, μίμημα ἔ ποιητικῆ ἐστὶ; πηγὴ ἢ δόχνη φερίσεως καλεσιδασμῆος ἢ ῥητορικῆς; *pedestris oratio ex arte ornata, poësis est imitatio; eademque poësis, fons & principium Orationis artificiosæ atque Rhetoricæ: uti Strabo loquitur, pluribusque probant*

Lib. 1.  
Lib. 1.  
H. Poët.  
Ad Sol.

Gyraldus & Salmasius. Nec me movet Joannem Spondanum tam inepti insulsi que commentu pudere, & interrogare Græcos, quo pacto Cadmus, Pherecydes, Hecataeus locuti sunt, antequam artem Oratoriam introducerent. Neque enim illi putant homines inter se colloquentes versus usurpasse; sed libros ita primum conscriptos, eosque qui aliquid principes in publicum ediderunt, poëtas, vel certe ligata oratione usos fuisse. Poëtæ autem, unde & nomen ipsis datum est, multa fingeant, historias veras in fabulas mutabant; utque augerent Deorum majestatem, rerum imperitos homines in admirationem raperent, pondusque adderent arti ab ipsis inventæ, veris figmenta, verisimilia quæ essent, addebant, uti apud Palaphatum legere licet; unde & Strabo ἀρετὰ πλεῖν id est *adtexere vel superaddere illis tribuit.*

Iuit.  
Lib. 1.

Neque enim omnia fingere debent, sed veris ficta adjicere; historiam sibi describendam sumere, illamque variis quasi emblematis ornare; id quod diligenter fecit Homerus nosfer; Strabo Ἐπὶ τῷ, ἐπεὶ δὲ πάντες μυθώδεις, ἀλλὰ πλείω πορσομυθώδεις ἢ μάλιστα Ὀμηροῦ; præterea cum non omnia fingant poëtæ, sed multa affingant, præcipueque Homerus: quem & libro eodem scribit ἀρετὰ τὴν ἱστορίαν τὰς δόχης, *ex historia imitia accepisse. Hoc est, quod*

Lib. 1.

Pag. 260.

docet

- docet & eleganter exprimit patrum disertissimus, & si quis alius, Ciceroni familiaris, Lactantius: *Non ergo res ipsas gestas finxerunt poëtae: quod si facerent, essent vanissimi, sed rebus gestis addiderunt quendam colorem: & mox: Nesciunt homines, qui sit poëtice licentiæ modus, quousque progredi fingendo liceat: cum officium in eo sit, ut ea, quæ vere gesta sunt, in alias species obliquis figurationibus cum decore aliquo conversa traducat. Totum autem, quod referas, fingere, id est ineptum esse & mendacem potius quam poëtam. Sic bellum Trojanum gestum est (quanquam Ilium expugnatum fuisse neget magni nominis & eruditionis Orator Dio Chrysofostomus, vel defensus eo nomine vel reprehensus à nostri sæculi eruditis) sed tot illud Homerus pigmentis exornavit, ut vere se poëtam esse ostenderet.*
- Lib. 1. *Διοσισδάζειν & Διοσισδῶ id vocat Strabo: Βελπον μὲν ἔν ἄν ἔτω δέχῃ, ὅπ πειθεῖς ἐκεί τῷ πᾶντῳ τῷ Ὀδυσσεῖ γλυκερῶ λαβῶν ἀληθῆ τᾶντῳ τῷ θέσιν, ποιητικῶς διοσισδᾶσε. Recte si quis ita Homero assentiatur, ut qui pro certo habens eo pervenisse Ulysses, hoc verum argumentum poëtice exornavit: rursus: χείρον ἢ εἰάν τις ἢ τῷ Διοσισδῶ ὡς ἰσορῶν δέχεῖ: perperam si quis commenta ejus historiam putet. Hoc est quod proprie vocarunt ποιεῖν, ut hominem, qui fingebat, ποιητῶν, remque ipsam πῆσιον. Socrates apud Platonem ἐνοήσας ὅπ τ ποιητῶν δέοι εἶπερ μέγδοι ποιητῆς εἶναι, ποιεῖν μύθος ἀπὸ εὐλόγους; judicans poëtam non debere sermones sed fabulas facere, quam in rem etiam videri potest Plutarchus; qui inter cetera scribit; πῆσιον non esse ἢ ψεῦδος μὴ πρῶσεσι; cui mendacium non adest. Qui poëtas secuti sunt auctores, soluta oratione utentes, Cadmus, Pherecydes, atque Hecataeus, ποιητικὰ tamen conservarunt, teste Strabone; & Heraclitus Philosophus Physicus ποικῶ ποιητικῶς scripsit, uti apud Suidam legitur; unde hæc Censorini querela: Poëtae quidem multa incredibilia scripserunt, nec minus Historici Græci, quamvis eos à vero non par fuit recedere. Scilicet cum viderent magno in honore esse eos, qui ex professione fabulas scribebant; existimaverunt suas quoque curas jucundas & acceptas fore lectoribus, si sub narrationis veræ specie ea dicerent, quæ neque vidissent, neque audivissent, idque unum spectarent, ὅπ ἀκρόασιν ἢ δεῖαν ἔχει ἢ θαυμασίην, ut liber curæ jucunditate & admiratione legeretur; quemadmodum loquitur Strabo. Atque hinc Eratosthenes ansam arripuit reprehendendi omnes poëtas, illosque tantum ψυχολογίαν, non autem*
- Lib. 1. P. 507.



διδασκαλιάν habere cum persuasum haberet, poëticam vocandi *γραῶδη μυθολογίαν; aniles fabulas*; poëtarum interpretes cum ipsis vatibus *φλυαροῦς*; quam hominis doctissimi opinionem multis iisque haud tralatitiis argumentis refellit Geographus, Lib. 1. docetque poëtas *ἢ μόνον ψυχαγαγεῖν ἀλλὰ καὶ διδάσκειν, non modo delectare, verum etiam docere*. Ut enim loquitur eleganter Eustathius, *τὸ ἢ περιφάμεθα καὶ πλείονα εἰδώς, τὸ τέλ. ἐστὶ τ' πείσεως, ἧς ἄρετὴ σοφίζειν μεθ' ἡδονῆς*, Hoc vero, **DELECTANS ET MULTA SCIENS**, *finis est poëseos, cuius virtus, philosophari cum jucunditate*: quam in rem plura, ubi ad *σοφίαν* erit perventum, monebo. Poëtæ igitur, exceptis odarum, silvarum, epigrammatum, elegorum auctoribus, quos solum oblectare & genus poëticæ imperfectum colere censent eruditi, non solum docent narrando res gestas: verum etiam oblectant, multa fingendo, quæ sunt veris proxima; eorumque adeo propria habita fictio ut neminem poëtæ nomine dignum censerent, nisi qui præter metrum diligenter observatum *mendacia dulcissima* excogitasset, ut non ineleganter canit Maximinianus; El. 1.

Ad Odyss.  
M. pag.  
1710.

Rapin. ia  
Diff. de  
Carm.  
Pastor.

*Sæpe poëtarum mendacia dulcissima finxi,*

*Et veros titulos res mihi ficta dedit.*

*mendacia* scilicet quæ forent verosimilia, quæ poterant videri evenisse; unde & *verus titulus* illis præscribi potuit, quia omnia, quæ narrabantur, à veritate nequaquam erant aliena. Hanc ob causam Aufonius Homero *plasma* tribuit: *Tum raptio Helenæ, quæ opinione veterum bipartita est; quod plerisque Helenam juxta Homericum PLASMA ad Trojam deportatam fuisse existimaverunt*: Apulejus *craterem commentam* poëticæ; Ego & alias *crateras Athenis bibi, POËTICÆ COMMENTAM, Geometriæ limpidam, Musicæ dulcem*: & Alcuinus nec non Hincmarus Rhemensis poëtam *falsatorem* vocare non dubitant, & non contemnendæ auctoritatis *falsator* ipsis est Virgilius, uti notat Reinesius. Hinc multi veterum Lucianum numero poëtarum eximebant, quia historiam potius, quam poëma composuerat, resque gestas sine figmentorum strepitu instar historici memoriæ mandaverat, ut apud Isidorum, Servium, Jorrandem, Johannem Sarisberientem; & iis omnibus antiquiorem Quintilianum videre licet; *Lucianus ardens*, ait hic, & *concitatus & sententiis clarissimus, & ut dicam quod sentio, magis oratoribus quam poëtis annumerandus*. Si enim res vera carmine

In Flor.

Ep. 37.  
ad Dau-  
miani.

Lib. 10.  
c. 1. luff.

Cap. x.  
poët.

comprehenditur, nullique fictioni locus datur; jam non poëma, verum historia fiet; ut præter alios docet Aristoteles; qui summi ingenii vir cum multa hanc in rem tradidisset, tandem adjicit; *ἄλλον δὲ ἐκ τῶν ὅτι τὸ ποιητικὸν μᾶλλον ἢ μύθων εἶναι δεῖ ποιητικὸν ἢ τὸ μέτρον;* & differentiam poëtæ docet atque historici non in eo consistere, quod alter ligata, alter soluta oratione scribat; sed quod alter res gestas, alter quales fieri possint vel debeant, componat; ita ut historia Herodoti licet numeris comprehensa, non minus historia futura sit,

Lib. de  
Aud.  
poët.

quam sine illis, *Θυσίας μὲν γὰρ, αἰτ Plutarchus, ἀχόρως ἢ ἀναύλης ἵσμεν, ὅτι ἵσμεν ἢ ἀμύθηον εἶδὲ ἀψευδῆ ποιήσιν...* Etenim sacrificia quædam novimus choris & tibiis carentia: *poësin fabularum & figmentorum expertem ignoramus. Nam Empedoclis & Parmenidis versus, The-riaca Nicandri, ac sententiæ Theognidis, orationes sunt, ut pedestris incessus humilitatem effugerent, granditatem & mensuram à poëtica pro-*

Cap. i.  
poët.

*vehiculo mutuat.e.* Quin & queritur Aristoteles jam suo tempore vulgus poëtæ eos vocasse qui nihil fingerent, sed qui versus tantum facerent; *Οὐχ ὡς καὶ μίμησιν ποιηταῖς, ἀλλὰ κρινῆ καὶ τὸ μέτρον περὶ παρρησίους;* eandemque ob causam illos qui metricæ de

Lib. 9.  
Inst.

medicina scribebant, eodem nomine fuisse donatos. Hinc à poëta distinctus *versificator;* Quint. *Versificator quam poëta melior;*

Lib. eod.

qui etiam alibi, *versificationem* eundem in poëmate locum obtinere scribit, quem in Oratione tuetur compositio. Est autem *compositio* aptus ordo inter se cohærentium rerum, spectans literarum conjunctionem; qua oratio lenis ac suavis redditur, aut plena ac sonora; & ordinem, qui exigit ut graviora subjiciantur humilioribus, quodque dignius & natura prius, præponamus ei quod posterius est. Similiter *Versificator* in eo versatur, ut pedes apte liget, pondera vocum examinet, longa vel brevi, prout res efflagitat, utatur syllaba, legemque metricam rite servet ac superstitiosè; quam contra poëta multa fingat. Et operæ pretium est videre quam diligenter hanc differentiam, in qua describenda fluctuat magnum illud Galliarum lumen Turnebus, observet Arbitrè Petronius; *Multos, inquit Eumolpus, o juvenis carmen decepit: nam ut quisque versum pedibus instruxit, sensumque teneriorem verborum ambitu intexuit, putavit se continuo in Heliconem venisse.* En versificatorem omnibus suis coloribus atque ad vivum depictum; at quanto majora in poëta deliderat! *Non enim res gestæ versibus*

comprehendendæ sunt, quod longe melius Historici faciunt, sed per ambages deorumque ministeria, & fabulosum sententiarum tormentum præcipitandus est liber spiritus, ut potius furentis animi vaticinatio appareat, quam religiosæ orationis sub testibus fides. Hic poëtam vides; qui scilicet non recto ordine res gestas narrat, qui deos iis miscet, qui per gyros & ambitus fabularum fundit mentis conceptus, nec se continet angustis terminis veritatis; ita ut vaticinari & extra se positus possidere videatur furorem illum, quem poëtæ sibi frequenter tribuunt, quique in versificatorem nequaquam cadit. Hanc ut reor, differentiam edoctus Justinus, agens de Atheniensium torpore, qui omnes reditus urbis in dies festos & ludorum apparatus effundebant, non absque ratione ita loquitur: *Et cum actoribus nobilissimis* POËTISVE theatra celebrant, frequentius scenam quam castra visentes: **VERSIFICATORES** QUE meliores quam duces laudantes: poëtas enim theatro tribuit, quia Tragicis & Comicis hoc nomen optime convenit; cum tota illorum poësis in imitatione & fictione consistat; ab iis distinguit *Versificatores*, qui scilicet epigrammata, elegias, & omne genus poëmatum, in quibus nec *μῦθις*, ut Aristoteles loquitur, nec fictio erat, componebant. *Versificator* igitur est *συχοποιός*, ut in Glossarum libro exponitur; verum *συχοποιός* non est *ποιητής*; facit quidem versus, sed abjicit & ejurat quasi figmenta, proprium poëtæ characterem; unde pessime Homerus noster, interpreti Herodoti vocatur *versificator*, cum Græce sit *εποποιός*, id est, *poëta epicus* vel *Heroicus*: quomodo & Porto in Suidæ versione, *Parthenius*  $\chi\iota\theta$  *εποποιός* Chius *versificator*; *Eumolpus* *εποποιός* *versificator Heroicus*; *Opsopoeo* in Luciani Imaginibus & *Lubino* in epistolis Phalaridis *ὁ ἢ ἡμελοποιός* *versificator* & *versificatrix* male redditur, cum debeat esse *poëta Lyricus* vel *poëta Heroicus*: quanquam *εποποιῖα* interdum fabulas excludat, illique tribuatur, qui carmen Heroicum, nullis admixtis fabulis pangit. Locus hanc in rem elegans apud Julianum; qui cum dixisset poëtam fictis fabulis docere, & ne offensam auditorum contrahat, timere palam exemplo Hesiodi eloqui, addit: *Ὁ ἢ μὲν τῶν Αρχίλοχου, ὡσπερ ἠδυσμαίπιδος τῆ ποιήσας, μύθους ἀλιγάκις ἐχρήσατο, ὥρων ὡς εἰκός, πλὴν μὲν ὑποθέσειν, ἢ μείησιν τῶ ποιήσας ψυχαιωγίας ἐνδεώς ἐχρῆσται. σαφῶς ἢ ἐγνώκως ὅτι σερυδὴν μύθους ποιήσας ΕΠΟΠΟΙῖΑ μόνον ἐστὶ: Tum qui Hesiodum secutus est*

Lib. 6.

Lib. 7.  
cap. 167.

Orat. 7.

Archilochus, velut condimento quodam poësin suam temperans raro fabulas adhibuit: cum hoc, uti opinor, animadverteret, argumentum illud, quod susceperat, ejusmodi oblectamenta poscere: sed una tamen probe sciret, poësin segregatis ab ea fabulis meram esse versificationem. Hæc igitur vetustissimorum sententia, iique poëtæ nomen à fingendis fabulis, vel ἀπό τῆ ποιήσιν deduxerunt; quanquam non ignorem sæculi sui lumina Casaubonum & Vossium contrarium statuere, & censere poëtās à faciendis versibus initio dictos; posteaque, ubi vox illa angustius simul & augustius sumi cœpit, à fingendis fabulis. Hanc virorum doctissimorum opinionem ut non improbo, ita certissimum esse pronuntio Aristotelem, Platonem, Democritum (qui apud Ciceronem negat sine FURORE quenquam poëtā esse posse; & apud Horatium ingenium credit fortunatius misera arte, excluditque Helicone SANOS poëtās) plurimosque adeo veterum fictionem prætulisse, illisque ποιήσιν non esse solum λόγον ἔμμετρον *Orationem metro adstrictam*, verum etiam μυθῶς περιέχοντα; *fabulis ornatam*. Sic Julianus loco laudato tradit poësin sine fabulis περιέχουσα εἶναι, καὶ ἄλλοις ποιήσιν, se ipsa privari neque amplius poësin relinqui. Aristoteli Empedocles licet physicam versibus conscripserit, poëta non est: οὐδὲν, αἶψα, ἢ κενὸν ἐστὶν ὁμήρω καὶ Ἐμπεδοκλεῖ, πᾶσι τὸ μέτρον· δι' ὃ τῷ μὲν ποιητῷ δίκαιον καλεῖν, τῷ δὲ φυσιολόγῳ μάλλον ἢ ποιητῷ; *Nil autem Homero & Empedocli commune præter metrum. Quare alter poëta, alter vero Physicus magis quam poëta appellari meretur: & Lactantius, imbutus scilicet altera opinione, dubitat, num inter poëtās an vero Philosophos numerari debeat, quia versibus de rerum natura scripsit. Si tamen alicui ea, quæ & postea videtur primas tenuisse, placet, opinio; non modo ΠΟΙΗΣΙΣ æquo jure poëtæ nostro conveniet, verum etiam alia differentia inter poëtā & versificatorem erit. Ille erit, qui non vulgaria verba, sed poëtico spiritu animata adhibet; ut carmina legens videaris terram linquere, & αἰρήσῃ ἀπὸ τῆ γῆς, quemadmodum loquitur Themistius; juxta illud Petronii: *Sumende voces à plebe summotæ, ut fiat, ODI PROFANUM VULGUS ET ARCEO: Versificator vero qui versum concludit, qui vocibus vulgaribus utitur, cujusque os non magna sonat. Horatius sane negat se in Satyris & Epistolis scribendis poëtæ nomen mereri, quia erant sermoni propiora:**

Cap. 1.  
poët.

1 ib. 2.  
cap. 12.

Orat. 16.

*Primum ego me illorum, dederim quibus esse poetas  
 Excerptam numero: neque enim concludere versum  
 Dixeris esse satis, neque si quis scribat, uti nos  
 Sermoni propiora, putes hunc esse poetam.  
 Ingenium cui sit, cui mens diviniore, atque os  
 Magna sonaturum des nominis hujus honorem.*

Quo proculdubio sensu Lucianus erit poeta vocandus, quem non immerito *ardentem & concitatum* appellat Quintilianus. Huc respicientes veteres, dubitarunt num comoedia, cui *sermocinari* tribuit Apulejus in *Floridis*, quia nullis verbis quasi animatur, poema sit; Horat:

*Idcirco quidam, comœdia, nec ne poema  
 Effet quaesivere; quod acer spiritus ac vis  
 Nec verbis nec rebus inest: nisi quod pede certo  
 Differat à sermone merus sermo; —*

alique ulterius progressi existimaverunt Platonis & Demosthenis scripta, etsi absint à versu, tamen quod incitati ferantur & clarissimis verborum luminibus exornati sint, potius poema esse, quam Comicorum, apud quos nihil est aliud quotidiani dissimile sermonis, nisi quod versiculi sint, uti loquitur Cicero. Ex quibus omnibus patet ΜΥΘΟΝ non modo, sed etiam ΠΟΙΗΣΙΝ Homero convenire; de qua tamen ultima ut & HISTORIA nonnulla monenda restant. Ut igitur per excellentiam ille POËTA vocatur, quemadmodum vel docet Seneca; *Secundum ex iis, quæ sunt, ponit Plato, quod eminet & exsuperat omnia. Hoc aut per excellentiam esse. Ut poeta communiter dicitur. Omnibus enim versus facientibus hoc nomen est. Sed apud Græcos in unius nomen cessit. Homerum intelligas cum audieris poetam; ita etiam optimo merito sive fictiones, sive ipsa carmina spectes eidem tribuitur*

Lib. de  
Orat.

Ep.  
LVI II.

Π Ο Ι Η Σ Ι Σ.

Tanta enim carminibus ejus virtus inest, ut multi veterum crediderint vel certescriserint Homerum, à diis doctum atque institutum fuisse. Tritum est illud Apollinis

*Ἡεῖδον μὲν ἐγώ, ἐχέεσθαι δὲ θεῶν Ὀμήρου,*  
 quo deus significat, se carmina illa cecinisse & dictasse, ab Homero vero litteris fuisse consignata; poeta incertus Iovem ipsam eorum facit auctorem; & alius Palladem,

L.4. ANE.

— — ἐν γὰρ Ομήρῳ

Αὐτὴν ναίει πάσσα σφιλὴ ἐφ' ἑγέρσαστο μολπῶν,

id est, *In Homero vero ipsa, Pallas, habitans eruditum carmen cecinit;* quo respiciens forte Simmias Rhodius, introducit Epeum gloriantem se beneficio Minervæ Homeri versibus laudari

Νῦν δ' ἐς Ομήρειον ἔβα κέλδυσον

Σάν χάριν, ἀγνά πολὺ βεβλε Πάλλας.

O. cat. 53. Quin imo Dio Chrysostomus testatur non potuisse ἀνδρ Μουσῶν ἢ Ἀπόλλωνος Ἐπινοίας absque Musarum & Apollinis instinctu tam sublimem & tam magnificam poësin fieri; Maximusque Tyrius præceptorem Homeri facit *Musam* vel *Apollinem*. Igitur Θεοδιδάκτου erat Homerus, quomodo omnes qui excellebant, dicebantur deos magistros habuisse. Ovidius canit Arachnen texendi, Homerus Scamandrum Strophii filium jaculandi artem à Pallade didicisse; nec defuerunt (inter quos est Proclus etiam Diadochus) teste brevium Scholiorum auctore, qui dicerent, Homerum sese ipsum describere in persona Demodoci, cui *deus canendi peritiam dedit*; quod & inde colligebant, quemadmodum notat Eustathius, quia variis locis dialecti deorum facit mentionem. Quæ omnia nihil aliud significant quam Homerum poëtam natum esse, nec solius præceptis artis ad tantum fastigium ascendisse. Maximus Tyrius non absque ratione arbitratur Hesiodum naturæ beneficio poëtam factum esse; licet ipse fontem originemque ad Musas referret; non secus ac qui ferrariam artem absque præceptore edocti, illam Vulcano adscribunt: ὡσπερ ἀν εἰς τὴν χαλκῶλινος ἡρόμδός τις τέχνης ἀνδρ, ἀνελίθετο Ἡφαιστῷ φέρων τὸ αὐτόμαλον τὸ δημηργίας; unde patet quam insigniter Pisonem laudet Panegyrici auctor;

*Sive chelyn digitis, & eburno verberare pulsas*

*Dulcis Apollinea sequitur testudine cantus;*

*Et te credibile est PHOEBO DIDICISSE MAGISTRO.*

Qua de re plura, ubi ad ΦΥΣΙΝ perventum erit, monenda restant. Verum si ποιῆν idem est, ut plerisque veterum credidisse docui, quod *ingere*; & *ποίησις* in fictione consistit, supervacanea hæc figura videtur; quia paulo ante μυθῶ seu *fabula* vel *fectio* præcessit. Cui objectioni, quæ alicujus momenti est, ut satisfiat; dicendum est; auctorem marmoris per *ποίησιν* non intellexisse *fabularum compositionem*, sed *versuum*; quo-

quomodo Eustathius notat, fabulas non esse de ἑστία ποῦμα-  
 tis, & ποιῆν apud antiquos significare τὸ ποιητικῶς ἔργον ἐμμέτρως Ad II. 41  
 ἀείδειν ἢ γράφειν; deinde μύθους vel fabulas etiam prosa oratione  
 posse conscribi, uti ex iis patet, quæ Æsopi nomine cir-  
 cumferuntur; tandemque summum poëtarum Homerum,  
 omnibusque aliis ducem fuisse. Socrati apud Platonem ap-  
 pellatur ὁ ἀεὶς ὃ ἢ οἱ ποιητῶν; Vellejusque Patercu- In Ione.  
 lus eo nomine impense illum laudat; Clarissimum deinde Homeri Lib. I.  
 illuxit ingenium, sine exemplo maximum: qui magnitudine operis & cap. 5.  
 fulgore carminum solus appellari poeta meruit. In quo hoc maximum est,  
 quod neque ante illum, quem ille imitaretur; neque post illum, qui eum  
 imitari posset inventus est. Neque quenquam alium, cujus operis primus  
 auctor ferit, in eo perfectissimum, præter Homerum & Archilochum  
 reperimus. Eustathius vocat principium ducemque omnium Proöm.  
 poëtarum; ἢ διότι ἀρχαίως ἀρχὴ ἢ καθιγυγίης αὐτὸς πᾶσι γέρονε Iliad.  
 τοῖς ποιηταῖς; Dionysius Halicarnassensis, κερυφλω ἀπάντων κεῖ  
 σκοπόν, ἐξ ἧσπερ πάντες ποταμοὶ ἢ πᾶσα θάλασσα ἢ πᾶσιν κελύου; omnium  
 caput & scopum, ex quo cuncti fluvii, totum mare, & omnes fontes.  
 Quæ cum perspecta haberet Galaton pictor, non sine iudicio  
 Homerum ἐμῶν, τὸν ἢ ἀδύς ποιητῶν τὰ ἐμνησεμῶν ἀρομεύς,  
 vomentem (male Volaterranus, Nannius; postque eos Kir- Praef. in  
 cherus mingentem faciunt) & reliquos poëtas ea que rejecisset, haurien- Buc. Vir.  
 tes, docente Æliano, pinxit; quo pertinet inprimis Naso- Lib. 13.  
 nem canere, Var. c. 22.

*Adjice Mæonidem, cujus ceu fonte perenni  
 Vatum Pieris ora rigantur aquis:*

nec non Manilium;

*Maximus Iliacæ gentis certamina vates  
 Ultimaque in patria, captisque penatibus arma  
 Ore sacro cecinit, patriam qui & jura petenti  
 Dum dabat eripuit: cujusque ex ore profusos  
 Omnis posteritas latices in carmina duxit,  
 Annemque in tenues ausa est deducere rivos  
 Unius fecunda bonis. —*

Neque tantum Heroici poëtæ; sed omnes in super alii origi-  
 nem carminum suorum ex mente veterum Homero debent.  
 De Tragicis & Comicis, quia postea in scenam prodibunt,  
 nihil dicam; nisi Æschylum solitum fuisse narrare, sua  
 scripta

Init I. 21

Lib. 8. *Scripta particulas esse de magnis cœnis Homericis, teste Athenæo. Inter ὑμνογράφους eum recenset Tzetzes; Epigrammata ipsi originem debere notat Eustathius; exstatque non inelegans phialæ Apollini dicatæ inscriptum apud Tzetzem;*

P. 1612.

& 1641.

Φοῖβε ἀναξιδῶρόν τοι ἐλών, τὸ δὲ Ὀμηρῶ ἔδωκα

Ἦσιν Ἰπποφροσύναις· σὺ δ' ἐμοὶ κλέῳ ἐδῶλον ὀπίρρεις.

Et denique *Satyricam poësim* atque *Sillographiam* ex eodem fonte repetendam esse, docet sapissime ad partes vocandus Eusta-

Ad od. 2.

P. 1850.

& 204.

Orat. 53.

thius; οἱ παλαιοὶ, ait, (ὡρασημεῖον) ἐν ταῦτα ὅτι ἔ μόνον Ξενοφάνης πεποίηκε Σίλλους, ἐν οἷς ἐδοκίμησεν, ἀλλὰ καὶ τῆς εἴδους πρῶτῳ καλῆξεν Ὀμηρῶ; veteres annotarunt non Xenophanem solum fecisse Sillos, sed primum hoc poëseos genus invenisse Homerum: puta cum Ther-

stem describit, vel is reges ridet; vel cum ingens Veneri à Diomede inflictum vulnus, lepidissime Græcæ mulieris fibula canit. Adeo ut non absque ratione Dijo Chrysofostomus scribat, deos Homero naturam dedisse ad omnia carminum genera idoneam; quod cum animi divini sit, tribuit etiam illi θεῖον καὶ δαιμονίαν φύσιν. Alii Homerum tamen αὐτοδίδακτον negant, affirmantque poëtas extitisse ve-

Inf. l. 3.

tustiores, eumque præceptores habuisse. Diodoro sane Siculo appellatur ὁ πρεσβύτατῳ σχεδὸν καὶ μάλιξ τῷ ποιητῶν θαυμαζόμενον, antiquissimus fere ὁ ποητῶν maxime admirandus: alibi Pronapidem ejus præceptorem, Linumque res Bacchi ante descripsisse docet: Philostratus in Heroicis eum omnes poëtas, ἐφ' οἷς ἐγγύθεο ὑπερβεβλήθη, ἐν ὅτῳ ἕκαστῳ τῶν αὐτῶν κλέπτης, ut Orpheum magniloquentia, Hesiodum sua-

Adh. ad

Gen.

Proœm.

Odyss.

vitare. Justinus Martyr non primum talia, sed Orphei imitatione, composuisse affirmat: Naucrates apud Eustathium Ægyptum adiiisse & descripsisse libros, quos de bello Iliaco & Ulyssis peregrinatione composuerat Phantasia: Suidas vetustiore facit Thaletem Cretensem vel Illyrium Lyricum poëtam & Thamyrin; Nonnulli apud Sextum Empiricum (qui modo ποίημα nullum πρεσβύτερον existimat, quam Home-

Lib. r.

cap. 10.

ad Math.

ri, modo probabile esse scribit, alios ante eum poëtas & suo tempore, sed ab ejus splendore obscuratos fuisse,) Hesiodum, Linum, Orpheum, Musæum & alios plurimos; Bochartus multos antiquiores; & quidem Trojani belli Syagrum, Daretem Phrygem, Teucricam Sisyphum Coum, Idomenes Dictyn Cretensem, Palamedis discipulum

In Geog.

Sac.



lum Corinnum Ilienſem. Verum ſi fides habenda ipſi poëtæ bellum hoc non ab aliis deſcriptum fecit ſuum; omniaque ex auditu habuit; ita enim Muſas alloquitur

11. B. 485.

Ἦμεῖς ᾗ θεαί εἰτε, παρέσε τε, ἴσε τε πάντῃ,

Ἦμεῖς ᾗ κλέεσσι οἶον ἀκούμεν, εἰδέ πῖδμεν.

*Vos enim Deæ estis, adestisque, scitisque omnia,*

*Nos autem famam solum audivimus, neque quicquam scimus.*

Deinde non omnes illi, qui memorantur bellum Trojanum ante Homerum scripsisse, poëtæ sunt, & denique non desunt alii, qui auctores eos supposititios esse affirmant. Josephus sane nullum scriptum apud Græcos inveniri scribit Homero antiquius; eumque poëtarum antiquissimum facit auctor fragmenti, quod cum Censorino editur; neque aliter sentit Herodotus, οἱ δὲ πρότεροι ποιηταὶ λεγόμενοι τῶν (Homeri & Hesiodi) τῶ ἀνδρῶν γλυέει, ὕστερον ἐμοὶ δοκέειν, ἐγγύοντο τῶν; *Qui vero istis priores poëtæ fuisse dicuntur, posteriores ut mihi quidem videtur, fuerunt;* id quod etiam ex recentioribus cum Leone Allatio, & Joanne Jonsio multi credunt. Atque hæc quidem, ut arbitror, sufficient ad ΠΟΙΗΣΙΝ, quæ cum aliis virtutibus & artibus Homero honorem habet, illustrandam; nunc restat ut & in

L. 1. Adv. Apion.

Lib. 2. c. 53.

L. 1. c. 3. Hist. Philof.

## HISTORIAM

inquiram, discutiamque, num illa jure sacro intersit consortio. Nam cum prima ejus, teste Cicerone, lex sit, ne quid falsi dicatur; cumque propterea nefas sit vel Muſas historico invocare, ut multis docet Lucianus, immerito HISTORIA possit videri tribui Poëtæ nostro, quippe qui non modo falsa pauca, sed pleraque vel omnia, ut nonnulli censent, scripsit. Et ne dicam Jeremiam Hœzlinum prolegomenis in Apollonii Argonautica censere, nullum bellum Trojanum fuisse unquam, Hestiaea olim Alexandrina dissertationem edidit, utrumquæ Homerus de bello ad Trojam gesto cecinit, historia an fabula sit, teste Strabone; & Sibylla Erythræa, uti tradit Apollodorus Erythræus apud Lactantium, Græcis Ilium petentibus vaticinata est, perituram Trojam & Homerum mendacia scripturum; Cassandra quoque, teste Lycophrone, πλάσις γεγράφας, quas tamen aliter explicat Eustathius, eidem tribuit. Imo non desuerunt qui plane historiam Homero

Quom. Hist.

Lib. 13. L. 1. c. 6. Instit.

P. 1867.

ademerunt; & singula, tanquam ea per somnia vidisset, ad allegorias revocarunt; eoque censu habuerunt non modo fabulas, verum etiam ipsum regem regum Agamemnona, Achillem, Ulysssem aliosque heroes, quemadmodum docet idem proœmio Iliados. Horum è numero fuit *Metrodorus*; qui non solum Iovem, Junonem, Minervam, sed Hectorem etiam, Achillem, aliosque Græcos & Barbaros ita explicavit, ut patet ex oratione Tatiani contra Gentiles;

Cap. 21. *Proclus Lycius Diadochus*, qui per Helenam intelligit omnem sensibilis mundi, & generationis pulchritudinem, circa quam animarum pugna perpetuo committitur, donec superiores factæ, irrationabilis hujus vitæ studiis, & intellectu puriores revertantur ad illum locum, unde primum egressæ sunt; cum mille anni unum veluti annum efficiant, qui animas à generatione rursus in generationem perducit; novemque annos vel annorum chiliadas illæ circa generationem versentur; decimo autem omni barbarico tumultu superato ad patrias habitationes redeant: *Auctor anonymus* moralis interpretationis errorum Ulyssis, jure publico donatus à Conrado Gesnero; qui cum undecim ejus errores non ineléganter explicasset, calci operis adjicit; poëtam sub persona Ulyssis quemcunque hominem voluptatibus obnoxium describere; sic tamen ut cognita miseria sua, semper ad temperantiam, moresque compositos non sine suspiriis reverti cupiat; quomodo etiam *Numenius* per Ulysssem intelligit quemlibet alium per hujus mundi generationem ordine transeuntem, ac demum illum pervenientem in locum, ubi nec tempestates, nec maris injurias sentit; quod Porphyrio nequaquam absonum videtur. Alii vero his è diametro veluti oppositi, inciderunt poëtæ alas, nec quicquam permittunt ipsum allegorice dicere; εὐδὲν εἶδ' ἔλας ἀφ' ἡμῶν ἀπὸ γορεῖσθαι παρ' αὐτῶν; accuratissimi autem historias amplectebantur; fabulas vero statuebant primo ita sese habere, inde inquirebant in eas; tandemque decurrebant ad allegorias, illasque vel Physice, vel moraliter vel historice explicabant, quemadmodum Eustathius tradit. Nam multæ fabulæ historiæ etiam inserviunt; & ut cum eodem loquar, οὐκ ὀλίγοι μῦθοι ἢ περὶ ἰσορῶν ἀνθερογενεῖσιν. Sic, ut res exemplo illustretur, deorum nomina vel historice vel physice explicantur.

Mars historicis est filius Iovis; alius Græcus, alius Latinus, alius Assyrius: Theologis vero & physicis Sol, vel planeta. Ejus nec non Veneris adulterium constat physice à multis explicari; sed & idem illustratur ex historia à Palæphato apud Auctorem Chronici Alexandrini, & Suidam; quippe <sup>In v. H. λ. 6.</sup> qui narrant Solem Ægypti regem & Vulcani successorem, patris leges custodientem, fœminam in adulterio cum milite deprehensam per ora populi traduxisse; illud Homerum mutasse, & finxisse licentia poëtica, Solem ostendisse Veneris & Martis concubitum; sic Othum, Ephialtem & Martem alios historice, alios physice, alios moraliter explicasse docet brevium scholiorum Auctor; idemque veteres de chimæra judicasse non oblitus est monere Eustathius: quo pertinet, credidisse atque adeo docuisse Euemerum Messenium, <sup>Ad II. 6. P. 634.</sup> Ennium, Nicagoram Cyprium, Pellæum Leonera, Cyrenensem Theodorum, Hipponem ac Diagoram Melios, & denique Varronem, deos homines fuisse, poëtasque res eorum gestas non finxisse, sed ad memoriam laudibus celebrandam deos finxisse, uti videre licet apud Minutium Felicem, <sup>L. 8. c. 26 de Civ. Dei.</sup> Arnobium, Augustinum, & maxime Lactantium. Neque tamen inficias eo, si poësis Homericæ ad regulas Historiæ exigatur, nomen illud minime vati nostro posse tribui: sed <sup>L. 1. c. 8. II. & 17. Inst.</sup> simul fatendum est partem eum belli Trojani, nec non errores Ulyssis fideliter satis memoriæ mandasse; adjecisse fictiones; quibus demptis poëma nihilo minus historia erit. Maximus quapropter Tyrius HISTORIAM illi tribuit, sed fabulis exornatam; quia, uti loquitur Episcopus Thesalonices proœmio Odysseæ; νόμος τοῖς ποιηταῖς μὴ γυμνὴν τῆν ἱστορίαν ἐκλιθεῖσθαι, ἀλλὰ μύθοις κατὰ πικράζειν; *consuetudo est poetis non nudam historiam narrare, sed fabulis eam implere.* Apud eundem Polybius affirmare non dubitat, Homerum Ulyssis peregrinationi & bello Iliaco paucas fabulas addidisse; seu, ut ipsa verba apponam; τῆ δ' Ὀδυσσεύως πᾶσι καθ' ἑ τῶ Ἰλιακῷ πολέμῳ μικρὰ τ' ποιητῶν περιμνησάσθαι; Lucianus quoque memorat, <sup>Lib. Quom. Hist.</sup> nonnullos veterum credidisse omnia quæ de Achille canit, vera esse, ὅτι μὴ πρὸς τῶν ἑγγράφων; quinimo in heroum gestis describendis majorem illi, quam vel Ctesia, vel Herodoto vel <sup>Lib. xi. Ad II. 2.</sup> Hellanico, & aliis similibus auctoribus, fidem haberi posse Strabo memorat. Adeo ut non immerito Eustathius Ὀμηρικῶν

Lib. 1. *ισοείαν*, de Iliade & Odyssæa loquens celebret; Polybiusque apud Strabonem recte Bœotiam vel Catalogum HISTORIAM esse affirmet; quem etiam, ut doceret veritatem & proinde historiam carminibus viri inesse, veluti certissimum argumentum advocat Eustathius; *Ἡ ποιητικὴ, αἰτ, ἕξις, ἢ καὶ ἑστία, σωθήσκεν ἐξ ἰσοείας καὶ ἀσφάσεως καὶ ἡδονῆς · καὶ ὡς τῆ ἰσοείας μὲν ἔστιν ἡ ἀλήθεια, ὡς ἐν νεῶν κατὰλόγω ποιεῖ Ὀμηρῶ;* Poëtices habitus & natura, constat historia, dispositione & voluptate; atque ut historiarum veritas est, ita id in navium catalogo facit Homerus; quibus omnibus vel aliis argumentis inductus Apollinaris Sidonius, poetam nostrum historicis accenset;

*Ac cum se historiarum dabat severæ  
Primos vix poterunt locos tueri  
Torrens Herodotus, tonans Homerus.*

Lib. 4. de Nisi cum Gerhardo Joanne Vossio, viro præstantissimo dicamus Consentium laudari à suavi, volubili & grandi dictione, qua Herodotus & Homerus excellunt. Et si simplicissimam historiarum definitionem, quæ Plutarcho, Justino Martyri, Theoni & Isidoro est *ἡ γεγονότων περιγραφή*, vel *narratio rei gestæ*, sequimur, convenit illa Homero; quia bellum Troium, & Ulyssis peregrinatio, si plurimos eosque laudatissimos auctores sequimur, evenerunt. Nec defuerunt qui historiarum scribendæ artem ad poetam retulerunt, teste Marcellino in Thucydidis vita; eamque proximam poetis & quodammodo carmen solutum esse memoriæ mandat non minimi nominis auctor Quintilianus; & Agathias, libro primo censet historiam *ἡ πῶρῳ τετάχθαι ποιητικῆς, ἀλλὰ ἄμφω ταῦτα εἶναι ἀδελφὰ καὶ ὁμόφυλα, καὶ μόνῳ ἴσως τῷ μέτερι ἀποκεκεμημένα;* non multum differre à poetica; sed hæc duo esse gemina, affiniaque & solo pæne rhythmo inter se discrepare. Et si Historiam cum Aiclepiade Sextoque Empirico dividere placet in *veram*, quæ Deorum heroum & virorum illustrium res gestas; *falsam*; quæ deorum genealogias; & *quasi veram*, quæ tragoediarum, comœdiarum minorumque argumenta continet, amplectimur; fatebimur utique ea omnia apud Homerum reperiri. Præbet enim ille argumenta tragœdiis & comœdiis, ut postea pluribus docebo; celebrat deorum natales ac genealogias; eorumque ut & virorum illustrium, res gestas posteritati consecrat, complexus

Lib. 1. 0.  
adv. p. 1.  
L. 1. c. 12.  
Adv.  
Math.

plexus trinam illam historiae divisionem: Ex quibus omnibus satis puto patere summa cum ratione Homero & ΠΟΙΗΣΙΝ, & ΙΣΤΟΡΙΑΝ & ΜΥΘΟΝ tribui; quam in rem licet & alia possint moneri, præcipue Lucianum Historicis, si quando montes, muros, fluvios, vel alia loca describere velint, exemplum Homeri & Thucydidis proponere, tamen non diutius iis inhærebo, meque ad ipsum sacrificium convertam.

Μ Υ Θ Ο Σ

igitur aræ adstat puerili forma, brachio exerto, dextra vasculum, sinistra pateram tenens. Puer effingitur cum quia in fabulis non omnia clare perspicimus, & quamcunque operam ponamus, in iis explicandis semper pueri & infantes, quasi sumus; tum quia pueri sacrificiis fuerunt adhibiti; utpote diis gratissimi ex sententia Pythagoræ apud Jamblichum: *Hiscæ adde, ita vertit interpretes, ipsos videri deo acceptissimos esse, quia dicuntur, cum arva sterilitate & siccitate laborant ab urbibus emitti, ut pluviam à diis precentur, quasi deus illos potissimum exauditurus sit: quem morem sacrorum eleganter describit Hora-* L. 1. c. x. L. 2. Ep.

*Castis cum pueris ignara puella mariti  
Disceret unde preces, vatem ni Musa dedisset?  
Poscit opem chorus, & præsentia numina sentit!  
Cælestes implorat aquas docta prece blandus;  
Avertit morbos, metuenda pericula pellit.*

Sed quod marmor melius illustrat, apud Romanos *Flaminicus Camillus* puer dicebatur *ingenuus patrimus & matrimus*, qui *Flamini Diali ad sacrificia præministrabat*: teste Festo; & apud eisdem ἐν τῷ δημοκλεῶσι θυσίας in publicis sacrificiis, non secus ac in lapide nostro ΜΥΘΟΣ, vinum pueri fundebant, uti legere licet apud Eustathium; adstantque sacrificiis vel acerram tenentes P. 1205. vel coronati apud Choulium. Apud Hermionenses celebrantes festum. Cereris χθονίας, pueros pompam deduxisse χθονίας λαβὴν ἐδῆται ἢ ἐπὶ τῷ κεφαλαίῳ σφάνης; apud Ægienes olim puerum Iovis sacerdotem, illique cum pubesceret, alium surrogatum, fuisse Pausanias: & Galbæ sacrificanti L. 2. & 7. Cap. 3.

adstitisse puerum à ministris acerram tenentem, Suetonius memoriam mandant. Atque ita ΜΥΘΟΣ coronatus est more sacrificantium solenni; Seneca Hercule Furente;

— — — huc appellite

Greges opimos. Quicquid Indorum seges,  
Arabesque odoris quicquid arboribus legunt,  
Conferte in aras; pinguis exundet vapor.  
Populea nostras arbor exornet comas;  
Te ramus oleæ fronde gentili tegat,  
Theſeu — — —

- Lib. 14. Sic Censores Romæ, uti tradit Athenæus, τὴν πεπρωμένην ἐνδεδουγίαν ἢ ἐσεφάνωμφοί πελέκη τὰ ἱερά κατέβαλον; togam prætextatam induiti, & coronati securi victimas percutiebant; &, ne quid dicam de sacerdote σεφανοφόρῳ post Paschaliū, Seldenum, Tristantum & Spanhemium, viros præstantissimos, ipsi quoque victimarii, cornicines, & tubicines, alii denique omnes qui sacrificiis aderant, coronati erant, uti ex nummis, marmoribus, Virgilio, Tibullo, Suetonio, aliisque innumeris auctoribus patet satis superque. Tenet præterea puerulus noster manu dextra vas ansatum ore angusto, ventre protuberante, sinistra vero pateram; & se ostendit paratum ad Homero Deo vinum fundendum. Simile plane videre licet apud Choulium, sed nescio an recte præfericulum vocet; quia illud est vas æneum sine ansa, patens summum, velut pelvis, uti Festo describitur. Gutturium vel coturnium mutatis literis vel guttum appellare possis; quia eidem, Gutturium est vas ex quo aqua in manus datur, ab eo quod propter oris angustias guttatim fluat; & alibi Coturnium vas, quo in sacrificiis vinum fundebatur; Varroni vero: quo vinum dabant ut minutatim funderent à guttis guttum appellatur. Pollux inter sacrorum instrumenta recenset χέριον quæ ab interprete redduntur gutturnia. At mihi χέριον vel χερσιον polubrum est; gutturnium vero πέρχον; illo aqua excipitur, hoc funditur: Nonius: polubrum quod Græci χέριον, nos trulleum vocamus: inde adducit Fabii pictoris verba; Aquam manibus pedibusque dato, polubrum sinistra manu teneto, dextra vasum (non secus sc. ac M<sup>o</sup> 9<sup>o</sup>) cum aqua. Vas cum aqua est πέρχον sive gutturnium; quod Varro apud eundem vocat urceolum aquæmanalem; quo aqua excipitur polubrum vel trulleum, unde in Glossis; χέριον trulleum exponitur: neque aliter Homerus vel χέριον vel πέρχον usurpat; quam ipsi χέριον sit aqua quæ manibus infunditur, τὰ δὲ τὸ χέριον Ad Od. a. πῶν ὕδατος, ut optime interpretatur Scholiastes. Ex hoc gutturnio,

L. I. Æn.  
Lib. I.  
El. 10.  
cap. 18.  
Galb.

Pag. 298.  
& 308.

L. 4. de  
L. L.  
L. I. c. I.

II. n.  
v. 304.

Ad Od. a.

turnio, vel *σφύριον* vinum in scyphum, vel pateram, quam altera manu *Μύθ* tenet, & unde diis libabatur, juxta illud Virgillii, *pateris libamus & auro*, effundebatur. Varro: *Præ-* Lib. IV.  
*terea in poculis erant PATERÆ*; eo quod pateant Latine ita dictæ. de L. L.  
*Hæc etiam nunc in publico convivio, antiquitatis retinendæ causâ, cum*  
*magistri sunt, potio circumfertur; & in sacrificando deis hoc poculo ma-*  
*gistratus dat vinum*: Arnobius *scyphos, brias, pateras, simpurvia*;  
 Cicero *cupedunculas & pateras* conjungunt, & denique Festus  
*Simpulum explicat vas parvum non dissimile cyatho, quo vinum in sa-*  
*sificiis libabatur*; Hesychius *Σπονδεῖον, ἀγσίον ἐν ᾧ πῖς εἰδύλοισ οἶνον*  
*ἐπέσπονδον*; qualia etiam apud Pollucem & Suidam legere licet.  
 Vinum igitur ex ejusmodi pateris, quæ in nummis frequen-  
 tissime occurrunt, diis fundebatur, & quidem ante vel post  
 victimam cæsam, si modo auctores semper ordinem sequuti  
 sunt: Claudianus

— — *penetralibus ignem*  
*Sacratum rapuere adytis, ritumque juvencos*  
*Chaldeo stravere Magi. Rex ipse micantem*  
*Inclinat dextra pateram. — —*

Lib. I. de  
 Conf.  
 Hon.  
 v. 62.

Virgilius

*Dii quibus imperium pelagi, quorum æquora curro*  
*Vobis letus ego hoc candentem in littore taurum*  
*Constituam ante aras, voti reus, extaque salsos*  
*Porriciam in fluctus, & vina liquentia fundam.*

L. 5. Æn.

Sed sæpissime thus primo aræ & igni injectum, inde libami-  
 na, tum vero victima cæsâ: Ovidius

*Thure dato flammis, vinoque in thura profuso*  
*Cæforumque boum fibris de more crematis.*

Lib. 13.  
 Met.

Rurfus;

*Thura focus, vinumque dedit, fibrasque bidentis*  
*Turpiæque obscæne (vidimus) exta canis.*

L. 6. Fast.

Quo ordine etiam alibi thus, *merum*, *victimam*; & thus atque  
*vinum* recenset idem. Neque aliter Homero sacrum fit; thus  
 enim aræ injicit HISTORIA; fundentis libantisque habitu  
 adstat ΜΥΘΟΣ; & denique bos nondum percussus; quod  
 etiam Domitiani Imperatoris nummi, nec non marmora  
 apud Choulium usitatum fuisse evincunt. Ara, cujus basi  
 inscriptæ literæ ΑΑ. quid significant ne divinando quidem  
 asse-

Ep. 21.  
 Her. &  
 l. 9. Met.

Lib. de assequor, frondibus more solenni ornatur; Lucianus,  
 Dea. Syr. *Βωμὸς αἰεὶ ἔστειται δι' ἰσώματα ἔχει;* Virgilius, nexos torques,serta re-  
 Lib. 4. centia; Ovidius florentes coronas appellant;  
 Georg. & *Fumida cingatur florentibus ara coronis*  
 l. r. Æn. *Micaque solenni thuris in igne micet.*  
 l. 3. Trist.  
 El. 13.

Et ejusmodi sertis, vel coronis, quas *pancarpias*, quia ex va-  
 rio florum genere factæ sunt, cum Festo vocare licet, aras ex-  
 ornari solere plurimi nummi & marmora apud antiquarios  
 obvia testantur; utque hæc nostra decoratur bovis capite,  
 ita aliæ apud Choulium arietino, ex quoserta dependent si-  
 mili plane modo. Bos, qui aræ adstat Homero immolan-  
 dus, alia plane forma, quam vulgo illi animali adscribitur,  
 quaque in plurimis regionibus cernitur, est. Verum jam  
 olim Plinius monuit non omnibus eandem formam; aliam-  
 que esse Siculorum, aliam Ægyptiorum observavit Achilles  
 L. 2. Tatius. Et, qui huc aliquo modo quadrant, sunt Syriaci instar  
 L. 8. c. 29. camelorum gibber habentes; Aristoteles; *Καὶ οἱ βόες ὡς αὖτε οἱ*  
 Hist. An. *κάμηλοι κάμπους ἔχουσιν ἄνι τῷ ἀκρωτίων;* Boves nodos scapularum fle-  
 runt, ut cameli; idemque Philosophus de Cyprii tradidit, si  
 Ad l. r. Servio habenda fides; *Non omnium autem boum ἕξον, sed eorum*  
 Georg. *tantum, qui sunt, ita ut Cypri gibberes, sicut Aristoteles quoque refert.*  
 Tom. 2. Et sane talis cernitur in Gordiani nummo ab Ephesius percuf-  
 so apud Tristanum; cujus ectypum adjicio; nec non in



gemma antiqua apud Leonardum Augustini parte prima  
 L. 1. c. 22. N. 188. M. Paulus Venetus circa civitatem Camandu simi-  
 les sibi notavit; parilesque Persarum Regi dono datos esse ab  
 Indorum vel Magni Mogolis legato memoriæ mandat Petrus  
 della Valle. Quin & in Sereniss. Celsissimique Arausionen-  
 sium



fium Principis Vicario, quod prætorio exornatissimo, cui nomen *Honslaerdijck*, adjacet, ejusmodi boves, India missi, aluntur; uti me monuit Theodorus Rycquius, celeberrimus apud Batavos Historiarum Professor; & postea ipse non absque singulari animi voluptate vidi. At nostro tuber vel gibbus non supra scapulas flexus est, verum à cervice eminet; & proculdubio regionis suæ bovem sollers finxit artificis manus. Nam tales Caria, quæ regio Ionæ proxima, gignit: *L. 3. Itin. cap. 28.* Plinius; *Syriacis non sunt palearia sed gibber in dorso.* CARICI quoque in parte *Asiæ fædi visu*, TUBERE SUPER ARMOS A CERVICIBUS eminente, *luxatis cornibus, excellentes in onere* *L. 8. c. 45.* *narrantur*: quæ verba cum marmore nostro collata dubitationem tollunt Conradi Gesneri; & explicationem Joannis Baptistæ Pii clare refellunt; quorum scilicet ille ambigit, num Carici fuerint cum Scythicis eminenti instar camelorum dorso; hic vero Syriacos interpretatur. Et de hoc vel certe altero genere boum capiendus est Calpurnius ecloga septima, qua Numeriani ludos describit;

*Hic niveos lepores & non sine cornibus apros,  
Manticoram & silvis etiam quibus editur Alcen  
Vidimus; & tauros, quibus aut cervice levata*

DEFORMIS SCAPULIS TORUS EMINET; aut  
*quibus hirtæ*

*Factantur per colla jubæ. — —*

Præterea nostro sunt cornua divaricata vel diducta, quæ Plinius *laxata*, ita scribendum, appellat. *Luxata* enim, quod vulgo circumfertur, essent loco suo mota, ut *luxata membra* & alia dicimus; at *laxata* sunt quæ in diversum patent, nec introrsum flectuntur: *panda* & *vara* vocat Ovidius; ipsosque boves *patulos* Philargyrius: *Camuri boves sunt, qui conversa introrsus cornua habent, quibus contrarii patuli, qui cornua diversa habent;* *Plautus patales*; quorum cornua, ita explicat Festus, *diversa sunt ac late patent*; Græci vero *πετραλῆς* vel *πέριλῆς*, quia cornua habebant *ἐκπέταλα*, id est, expansa & patula, ut docet Athenæus, atque ad eum Casaubonus. Taurum autem esse, qui aræ adstat ex cornibus, quæ illis, teste Plinio, *minora bubus, tenuioraque; ex generositate in aspectu, ex torva fronte*; & inde colligo, quod Iovi, quem Homerus noster refert, id animal,

mal, licet Servius contradicat, solebat immolari; uti præter Xenophontem, Julianum, aliosque testis est Ovidius:

— — *mactatur vacca Minerva*  
*Alipedi vitulus, TAURUS tibi summe deorum.*  
 rursus,

*Immolat ex illis TAURUM tibi Jupiter unum.*

Med. Seneca,

*Primus sceptriferis colla Tonantibus*  
*TAURUS celsa ferat tergo candido.*

Lib. 4. id est, Iovi & Junoni; atque ita Dionysius Halicarnassensis feriis Latinis taurum Iovi immolatum narrat: *Εὐνὸς ἡ ταύρος κοινῶς ἐπὶ πάντων θυομένης; communis omnium victima est taurus unus.* Suspiciatus quin etiam nonnunquam sum taurum, apud Choulium, impositum habentem cornibus deltoton vel figuram litteræ Δ Iovi sacratum esse; quia similis fere occurrit in Augusti apud Ducem Arschot. nummo cum Ins. IOV. OPT. MAX. SACR. & Hyginus in poët. Astron. memoriæ mandat, Mercurium super caput Arietis ideo Deltoton statuisse, *ut obscuritas Arietis huius splendore, quo loco esset, significaretur, & Iovis nomine Διὸς primam literam deformaret.* Hinc

## H I S T O R I A

Lib. 2. manu sinistra gerit arculam, ex qua thus, quod *θεοσφιλέστων* esse *πὶς θεῶν* scribit Diod. Siculus, depromptum primoribus dextræ digitis altari injicit; qualem etiam tenet Sacrificantis signum elegantissimum apud Chifletium; PIETAS in nummo Lucillæ, uxoris L. Aurelii apud Tristanum; Antonini Pii apud Choulium, atque apud eundem in marmore puer, & alibi juvenis non secus ac in marmore quod Clivis exstans hic repræsentare cum alio porcellum tenente visum fuit; Latini *acerram* vocant: Festus; *Acerra, ara, quæ ante mortuum poni solebat, in qua odores incendebantur: alii dicunt arcam esse thurariam, scilicet ubi thus reponebant.* Ultimorum opinionem præter Horatium, Virgilium, Arnobium, amplectitur Ovidius libro Fastorum quarto;

Lib. 3.  
 Car. 8.  
 l. 5. Æn.  
 v. 745.  
 l. 2. EXII.

*Dixerat à dextra villis mantele solutis*

*Cumque meri patera, THURIS ACERRA fuit.*

*Thura focus, vinumque dedit — —*

& libro quarto Epistolarum ex Ponto, Elegia octava;



卷之二

一、  
二、  
三、  
四、  
五、  
六、  
七、  
八、  
九、  
十、

卷之三

一、  
二、  
三、  
四、  
五、  
六、  
七、  
八、  
九、  
十、

*Nec quæ de parva pauper diis libat ACERRA  
Thura, minus grandi quam data lance valent.*

In Glossis *Acerra*, vel *Acerra thuraria* exponitur λιθανωτεῖς, uti recte emendat Illustrius Scaliger, cum ante vitiose satis scriberetur, *Accepturaria*. Vox Græca etiam apud Plutarchum occurrit, sed viris eruditis, ut equidem puto, non satis intellecta: ἡ δὲ, ait, αἱ μὲν λιθανωτεῖδες (ὡς ἔλεγε Καρνεάδης) καὶ ἄποκενωθῶσι, τὴν δὲ δάδιαν ἐπὶ πολὺν χρόνον ἀναφέρου; non enim roris quidem marini frutices (ut Carneades testatur) etiam excisi diu fragrantiam servant: quæ tamen versio non simplici errore laborat; cum ἡ δὲ interrogationem involvat, λιθανωτεῖς sit arcula thuraria, & ἄποκενωθῶσι significet vacuefacere, vel vacuum reddere. Scilicet animus Philosopho probare res præclare gestas semper gratam sui memoriam relinquere in animo viri prudentis: Nonne enim arcule thuraria (ut dicit Carneades) licet vacuefactæ diu gratum odorem servant; deinde adjicit: ἐν ἧ τῆ ψυχῇ ἔνδον ἔχουσι αἱ καλαὶ πράξεις οὐκ αἰεὶ κεχαρισμένῳ ἢ πρὸς φάρον ἐναπολείπωσι (male vulgo scribitur λείπασσι) τὴν δὲ θνητοῖαν; In anima vero viri prudentis actiones pulchræ non semper gratam recentemque sui memoriam relinquerent? Hunc puto esse verum horum verborum sensum; utque interpretres per λιθανωτεῖδα intelligit male rosmarinum sive libanotida, ita Doctissimum Stephanum non melius explicare thuream plantam persuasus sum. Polianus præterea memoriæ mandans honores, quibus Alexandrum mortuum duces affecerant; refert inter cetera ante thronum fuisse collocatam mensam auream; ἐπὶ ἧ ταῦτα ἐχαρίδα ἢ λιθανώλιδα χρυσοῦν, ἢ λιθανωτὸν ἢ θυμιάματα δάδιη: hæc foculum & arculam thurariam auream, & thus, suffitusque odoratos; scribo enim λιθανωτεῖδα, quia Dioscorus Siculus refert omnes Macedonum Principes ἐκ λιθανωτὸς χρυσοῦ sacrificasse Alexandro, τὸν τε λιθανώλιον, ἢ τῶν αἰθῶν δάδιων τὴν πολυτελέστατον. Hæc autem Virgo, quæ in marmore Historiam repræsentat θυμώλω χειρὶ, sacrificata manna, ut loquitur Æschylus; vel duobus primoribus digitis thus aræ nondum incensæ injicit more in gentilium sacris usitato: Prudentius;

*Si modicum Salis EMINULIS*

*Thuris & exiguum DIGITIS*

*Tangere, Virgo, benigna velis*

*Pæna gravis procul afuerit.*

- L. 1. c. 20. Lactantius ethnicos scribit colere *thure ac summis digitis*, quæ sensibus intimis colere deberent; & alibi eleganter sese nihil in eorum superstitionibus animadvertere, quam ritum ad summos digitos pertinentem. Atque ut HISTORIA pollice & indice thus, quod recte Arnobius dicit, primum locum in caerimoniis sumpsisse, aræ injicit; ita etiam D. Hieronymus duos digitos memorat; Non est tantum in eo servitus idoli, si quis DUOBUS DIGITIS thura in bustum aræ jaciatur, aut haustum patere poculo fundat merum. Verum Porphyrius memoriæ mandat Hermionea tribus digitis libra ex sacculo extracta aræ imposuisse; ἥστων-  
 L. 5. c. 18. τα, inquit, ἢ ψαλσῶν ἐν τῷ περιθῆσι τοῖς τελεσὶ δακτύλοις; gentilibus apud Lactantium, cruciari atque interfici malle, quam THURA TRIBUS DIGITIS COMPREHENSAM in focum jactare, tam ineptum videtur, quam in periculo vitæ, alterius animam magis curare quam suam: & denique Ovidius in sacris feralibus & manium placationibus digitos totidem etiam celebrat:

*Et digitis tria thura TRIBUS sub limine ponit,  
 Qua brevis occultum mus sibi fecit iter.*

- Lib. 5. Ubi per tria thura intellige tres globulos thuris; Ovidius &  
 Tr. El. 13. Plinius micas thuris vocant, quæ scilicet, id quod etiam HISTORIA videtur facere singulæ diis dabantur; Æstimentur postea, ait Naturalis Historiæ Scriptor, toto orbe singulis annis tot  
 Lib. 12. cap. 18. funera, acervatimque congestu honori cadaverum, quæ diis per SINGULAS MICAS dantur: Græci μάμναν λιθανώτες vel simpliciter μάμναν vocant: Glossæ veteres, Thuris pollen, μάμνα; Plinius, Micas concussu elisas MANNAM vocamus; Juvenalis  
 Pag. 508. thus minutum Diofcorides, λιθανώτων λεπτῶν; uti notat Summus  
 Ex. & Diff. de Salmasius. HISTORIAM excipit  
 Manna.

Π Ο Ι Η Σ Ι Σ.

- Amiculo humeros onerata, capillum in vertice vel occipitio nodo constricta, quo de more tam mulieribus quam viris usitato alibi agendi erit locus, utraque manu faces tenens; quibus videtur vel sacrificium velle incendere, uti etiam in  
 Pag. 153. Trajani nummo apud Choulium figura togata facit; vel indicare poetæ in carmine condendo excellentiam; quomodo faces Penelopes Scholiastes & Eustathius faciunt signum ἢ  
 Od. B. γνώσεως. Verum his tandem omiſſis, utpote quæ satis superque explicata sunt, in scenam cum

## T R A G O E D I A

prodeundum mihi est. Et quidem illa optimo jure tribuitur Homero, quia Tragici ex Homero argumenta sua sumebant, uti præ reliquis docet Proclus Lycius Diadochus. Hoc est, quare non vere minus quam eleganter Platoni *Tragicorum dux & magister* vocetur; *Εἶσθε τὸ καλῶν ἀπειλῶν τέτων τὸ Τραγικῶν πρῶτον* Cap. 24. 25, & 26. *εἶναι διδάσκαλός τε καὶ ἡγεμὼν ἡρώδης*; *Videtur præclarorum illorum omnium Tragicorum primus magister & dux fuisse: alibi vero τραγωδίας ἡγεμὼν*; Init. l. x. de Rep. *vel πρῶτον τὸ τραγωδοποιῶν, præcipuus Tragicorum*; *vel pater & choragus Tragediæ*; Hermogenes; *ἔχῃσι καὶ ἡ δὸς Ὀμήρου τῶν ἰδὲ ἐστὶν ὁ Πλάτων πατὴρ τραγωδίας εἶναι καὶ χορηγόν*; Cap. 36. Meth. Eloq. *quem Plato dicit esse patrem & choragum tragediæ. Ut enim Choragus sumptus præbet in totam fabulam, à parte ita nominatus, quia plurimum choro impendebant; ita & Homerus Choragus Tragediarum est, quia varias materias, quas cothurno aptare possunt, subministrat; atque ita translate Jupiter à Themistio χορηγὸς διακαιοσύνης, & Philosophia à Maximo Tyrio appellatur, χορηγὸς ἀρετῆς καὶ λογισμῶν καλῶν, καὶ ἀξιομίας βίης καὶ ὑπὸ τῶν ἀρετῶν δεξιῶν.* Orat. 12. Diss. 16. *Hoc est quod Strabo observat τὴν δὲ Ὀμήρου ποιήσιν ὑπερβαλόντως θεάτερον πληρῶν, Poesin Homeri maxime theatra implere; & Origenes non dubitat Homerum Euripidi (quem cum Sophocle & Æschylo ex eo argumenta sumpsisse docuit Canterus) præferre; quia ille Heroum personas, Nestorem, Ulyssèm, Agamemnonem, aliosque perpetuo sibi similes facit; hic vero ab Aristophane taxatur, quod persæpe Anaxagoræ sententias, vel quas ipse à Philosophis didicerat, ὡς ἀκκυρορήμων, velut importune loquax tribuat barbaris mulierculis vel mancipiis. Et hæc quidem clare ostendunt non absque ratione TRAGOEDIAM in artium Homericarum comitatu cerni; sed quid COMOEDIÆ fiet tandem? Neque enim Ilias & Odyssea Comicis inserviunt; bella sunt, iræ, cædes, vastationes urbium, naufragia, principes viri & Reges; quæ Euripidi potius quam Menandro, Senecæ quam Terentio, Sophocli quam Apollodoro conveniunt. Neque tamen absque ratione existimandum est, ad sacrum officium Comœdiam una progredi; & Homerus non modo Tragediæ, verum etiam ΚΩΜΩΔΙΑΣ pater est, uti Eustathio, verbis paulo post laudandis. Fuit quoddam genus fabulæ *Satyriscum* Græcis dictum, quod propter risum ac jocos Comœdiæ*

magis quam Tragœdiæ accedebat, cum qua tamen affinitatem propter personarum qualitatem habet; quæ (excepto choro) vel plane eadem cum iis, vel etiam majoris dignitatis, & admirationis, ut Centauri, Cyclopes, quemadmodum erudite docet Isaacus Casaubonus. Hoc ad Odyssææ formam veteres composuisse observavit Eustathius: *λογιστέον ὅτι καὶ ὡς ἐν τῷ* Οδυσσεακῆς ὁ μέθοδος Σιλιογραφίας, ὅτι παρήγοι ᾠδαίμιγνύσης ἀσειᾶ τοῖς περὶ αἰσίοις, εἰς ὅς Ἰπποκλήνην τοῖς ὕστερον τῷ Σάλυρκελῶ ποιήσιν ἢς τῷ μέθοδον ᾠδαίμιγνύσης ὁ μέθοδος ὁμοειδέων ἔχει Εὐριπίδει Κύκλωψ: Notandum autem, quomodo ex scribendi ratione, qua in Odyssæa utitur poeta, & quæ ut ad Sillorum penitus naturam accedit, ita summa eam arte exprimit, urbanitatem rebus gravibus subinde miscens, verisimile est excogitatam à posterioribus Satyricam poësin. Cujus rationem & naturam is qui hodieque existat Cyclops Euripidis ostendit. Et quod magis huc quadrat, Odyssæam Comœdiæ similem, instarque comœdiæ compositam esse affirmat Euanthius: *Homerus tamen, qui fere omnis Poëtiæ largissimus fons est, etiam his carminibus exempla præbuit: qui Iliadem instar Tragœdiæ, Odyssæam ad imaginem Comœdiæ fecisse monstratur: eoque respectu Eustathio pater Comœdiæ vocatur; ὅτι πατὴρ ἂν Ὀμήρου καὶ Κωμωδίας κατὰ τὴν ἄλλων Ῥητορικῶν εἰδῶν, ἐν Οδυσσεῖα μὲν περὶ ἀσπίδος, καὶ ἀφειδέτερον ἢ καὶ αὐθαδέτερον ἡρώτων ἀπὸ τῆς, ὅσα καὶ χορηγῶντων αἰσίοις ἔχει περὶ ὧν ὕλην γλοιοσμοῦ, καὶ τὸ τῷ Ποιήσεως ἐκείνης ἠθικώτερον: id est, Homerum patrem Comœdiæ esse ut & aliarum rhetoricarum figurarum in Odyssæa quidem sæpius apparet; utiturque ea liberalius & licentius, personis materiam risus præbentibus, quia poësis illa morata est. Dionysius Longinus cum multis ostendisset Odyssæam ab Homero sene compositam esse, ejusque respectu posse eum comparari ἡλίω κατὰ δύναμιν ὡς soli occidenti, nec stylum servare ac in Iliade sublimem, tandem addit Odyssæam esse οἰονεὶ Κωμωδίαν ἠθικολογικὴν, tanquam comœdiam moratam & affectus experimentem; utque Cicero in Comicis personis effictos mores, expressamque imaginem vitæ quotidianæ videre nos scribit; ita Alcidas apud Aristotelem Odyssæam vocat, καλὸν ἀνθρώπινον βίης κἀποπτερον; pulchrum humanæ vitæ speculum. Idemque Philosophus Iliadem simplicem & affectuum plenam; Odyssæam vero implexam & ἠθικὴν five moratam scribit esse. Et sane Ilias atque Odyssæa δευματικῶς conscriptæ sunt, singulæque unam actionem non secus ac Tragœdia, vel Comœdia habent, quam variis episodiiis exorna-*

Ad Od.

Σ. P.  
MDCCCL.

Pag. 938.

Cap. 8.

Orat. pro  
Ref.I 3. Rhet.  
cap. 3.  
Cap. 24.  
Poët.



navit Homerus, adeo ut unum inde *δέμα* vel ad summum duo fieri possent, uti Eustathius & Aristoteles observant: Ad II. 2.  
Cap. 9, 23  
& 24.  
Poëtices. quod cum imitati fuerint & Tragici & Comici, recte proculdubio *Tragœdia ac Comœdia* poëtae nostro tribuuntur, earumque pater appellatur: ὃν αἶτ Eustathius, ἢ οἱ μετ' αὐτὸν μιμησάμενοι Τραγικοὶ τε ἢ Κωμικοὶ, καθ' ὁμοίότητά πνα ἢ αὐτοὶ μέλεχαιρῶν τοῦ οἰκεία Ποιήματ' ἢ αὐτῆ ἢ τῶ ὁμήρω μέθοδῳ ἢ ἐν Οδυσσεΐα διεχειρίσθη; *Quem imitantes qui post eum fuerunt Tragici & Comici poemata sua composuerunt; eademque methodus Homero servata in Odyssea.* Neque tantum quia ordinis & dispositionis auctor Homerus, **COMOEDIA** additur; verum etiam quia talia inseruit operibus suis, quæ ad hilaritatem excogitata, ut claudicans pincerna Deorum, vanus ac deformis Therfites, Irus cum Ulyssæ certans, Mars cum Venere à Vulcano reti constrictus, comici aliquid in sese continent. Inst. II. r. Sic brevium Scholiorum auctor scribit cum *κωμωδῶν*, cum Paridem vel Alexandrum, hominem natura timidum, facit fortissimos Græcorum provocare; & Eustathius; *κωμωδῶν μὲν γὰρ, καθ' ἁρτίτητ' ἢ Θεοσιτίω*; Pag. 258. *comice scribens, dejicit Therfitem: qui quæ paulo ante notat, nequaquam prætermittenda sunt, cum valde argumento nostro, atque adeo sententiæ convenient: Τραγικοὶ ἢ, αἶτ, τὸ σεμνότερον ἢ ψῆσι γὰρ τὰς ἢ τραγυμάτων ἀειπέλειας. κωμικοὶ ἢ τὸ ἔλαττον. Οὐδὲν γὰρ ἠρώων παρ' αὐτοῖς. ἀλλὰ χάριν γέλωτ' ἢ ἀειπέλειας ἢ κωμωδίας σχάζει,* ταῦτα ἢ πᾶντ' ἢ τῶ ποιητῆ ἢ ἄρηται: *Tragici id quod magnificum est imitantur; extollunt enim rerum casus: Comici vero deterius imitantur: nihil namque apud ipsos Heroicum, sed Comœdia risus gratia sèctatur prospera: ea omnia apud poëtam inveniuntur.* Exstat tandem hanc in rem locus præstantissimus apud Gregorium Nazianzenum in Orat. adversus Julianum; isque non modo μέγαν ἢ θεῶν κωμωδιογράφον, verum etiam *τραγωδοποιὸν* Homerum appellat; & utriusque rei exempla, τὰ μὲν συμφορῶν, ταὶ ἢ γέλωτ' ἢ ἀξια scribit reperiri; id quod pluribus explicat Nonnus, qui potest videri. Acerrimus quoque Philosophorum Aristoteles Homerum primum *ἀγίματ' formas Comœdiæ* scribit Cap. 4.  
Artis. ostendisse, ἢ ψόρον ἀπὸ τὸ γελοῖον δειμαλοποιήσαστ' ἢ; *non opprobria, sed ridicula dramaticum in modum representantem; neque tamen Odysseam, verum Margitem Comoediæ similem facit: ὃ γὰρ Μαργείτης ἀνάλορον ἔχθ' ὡππερ Ἰλιάς ἢ Οδύσεια πρὸς τὰς τραγωδίας, ἔπο ἢ ἔτ' ἢ πρὸς τὰς Κωμωδίας: Quam enim Iliad & Odyssea ad Tra-*

- Tragœdiam, eandem ad Comœdiam proportionem habet Margites.*
- Orat. 53.  
De Leg.  
Gentil.  
Lib.  
Ad Od.  
K. extr.  
Pag. 4.
- Scilicet & hoc carmen, licet Dio Chrysoftomus, Basilius Magnus, Eufstathius dubitent; alii tribuant Pigreti vel Tigreti Artemisiæ reginæ fratri apud Suidam; alii (inter quos proculdubio Zenon, quem Dio Chrysoftomus in Iliadem, Odyssæam & Margitem scripsisse memorat;) diligenter in rem illam inquisiverint, eodem Eufstathio notante; à multis Homero tribuitur, uti Proclus & anonymus vitæ ejus auctor testantur; atque Callimachi admirationem meruit: Harpocraton: *Εκάλειν ἢ τὰς ἀνοήτους ἔτω, Ἄγ' ἢ εἰς Ὀμήρον ἀναφερόμενον Μαργίτην, ὅπερ πηγάμα Καλλιμαχὸς ἰσομάζειν ἔοικεν;* *Stultus ita appellant propter Homero tributum Margitem, quod pœma Callimachus admirari solet.* Et Marius quidem Victorinus poëtæ nostro illud diserte tribuit: *Homerus fons & origo metricæ disciplinae, non tantum in duobus corpusculis (σωμάτιον vocat similiter Dionys. Longinus, non secus ac Hesychius Iliadem Ὀμήρου σωμάτιον, quod male Palmerius in πηγάμιον mutat) Iliados & Odyssææ his versibus telijambis frequenter est usus: sed & in eo carmine, cui MARGITES nomen est, idem heroicis hexametris trimetros jambicos tanquam pares numero miscuit: Idem loquens de jambis septem & decem syllabarum: Hoc genere versuum primus usus est Homerus in MARGITE suo: nec tamen totum carmen ita digestum perfecit: nam duobus pluribusve hexametris antepositis, istum subjiciens copulavit, quos postea Archilochus interpolando composuit: quibus ex locis patet versus hexametros Jambicis temere ac inordinate fuisse mixtos; unde & μετρικά ἀπαικῆ vocantur Hephæstioni in Enchiridio πει*
- Lib. 1.  
Extr.
- C. 8. πει  
v. 45.
- Pag. 63.
- Lib. de Salt.
- In Nescyom. & De Merc. Cond.
- μέτρων ἢ ποιημάτων.* Sed ut ipsum ad marmor revertar, TRAGŒDIA viro, COMŒDIA foeminæ assimilatur; quia Heroës, reges in Tragœdiis; foeminæ vero in Comœdiis frequentiores sunt, quemadmodum ex Æschylo, Sophocle, Euripide, Seneca, Aristophane, Terentio, Plauto constat. Ut enim publica negotia viri, ita privata mulieres sibi vindicant, taliaque inprimis, quorum argumenta Comœdiis inserviunt: adeo ut non satis caute putem Lucianum scripsisse tam in Tragœdiis quam Comœdiis *plures mulieres quam viros esse*; qui tamen alibi ipse Tragicorum de conditione agens, nullos nisi Creontas, Priamos, Agamemnonas, Cecropas & Erechteos crepat, ne foeminarum quidem facta mentione. Sane disertissimus Latinorum patrum Lactantius comœdiis

diis *virgines & meretrices*; Tragoediis vero *reges* tribuit: *In scenis* L. 6. c. 2. a.  
*quoque nescio an sit corruptela vitiosior. Nam & Comicae fabulae de stupris*  
**VIRGINUM** loquuntur, aut amoribus **MERETRICUM**;  
 & quò magis sunt eloquentes, qui flagitia illa finxerunt, eo magis sententiarum elegantia persuadent, & facilius inhaerent audientium memoriae  
*versus numerosi & ornati. Item tragicae historiae subjiciunt oculis parricidia,*  
 & incestus **REGUM** malorum & cothurnata scelera demonstrant. Iisdem reges & heroes Diomedes; *Satyrica est apud Graecos* Lib: 3.  
*fabula in qua item Tragici poetae, non reges aut heroes (quemadmodum scil. in tragoediis fiebat) sed satyros induxerunt: Deum & heroem* Horatius;

*Nec quicumque DEUS, quicumque adhibebitur HEROS*

*Regali conspectus in auro nuper & ostro*

*Migret in obscuras humili sermone tabernas.*

Et quod huc valde quadrat, Comœdia muliere itidem representata, innixa ludicro instrumento, & capiti velum obducens ceu poenitens in Socratem dictorum & factorum, ipsi in carcere sedenti adstat ex opinione Joannis Chiffletii, in libro de Gemmis imagine Socratis cœlatis. Induitur autem **TRAGOEDIA** tunicam talarem manuleatam cinctam, atque pallium; estque fronte admodum torva & gravi, adeo ut non male illi aptari possint Ovidiani versus,

*Venit & ingenti violenta Tragoedia passu;*

*Fronte comæ torva, palla jacebat humi.*

Hercules quoque tragicus apud Casaliam ejusmodi plane tunicam gerit; tragicisque eam ex doctissimi viri mente tribuit Lucianus; ἡ δὲ ἐμβύτιας, ἡ δὲ ποδύρεις χιτῶνας ἢ χλαμύδας In Iov. Trag.  
 ἢ χειρίδας; id est; *Et cothurnos, tunicas talares manuleatas & chlamydes.* Verum si hoc sibi voluit ille, miror cur manicas à tunica disjunxerit, interque eas vestes collocaverit: & nisi me plane fallo, per *χειρίδας* intelligendæ sunt chirothecæ; quas tragicos gestasse ex B. Chrysofotomo alibi doceo. Sed præcipue in Tragoedia notandum capitis tegmen, quod tanquam litera **Λ.** super frontem affurgit; & de quo nescio an loquatur Pollux: Ὁ ἢ ξυρία, πρὸς ἐβύτιας ἢ χειρόνων, λευκῆται ἢ πλωκῆς L. 1. c. 19.  
 μίω, περισειμῆσαι τῷ ΟΓΚΩ αἱ τρίχες: *Rafus est maximus natu senum; albissimam comam habens, & crines Ogco adjacentes;* deinde quid sit docet; ΟΓΚΟΣ δὲ ἐστὶ, τὸ ὑπὲρ τὸ πρῶτον ἀνέχον εἰς  
 L  
 ὕψος

ὕψος λαμβανούσῃ τῷ ἀήματι: *Orcus* autem est ea quæ supra personam est, alta prominentia literæ Λ. figuram referens. Illustris Salmasius epistola ad Colvium censet ὄγκον fuisse aliquid in summo personæ tragicæ tam mulierum quam virorum in altitudinem elatum non autem ex crinibus factum, sed ex eadem materia, qua persona constabat, huicque fastigio plerumque ipsos crines adhæsisse. Hoc aliquid ego esse puto illud, quod figura literæ Λ. super personam exstabat, ad hanc forte formam;



& propter quod, si in re obscura plane conjecturæ locus, pallium Tragœdiæ (quæ & barba rafa cernitur, ut senem suum plane paulo post describit Pollux) in marmore ita formatum atque compositum est. Atque hunc ad ornatum videtur etiam digitum intendere Lucianus; cui Tragœdus est ἀνθρώπου ἐμβαταῖς ὑψηλοῖς ἐποχέμενος, πρὸς ὤρον ὑπὲρ κεφαλῆς ἀνατείμενον ὀπτικέμενον, ἢ σῶμα κελυγὸς πύμμεγα, ὡς κατὰ πικρὸς τῷ θεαταῖς; *Homo altis calceis incedens, larva super caput vel frontem exstante, ore hiante, non secus ac si spectatores devorare vellet. Non satis bene interpretem reddidisse existimo, caput larva minaci obductum habens. Nam ἀνατείνειν significat sursum extendere, erigere; quomodo ἀνατείνειν τὰς χεῖρας, τὰς ὄψεις & alia dicimus; & videant eruditi, num hic ὀρνatus superficies vocetur Varroni apud Nonium: Item Tragici prodeunt capite gibbero, cum antiqua lege ad frontem SUPERFICIES accedebat: Popma quidem explicat de fæce, qua nuda ora Tragici perungebant; sed aliud ora perungere, aliud superficies ad frontem accedens; nullaque similitudo*

tudo est inter *caput gibberum* sive eminens & elatum, faciemque facibus perunctam. Hunc autem ἄγνω servi in tragœdiis, exceptis nuntiis, non habebant; sed *περικρανον*, id est pileum *αἰκάνον* vel teretem: ornabantur tamen illo, at non ita elato & exstructo mulieres, uti apud Pollucem, quem interpres non intellexit, videre licet. Et quanquam mulier Comœdiam repræsentans ansam quasi præbeat inquirendi, num mulieres in scenam prodierint, egerintque Comœdias; malo tamen hoc alii tempori reservare, & monere tantum Juvenalem canere viros fœminarum personas egisse;

— *an melior cum Thaida sustinet, aut cum  
Uxorem Comœdus agit: vel Dorida nullo  
Cultam palliolo, mulier nempe ipsa videtur,  
Non persona loqui* —

Sat. 3.

Quintilianumque memoriæ mandare Demetrium Comœdiarum actorem optime repræsentasse, *deos & juvenes, & bonos patres, servosque & matronas & graves annos*. Sequitur

Lib. xi.  
c. 3.

Φ Τ Σ Ι Σ

id est *INGENIUM* vel *NATURA*. Apud Thucydidem φύσις ἰσχύς est *vis ingenii*; & Cicero ἀμείνων εἶναι τὰ τῆ φύσεως reddidit, *majore ingenio esse*. Sic ipse à Juvenali propter raram eruditionem, non secus ac alii multi ab aliis, *ingenium* vocatur; neque aliter Homerum appellat Plinius; ut cum, *nullum felicius INGENIUM Homero vate Græco exstitisse* scribit, vel eum *FONTEM INGENIORUM* nominat; quæ elogia augens Valerius eundem *VATEM INGENII COELESTIS* appellat. Vel specialius

Sat. x.  
L. 9. c. 29.

L. 17. c. 5.

L. 3. c. 8.

Φ Τ Σ Ι Σ

indicat Homerum poëtam *αὐτοδίδακτον*, atque à natura edoctum, nec artis, quæ etiam in marmore non apparet, adimniculis adjutum esse; quo respicit proculdubio poëta anonymus

Lib. 4.  
Anth.

Εὔρε φύσις, μόλις ἔρε. Τεκῆσα δ' ἐπαύει μόχθων  
Εἰς ἓνα μῦθον ὄμηρον ὄλιω τρέψασα μνησινίω,  
*Invenit natura, ægre invenit. ubi vero generavit, cessavit à laboribus  
In unum solum Homerum convertens sapientiam.*

Sed *μνησινί* non est *sapientia*; verum animo impetus à natura infusus, quo ad aliquid agendum impellimur; designatque hoc loco Homerum naturali ardore animi, ad carmina pangenda vultu

luti divino furore raptum esse; quo sensu & *impetum* usurpat Petronius in Satyrico. Atque huc pertinet quaestio antiquis agitata; num NATURA AN ARTE QUIS POETA FIAT. Horatius, acerrimus post Aristotelem poetices iudex nec ingenium sine arte nec artem sine ingenio prodesse canit;

Lib. de  
Arte.

*Natura feret laudabile carmen an arte  
Quaesitum est: ego nec studium sine divite vena  
Nec rude quid prosit, video ingenium; alterius sic  
Altera poscit opem res, & conjurat amice.*

Ars autem id maxime efficere videtur, ut versus pedibus religiose instruantur, & ordo servetur materiae conveniens; naturam vero opus fictio est, ac ornare episodii & fabulis poema; illa igitur *versificatorem* facit; haec *poetam*; quantumque poeta praestantior versificatore, tantum natura artem, & ingenium curam superat. Hinc Democritus Abderites naturam fortunatorem arte credidit; Horat.

*Ingenium misera quia fortunatius arte  
Credit, & excludit sanos Helicone poetas  
Democritus; —*

Scilicet ille credidit, natura poetam fieri, nihil artem juvare; ingeniumque & venam naturalem, *furorem* vocat apud Ciceronem: *Negat sine furore Democritus quenquam poetam esse posse.* Naturam enim nihil aliud in poetis censuerunt veteres, quam afflatum divinum & furorem; unde Plato perpetuo *θεῖα μοῖρα* opponit τῷ διδασκῶ, τῷ τεχνικῷ τῷ ἐν ἑπιπέδῳ ὄντι; & Cicero *inflammationem animorum* nominat: *Saepe audivi poetam bonum neminem (id quod à Democrito & Platone in scriptis relictum esse dicunt) sine inflammatione animorum existere posse, & sine quodam afflatu quasi furoris.* Natura igitur primas sibi partes vindicat; nec tantum facit, ut poema fabulis ornetur, verum etiam ut VENA adsit; cujus quoties mentio fit, toties significatur poetam *αὐτοδιδασκῶν* esse: Horatius *studium* & *venam* opposuit, Ovidius *ingenium* & *artem*, Plinius *curam* & *ingenium*; & Juvenalis canit;

L. 1. Am.  
El. ult.

*Sed vatem egregium cui non sit publica vena.*

Carmina, quibus illa inest, *fluitantia* vocantur auctori carminis ad Pisonem;

— Si carmina forte

Nectere ludenti juroit FLUITANTIA versu.

Sic Diogenes Laërtius poëtas, si solute scribere aggrediuntur, assequi quod volunt; περιουχόμενοι vero, si ad carmen pangendum sese applicant; excidere; indeque patere scribit τὸ μὴ φύσει εἶναι, τὸ δὲ τέχνης ἔργον; id est, poësin naturæ, oratoriam verò artis esse; quæ ultima male invertit doctissimus Vossius, & artem poësi, naturam oratoriæ tribuit; quod à mente Diogenis plane alienum est. Plato poëtas non ex arte, sed ex furore censet; πάντες οἱ τε τῶν ἐπιγῶν ποιητῶν οἱ ἀγαθοὶ σοὶ ἐν τέχνης, ἀλλ' ἔμφροι ὄντες ἢ κατεχόμενοι παντῶν ταῦτα τὰ καλά λέγασσι ποιήματα; Et omnes poëtae epici, non arte valentes, sed divinitus afflati; & furore concitati hæc omnia præclare poëmata canunt. Enthusiasticus autem ille ipsa natura est, qua si ad carmen componendum poëtae impelluntur, elegantissime ΓΟΝΙΜΟΙ, ΑΥΤΟΔΙΔΑΚΤΟΙ, ΑΥΘΟΜΑΘΕΙΣ & ΘΕΟΔΙΔΑΚΤΟΙ appellantur; Aristophanes;

In vita Xenocr.

Cap. 1. de Nat. Poët.

In Ione.

Γόνιμον ἢ ποιητὴν ἀν' ἑχ' εὐροῖς ἔπι :

quem optime Scholiastes interpretatur φυσικὸν τινα ἢ μὴ βεβαιοσημένον ἢ ἠρηνημένον; id est; qui natura poëta est; qui non coactus nec factus ad carmen faciendum accedit; Themistius; ὅτι ὡς θαυμάσιε ἢ αὐτοδίδακτε ποιητῶν; Heis tu egregie & à natura edocte poëta. Nam vocis αὐτὸς ea vis est, ut hominem magistrum excludat; similiterque Homerus ipse citharædum, qui afflatu numinis canebat, vocat αὐτοδίδακτον; quod expendunt & examinant Maximus Tyrius in dissertatione, cui titulus, εἰ τις ἄλλοις θεῖα μοῖρα ἀγαθός, Isidorus Pelusiota, & Justinus Martyr. Sic à Themistio iterum αὐτοδίδακτος βασιλεὺς apibus tribuitur, & αὐτοφυής, quia ille novit se regem esse visitata, neque ab aliis creatur; Synesio non aliter appellatur malitia, ad quam à natura proclives sumus; amor, quia omnibus quasi innascitur, Achilli Tatio; & vox avium Diodoro Siculo, quia natura ejus artifex est. Sic, ut vox elegans similibus illustretur, Eunapio Deus αὐτοκλήτος est, qui sua sponte, non autem invocatus opem fert; Dionis Chrysostomo Philosophi ingenio suo docti αὐτεργὸν τῶ σοφίας; & Apollonio Smyrnæο Πάν αὐτόξυλος celebratur;

Lib. 4. Ep. 30. Lib. de Mon.

Orat. 5. Lib. 2. de Prov. Lib. 1. Lib. 3.

In vita Procræsi.

Lib. 4. Epigr.

Πάν ὁ παρωρείτης, αὐτόξυλος, ἀνεοσοφίης  
Εἰμί, ἢ, ἐργασθῆναι γλυκισπότης κύλικος.

*Pan montis latera incolens, ligneus, agnos in sacrificium adhibens;*  
*Sum & patrii mustibiba calicis,*

T. 3.  
 pag. 84.

ut vertit Lubinus, & post eum Tristanus; verum *ligneus* est Græcis ξύλινος, & altera vox majus quid, ut equidem mihi videtur, complectitur; indicatque hanc statuam non fuisse humana opera politam, sed ex arbore natam, ita ut truncus ingenio suo retulerit Panos figuram; qualem videor observasse in gemma operis antiqui apud Gorlæum;



eodemq; plane sensu Hesiodus dixit *αὐτόγονον ἄροτρον*, quod habet burim à natura curvam, non clavis affixam temoni & dexicali, uti optime exponit præstantissimus Grævius; quomodo etiam Scholastes Homeri *αὐτόγονον* recte interpretatur τὸ ἐξ αὐτῆς μονόξυλον; quod natura sua unum lignum est. Sed ut ad poëtam *αὐτοδίδακτον*, qualis & Homerus noster fuit, redeam; facere non possum quin addam insignem Philonis Judæi locum, quo optime

Lib. de  
 profug.

vis hujus vocis declaratur: Ἐν τῷ τῶ, αἶτ, πᾶσι πᾶσι ΑΓΓΙΟΜΑΘΗΣ ἢ ΑΓΓΟΔΙΔΑΚΤΟΣ σοφός. Ἐ γὰρ σκέψεται ἢ μελέταις ἢ πόνοις ἐβελιώθη. γινόμενος δ' εὐθύς εὐτέπεσμιχέλιον εὖρε σοφίαν ἀνώγειν ὀμβροθεῖσαν ἀπ' ἑραυῆς, ἧς ἀκοσάτης σπείσας, εἰσιτάη ἢ διεπλεόθη μεθύων πῶ μετ' ὀρθόπιτος λόγος νήφασαν μέθυ; *Ad hunc ordinem pertinet omnis à se ipse edoctus sapiens. Nec enim cogitationibus, meditationibus, laboribusque proficit: sed mox natus paratam invenit sapientiam irroratam sibi cælesti pluvia, cujus meraco haustus exhilaratus, perpetuo temulentus est ebrietate sobria, salva rationis integritate: cumque αὐτομαθὴς esse dixisset novum, & ratione majus, & vere divinum genus, non humanis commentis eruditum, sed furore divino, adjicit; τὸ μὲν ἐν διδασκόμενον μακρὸν χρόνον δέεται: τὸ δ' φύσει, ταχὺ τε ἢ τεύπον πῶ ἀχρονόν ἐστὶ. καὶ κείνο μὲν ἀνθρώπων, τῷ τὸ δ' θεὸν ὑφηγητῶν ἐχθρὸν;* *Quod discitur opus habet longo tempore; quod à natura*

*natura*



*Aura scimus expeditum est, & nullum initium quasi habet: illud hominem, hos Deum præceptorem habet. Julianus Imperator ingenium, philosophiæ amorem, otiumque in poëta requirens, illud vocat ἡδὺ πνεῦμα apud Suidam; Cicero oratione pro Archia scribit, poëtam natura ipsa valere, & mentis viribus excitari, & quasi divino quodam spiritu afflari: & Homero tandem nostro Democritus tribuit φύσιν θεαζέσσω ἢ θεῖαν ἢ δαίμονιαν apud Dionem Chrysostomum. Verum cum ea omnia Μῦθος & Πόησις complecti possint; illæque vim virtutemque Homerici carminis designent satis; crediderim*

v. Ἀμ-  
θία;

Orat. 53.

## Φ Τ Σ Ι Ν

nos docere, Homerum rerum naturalium eximiam notitiam habuisse; optimum φυσιογνωμονα, & Physicum fuisse; ac tandem potuisse πρὸς φύσεως περὶ γράμματα διδάσκειν. Hoc est quare naturæ conscius vocatur Macrobio: Alii putant Romulum vel alio prudentia, vel certi numinis providentia ita primos ordinasse menses, ut cum præcedens Marti sit dicatus, Deo plerumque hominum necatori, ut HOMERUS NATURÆ CONSCIUS ait, secundus Veneri dicaretur: & quidem, quod non minimum laudis ipsi parat, SOLUS: Idem; Postremo Homerum sequamur, qui SOLUS NATURÆ CONSCIUS: facit enim Nausicaam Alcinoi filiam abluentem vestes, cum super mare esset, non in mari, sed fluvio. Per φύσιν autem intelligo Physicam θεωρητικὴν vel speculativam, quæ circa res naturales, cælum, stellas, terram, mare, animalia, plantas, ipsumque adeo hominem versatur; quam tamen non eo modo tractavit, quo Plinius, qui historiam naturalem id est quæcunque in rerum natura multis sæculis observata sunt conscripsit; vel ut Empedocles, aliique innumeri Philosophi, qui rerum rationes & causas scrutati sunt; sed NATURAM vel ΦΤΣΙΝ per allegorias docuit; singulisque rebus tam commoda & apta epitheta adiecit, ut pateat clarissime, earum ingenium probe Homerum perspexisse. Hoc est quod Philosophorum princeps & coryphæus Plato memoriæ mandat, eum non tam sapientiæ auctorem, quam imitorem esse; nihil earum rerum vere exhibuisse, quarum cognitionem se habere aperte ostendit; egisse quidem de medicina, sed Hippocratem medicum præstantiorem; de NATURALI adhæc SCIENTIA scripsisse, ejus tamen peritorem esse Thaletem. Quicquid sit pri-

L. 1. c. 12.  
Sat. Sev.

L. 7. c. 13.

Lib. 10.  
de Rep.

Lib. 2.

primus physicae Homericæ maxime studiosus Metrodorus Lampfacenus fuisse legitur apud Laërtium Diogenem; Ἐπιπέδον δὲ περὶ τῶν λόγων Μητρόδωρον, ἃ Λαμψακλῶν, γνώριμον ἐν τῇ αὐτῇ (Anaxagoræ) ἐν ἡ πρώτων παρατάσει ἔ ποιητῆ περὶ τῶ φυσικῶν περὶ αὐαλίαν; *Hanc vera opinionem multum extendisse Metrodorum Lampfacenum ejus familiarem, quem etiam primum in his, quæ ad naturalem pertinent Philosophiam, poetæ studiosum fuisse. Et sane, uti plurima exempla testantur, physices penetrabilia inspexit, sapissimeque uno, nec non elegantissimo epitheto rei naturam exprimit, quam physici multis tradunt verborum ambagibus. Neque hoc latuit eos, ac frequenter, qualis natura animalium sit, ex Homero nostro docent; uti ex variis apud Aristotelem, Ælianum, Plinium, aliosque locis patet. Hominem ipsum ex terra & aqua componi illo auctore docet*

L. I. c. 6.  
in Som.

Macrobius: *Et à terra quidem usque ad aquam spatium, necessitas à physicis dicitur: quia vincire & solidare creditur, quod est in corporibus lutulentum: inde Homericis censor (Menelaus) cum Græcis imprecaretur, Vos omnes in terram & aquam resolvamini, in id dicens, quod est in natura humana turbidum, quo facta est homini prima concretio. Aquilam canit esse ἰξύτατον δέρεκεδῆ ἰσων ἐρνίων πέλενη ὄνις columbas τέρωννας, id est, timidus (unde multi περὶ τερεῶν censent dictam à περὶ οσῶς τέειν valde tremere, & φάσαν à φέρομαι) aprum ληϊσοτείρω, quia segetes depascit; dentes acuere prælia initurum; gaudere locis cænoſis & aqua turbida pinguescere; leonem cauda sese verberare, & ea ratione ad iram incendi; eumque igne fugari; equos, qui teste Aristotele animalia sunt φίλολατρα, & φίλυδα, se lavare: draconem nocere alicui cupientem θανατηφόρος ῖζας, mortiferas herbas edere; canem non mordere, si homines subsideant, id quod eodem teste firmat Antigonus Carystius; præterea cygnos appellat δελιχοδέρας, propter insignem colli longitudinem: cervas φυζανικῶς timidus & ἀνάγκιδας imbelles; perdicem ὠκύπερον velocem; capras ἰξάλας id est ὀρητικῆς, quia semper saltare solent; leonem ἐλεήτω vel propter ἔλλω calorem, vel quia ἐν ἔλεσιν pascitur, uti tradit Orus Grammaticus apud Auctorem M. Etym. vultures, γαμψώνυχας & ἀγκυλοχεϊλας rostrum eorum & ungulas, describens; serpentes ὀλοόφρονας, quia callidum inprimis animal; mulos κορτερώνυχας fortibus unguis præditos, non secus ac lupos, quos insuper ὄρεσις montanos vocat; tauros de-*  
nique

Cap. 28.  
Mir.

nique *δρυμετόπης*, latæ frontis; qualis & noster ille in mare  
 conspicitur. Cum capræ insuper soleant de rupibus  
 pendere, petras canit esse *αιγίλιπας*, ut indicaret eas tam al-  
 tas esse, ut ascendi à capris nequeant; cum cervus sit timi-  
 dus, homini tali tribuit *κερδίλω ἐλάφοιο*; significans simul, ut  
 censuere veteres, timorem in corde sedem habere; cumque  
 canis sit impudentia nobilis, virum impudentem habere  
*κωὸς ὄμμα*. Notat quoque Eustathius Homerum per para- Ad II. 5.  
 bolas sæpe animalium proprietates, & historiam naturalem  
 explicare; *ὃ ἀὐτῆς*, ait, *ἡδὲ πολλὰ χεῖρ ἢ ζώων ἰδιότητες ἢ φυσικῶν*  
*ἰσχυρίαν ποικίλλω ἐκλίβει*: atque ita Achivos ex navibus & tento-  
 riiis ad concionem euntes, comparat apum examini è petra  
 cava petentium flores vernos; quia illæ confertim volare so-  
 lent; Myrmidones lupis propter robur, virum fortem in  
 prælia ruentem apro; Ulyssēque appellat *κερδαλεόφρονα*;  
 quia non secus ac vulpes, (Græci *κερδάλλω* & *ἀλώπηκη* nomi-  
 nant) vafer & astutus erat. Utque ad inanitata descendam,  
 salices vocat *ἀλεσικάρπης*, quia, ut nonnulli censent, qui ei-  
 rum *ἀνθ* bibunt, *ἀγνοὶ ἄσμελῶσι*. alnos *ὕδατος φέας*, quia  
 aquis gaudent; ventos *ἀπυγαίης*, quia ex Aristotelis aliorum- L. 2. Met.  
 que philosophorum sententia ex terra oriuntur; vinum Lib. 6.  
*αἶθος* non propter colorem, nam alibi dixit *αἶθος* οἶνον ἐρυθρὸν,  
 sed calorem, docente Plutarcho; fluviosque omnes & fon- Symp.  
 tes canit ex mari ortum habere, quod plerisque veterum Quæst. 70.  
 creditum, nunc non absque rationibus in controversiam  
 vocatur. Nec sane monere oblitus est Plutarchus, in ratio- Lib. 6.  
 nem inquirens, quare oleum solum ex omnibus humoribus Symp.  
*ὕγρον* vel *humidum* dixerit, poetam singula ornare *ἰδίαις ἰσχυρίταις*; cap. 9.  
 & Strabo contendit regionibus sive locis nunquam inania Lib. 1.  
 epitheta addita, sed omnia petita esse ex natura rerum, quas  
 ornandas & describendas sibi desumpsit; proptereaque ter-  
 rarum, marium, fluviorum naturam ipsi perspectam fuisse;  
 ἢ, inquit, *ἐδμεῖαν περσθῆκω κενῶς ἀπορήσειν*; eoque modo Ha-  
 liartum *πιήεντα*; Thisben *πολυτεήρωνα* vocasse; atque ut docet  
 Ælianus, mare Laconicum *θάλασσαν κητώεσσαν*, *cetosum*, Lib. 17.  
 quia ingentia in eo cete nascebantur; & teste Macrobio ce- cap. 6.  
 cinisse, aquæ marinæ pinguedinem inesse. Eam quoque Lib. 7.  
 Physicæ partem, quæ clementa & cælum spectat, diligen- Sat. 13.  
 ter calluit; eorumque naturam *ὁ μέγας ἐν ἀνθρώποις ἦρως* (ita  
 M Home-

Homerum vocare non dubiat Auctor anonymus post Gesnerum à Clarissimo Viro, Joanne Columbo, Professore apud Upsalenses publico, editus, & mihi, cum hæc scribo, dono missus) per fabularum tegmina, id est, deorum amores, pugnas, rixas, aliasque res ob oculos posuit; quo respiciens Dionysius Halicarn. scribit fabulas Græcorum *ἠπειδή τινος τῶν φύσεως ἔργα δι' αἰκηνόριον, opera naturæ per allegorias indicare.* Et sane jam olim Metrodorus Lampfacenus, teste Tatiano, Iovem, Junonem & Minervam dixit esse φύσεως ὑποστάσεις & συχρίων ἀναρρομήσεις, *res quasdam naturæ, & elementorum dispositiones*: eidem studio deditus fuit Heraclides; præterque eum Porphyrius, Cronius, Numenius & Proclus, quemadmodum ex libris eorum & Eustathio in Homerum constat. Sic cum Philosophi (nam & Porphyrius scribit ex Stoicorum sententia Solem ali evaporatione maris, Lunam fontium & fluminum, astra telluris) putarent stellas, ignemque æthereum humore nutriri, ideoque sub zona cœli perusta Oceanum positum esse, Homerum idem docere contendunt, fingendo Iovem cum cæteris diis Æthiopum lautas epulas adire: Macrobius. *Ignem æthereum Physici tradiderunt humore nutriri, asserentes ideo sub zona cœli perusta, quam via Solis, id est, zodiacus occupavit, Oceanum, sicut supra descripsimus, locatum à natura; ut omnis latitudo, qua Sol cum quinque vagis & Luna ultro citroque discurrunt, habeat subjecti humoris alimoniam: & hoc esse volunt, quod HOMERUS DIVINARUM OMNIUM INVENTIONUM FONDS ET ORIGO, sub poëtici nube figmenti verum sapientibus intelligi dedit, Iovem cum diis cæteris, id est, cum stellis profectum in Oceanum, Æthiopiis eum ad epulum invitantibus. Per quam imaginem fabulosam Homerum significasse volunt hauriri de humoribus nutritiva sideribus. Quin & loca duodecim signorum docuisse eum ex veteri Ægyptiorum doctrina libro primo Iliados extremo, ubi Vulcanus singulis diis δώματα exstruit, & τοῖς δεξιῶν μαθηματικῶν ἀφ' ἑαυτῶν τὸ ταυτύτης δόξης, Mathematicis initium dedisse hujus opinionis, multis iisque elegantibus Eustathius docet. Hinc brevium auctor Scholiorum poëtam nostrum appellat MATHEMATICUM; & Lucianus memoriæ mandat, ex Homeri nec non Hesiodi carminibus patere, τὰ πάλαι τοῖς ἀστρολογῆσιν οὐροφανήντα, priscorum fabulas cum ASTROLOGIA consentire; illumque narrantem Iovis catenam, Solis jacula, in*

Lib. 1.

Lib. 2.  
in Som.  
c. 10. &  
Lib. 1.  
Sat. 23.

Ad II. 6.  
v. 385.  
Lib. de  
Astr.

scuto urbes, choros & vineam, Martis Venerisque adulterium, ea omnia ex ea scientia confinxisse. Sic quia cecinit Polydamanta & Hectorem eadem nocte natos, natura multum discrepasse, huncque fuisse bellatorem, illum oratorem, Heraclitus affirmabat Homerum Astrologum esse: Eustathius: *ἐν τῷ μίᾳ δὲ ἐν νυκτὶ ἐγένοντο, Ἡράκλειτος ὁ παρετήρησε ἢ ἈΣΤΡΟΛΟΓΟΝ εἶναι τὴν ποιητῶν;* Ex illo vero, **UNA IN NOCTE GENITI SUNT**, diligenter animadvertit Heraclitus, poetam **ASTROLOGUM** esse: qui una in nocte natos Hectorem & Polydamantem, tamen naturam longe diversam habuisse narrat *Διὰ ὥρας ἀπέλειπον*, propter accuratam temporis, quo sc. nati sunt, distinctionem. Et per antrum Nympharum in Odyssæa descriptum, duasque ejus portas denotari tropica Capricorni & Cancri, per quæ animæ de cælo in terras meare, & de terris in cælum remeare creduntur, multis docet Macrobius. Ergo Astronomus & Astrologus Homerus fuit; ille docet, qua lege moveantur ac regantur astra; hic vero *ἀστροτελεσματικῶν* sive siderum effectus tradit; prædicitque ex coeli constitutione regionum, urbium, hominum singulorum fata ac fortunas; quam artem *ἡσθησιακῶν*, quia considerat sidera *ἡσθησια* vel natalitia, atque ex eorum positione mores humanos colligunt, vocant: indeque licet Hector & Polydamas eadem nocte, diversis tamen horis, diversaque constellatione nati fuerint, morum diversitate fuerunt insignes. Ulyssæm dum introducit observantem Pleiadas, Orionem, & Ursam, ostendit sane Astronomiæ sese peritum esse, illamque nautis necessariam cum ad regionum climata dignoscenda, tum ad prævidendas tempestates; & quod huc valde pertinet, Eustathius Ulyssæm facit Philosophum *ἀστροτελεσματικόν*; desiderantem noscere *μεθοδικῶς ἢ κανονικῶς φιλοσοφίαν*; ad quam veluti patriam cupit redire, quia sine ea *οὐκ ἔστι φιλοσοφεῖν*. neque aliud docet eorundem astrorum, & Hyadum descriptio in Clypeo quem Achilli fecit Vulcanus, vel iudice summo Philosopho & Historico Plutarcho; Quod vero nec aliorum, Latina interpretatione brevitati studens utor, *in cælo siderum imperitus fuerit Homerus, ex iis, quæ cecinit, palam est, Πληιάδας, &c.* Ad hæc Ursam describit, quo pacto subinde juxta polum arcticum nobis semper apparentem versetur, & propter sublimitatem Horizontem non attingat; eo quod & æquali tempore & minimus circulus, in quo Ursa est, &

Lib. I.  
in Somn.  
cap. 12.

p. 1390.

*maximus, in quo Orion, in mundi circumferentia vertitur. Præterea*  
*& Bootem taræ occidentem, quia diuturnum faciens occasum ejusmodi*  
*situm habet, ut rectus deferatur & una cum quatuor signis occidat, quæ*  
*sunt ex cunctis illis sex quæ toti nocti attribuuntur. Quod vero non omnia,*  
*quæ ad siderum contemplationem pertinent, ut Aratus vel alius persecutus*  
*est, nemini videatur mirum: neque enim hoc ipse institutum fuit. Et*  
*Achilles Tattius in Isagoge, postquam nonnullos versus at-*  
*tulisset, quibus Homerus vel de rerum universitate vel de si-*  
*deribus loquitur, inde occasionem & copiam nactos scribit,*  
*qui de Astrologia commentati sunt; utque Crates & Apion*  
*ὁ πολιωνίκης testantur, Homerum Ἀστρονόμον esse. Aptissime re-*  
*vera ΦΥΣΙΣ huc referri potest, quia mundi principia & si-*  
*derum motus spectare proprie physicorum est, uti non in-*  
*leganter Macrobius, docens Ciceronem in Scipionis somnio*  
*nec Moralem, nec naturalem nec rationalem Philosophiam*  
*prætermisisse differit: Cum vero vel de Sphærarum modo, vel de*  
*novitate sive magnitudine, deque principatu Solis & circis celestibus,*  
*cingulisque terrestribus & Oceani situ loquitur, & harmoniæ superum pan-*  
*dit arcanum, PHYSICÆ decreta commemorat: hancque ob cau-*  
*sam Heraclides in Allegoriis Homerum nominat τ φυσικῶν ἔ*  
*σειχεῖα δολμάτων ἕνα ἀρχήν, naturalium de elementis dogmatum unum*  
*ac primum auctorem, & διδάσκαλον, vel magistrum opinionum,*  
*quas quisque invenisse putatur. ΦΥΣΙΣ autem vel ΝΑΤΥ-*  
*ΡΑ in marmore puerili habitu effingitur; quia illius myste-*  
*ria inaccessa & recondita sunt; nosque in eorum investigatio-*  
*ne, quantum etiam profligaverimus, respectu rerum, quas*  
*ignoramus, pueri quasi fumus atque infantes. Sic Solon*  
*apud Platonem in Timæo, Clementem Alexandrinum,*  
*Justinum Martyrem, Theodoretum testatur, Ægyptium*  
*sacerdotem Græcos vocasse παῖδας & νέες τὰς ψυχὰς, neminem-*  
*que Græcum γέροντα esse; quo indicabat, Græcos nunquam ad*  
*veram sapientiam pervenire, semperque in ejus vestibulis*  
*hærerè. Ut enim recte loquitur Strabo: Καὶ ἰδιώτης ἢ πᾶς ἢ*  
*ἀπαιδὸς ἢ τὸ πῶν πᾶς ἐστὶ, φιλομυθεῖ τε ὡσαύτως; Et qui sunt li-*  
*terarum rudes, pueri sunt quodammodo, & fabulas amant. Apud Lu-*  
*cianum qui aliis doctior longe est, certisque argumentis prob-*  
*at non æque illis felix esse ingenium, dicitur eos pueros esse*  
*ostendere; ut cum narrasset Peregrinum Christo nomen in Pa-*  
*læstina dedisse, versatumque esse cum Sacerdotibus & scri-*  
*bis,*

Lib. 1.  
 in Somn.

Lib. 1.

bis ; subjicit : καὶ πῶς ; ἐν βραχέϊ ΠΑΙΔΑΣ αὐτὸς ἀπέφλυε ,  
 παροφίτης καὶ διασκεχτής , καὶ σωαγωγός , καὶ πάντων μὲν αὐτὸς ὢν :  
 Quid quæris ? brevi illos PUEROS esse ostendit , cum propheta , so-  
 dalitii princeps , Synagogæ vel concionis coactor , omnia denique solus esset :  
 qui eadem fere loquendi ratione utitur in Alexandro vel pseu-  
 domante , Hipponacte & Hermotimo . Et , ne in profanis  
 rebus interpretandis doceam Apostolum Corinthios suos  
 monere , ne παῖδια vel pueri sint prudentia , sed malitia , φρεσὶ  
 δὲ πέλειοι ; Arnobius indoctos homines pari ratione parvulos ,  
 vocesque eorum pueriles appellat ; Cicero oratorem plane je-  
 junum , ac indifertum infantissimum ; non secus ac Dialecti-  
 cos , quia anguste differebant & captiosis argumentationi-  
 bus , interrogationibus , responsonibusque operam dabant :  
 patronis causarum imperitis infantiam objicit ; ut , Accusatorum  
 incredibilis INFANTIA : rursus : Accusators Lentulo subscriptori-  
 busque ejus nihil INFANTIUS : & alibi : Nec INFANTIA  
 ejus qui rem novit , sed eam explicare dicendo non potest : nec inscitia ejus ,  
 cui res cum suppetit , verba non desunt est laudanda . Quibus ex locis  
 patebit , spero , non absque ratione ΦΥΣΙΝ per puerulum  
 repræsentari ; quippe cujus utpote tortuosæ , obscuræ , imo per-  
 obscuræ , uti Cicero loquitur , cognitio , cum tot millia sem-  
 per restent enucleanda , tenera & puerilis quasi est . Operæ pre-  
 tium est audire Senecam , quo nemo hanc rem melius ex-  
 primit : Quam multa animalia hoc primum cognovimus seculo ? &  
 quidem multa venientis ævi populus ignota nobis sciet . Multa seculis tunc  
 futuris , cum memoria nostri exoleverit , reservantur . Pusilla res mun-  
 dus est , nisi in illo quod quærat omnis mundus habeat . Non semel quedam  
 sacra traduntur : Eleusis servat , quod ostendat revisentibus . Rerum na-  
 tura sacra sua non simul tradit : initiatos nos credimus : in vestibulo ejus  
 hæremus . Illa arcana non promiscue nec omnibus patent : reducta & in in-  
 teriore sacrario clausa sunt : Ex quibus aliud hæc ætas , aliud quæ post nos  
 subibit , aspiciet . Hic autem puer , Naturæ non inelegans sym-  
 bolum , adstantis puellæ , & digito ori admoto silentium  
 suadentis , quietemque imperantis , vestem vellicat ; quæ  
 mihi ΑΡΕΤΗ videtur esse , quia proxime in nominum sub-  
 scriptione ΦΥΣΙΝ sequitur

Lib. 1.  
 Pro  
 Cluent.  
 & lib. 2.  
 ad Her.  
 Lib. 3.  
 Att. 16.  
 Lib. 3. ad  
 Q. Fr. 4.  
 & lib. 3.  
 de Orat.

Lib. 7.  
 N. Q.  
 cap. 11.

A P E T H

Igitur in sacro , Homerique numini & majestati devoto co-  
 mitatu cernitur non immerito ; quippe qui κρυφὸν ἀρετῆς

Orat. 2.  
de Regn

*præconem virtutis* appellatur à Dione Chrysoftomo. Nam apud eum à patre Philippo Alexander interrogatus, quam tandem ob causam contemneret σοφίαν vel sapientiam Homeri; cum tamen ipsum admiraretur, respondit; se velle libentissime audire præconem in ludis Olympicis, nolle autem alios, sed se ipsum proclamari victorem: ταῦτα ἡ λέγων subjicit aurei oris orator, ἐποίησε φανερόν, ὅτι τὸ μὲν Ὀμηρον ἐνόμιζε δαυμόνιον καὶ θεῖον τῶ ὄντι ΚΗΡΥΚΑ ΤΗΣ ΑΡΕΤΗΣ: *Hæc autem dicens, manifestabat, Homerum quidem putare se esse excellentem & divinum revera PRÆCONEM VIRTUTIS.* Idem Alexander Iliadem, in qua bella, cædes, clades, vulnera describit; hominesque non fecus ac Tyrtæus in prælia & ferrum accendit, τὸ πολεμικῆς ἀρετῆς ἐφόδιον, docente Plutarcho, vocare solebat; atque apud Ciceronem Oratione pro Archia exclamat; *Ofortunate adolescens (Achillem designat) qui tuæ virtutis Homerum præconem invenisti;* non fecus ac Scipio apud Silium

*Fælix; Æacide, cui tali contigit ore*

*Gentibus ostendi; crevit tua carmine VIRTUS.*

Lib. 3.  
Epigt.  
Gr. c. 261.

Parilem ob rationem ab Antipatro Κάρυξ ἀρετῆς Ἡρώων dicitur;

*Ἡρώων κάρυξ ἀρετῆς, μακάρων ἢ περὶ φήτιν*

*Ἐλλάνων βιοτῆ δάκτερον ἄελιον,*

*Μυσηίων φέγγει Ὀμηρον, ἀκήρατον σῆμα κῆρυκος*

*Παυλός, ἀλιζοθία ζεῖνε κένωθε κόνις.*

*Heroum præconem virtutis, beatorum vero vatem,*

*Græcorum vitæ secundum Solem,*

*Musarum lucem Homerum, immortale os mundi*

*Omnis, maritimus, hospes, celat pulvis.*

Pag. 419.  
Ins.

Quod carmen paucis immutatis & additis duobus elegantibus distichis exstat quoque apud Gruterum; quodque termino, Homeri capite insigni, erat inscriptum; quem positum fuisse in hostis Æliani, cui nomen Μελέγλωσσος, conjecturatur primus editor Gerastus Falkenburgius ad Nonni Dionysiaca. Quæ omnia loca de virtute bellica præcipue vel fortitudine, quam Græci per excellentiam ΑΡΕΤΗΝ, Latini VIRTUTEM, quia canente Horatio,

*Res gerere & captos ostendere civibus hostes*

*Attingit folium Iovis & cælestia tentat,*

ut ex Diodoro Siculo, Thucydide, Cicerone, Justino, num.



nummis, in quibus sapissime VIRTUS eo sensu sumitur, Plutarcho, Lactantio, quarum verba elegantia admodum sunt, aliisque veteribus patet, appellant. Et sane non absque ratione hæc APETH poëtæ nostro tribui posset; quia jam olim Pausanias ejus in re bellica utilitatem probavit exemplo Messeniorum, qui Patroclum imitati mille milites ornatos clypeis Laconicis Elidem mittunt, urbemque occupant; adjiciens alia multa Strategemata apud eum reperiri, quibus generi humano prodesse voluit. Valde præterea noxium esse, si milites, nondum satis profligato hoste, spoliis castrisque diripiendis se accingunt, Nestoris, quam Eustathius *πακλιώτατον*, *ordinandæ aciei peritissimum* vocat, monito docemur: gravissimusque auctor Polybius, rem militarem Homericis exemplis eleganter illustrat; Frontinus multa strategematum exempla operi suo inserit ex Homero petita; & tandem non defuerunt, qui de ratione belli gerendi temporibus ejus usitata scripserunt, ut Stratocles, Hermias, Frontinus, notante Æliano; quos arbitror rationem ordinandæ aciei, totamque militarem scientiam exemplis viri & præceptis illustrasse. Nec aliam Homerum ob causam Cleomenes Laconice, sed elegantissime vocavit *poëtam Lacedæmoniorum*; quia quomodo militandum sit vel *χρη̄* *πολεμῆν*, quo vitæ genere Sparta se extollebat docet; Hesiodum vero *Helotarum poëtam*, quippe qui tradit, *ὡς χρη̄ γεωργῆν*, apud Ælianum; quem ultimum non minori festivitate Tertullianus *poëticum pastorem*, & Ovidius, nisi subscribendum politissimo Heinssii judicio, qui distichon illud ut spurium notat, *senem agricolam* appellaverit. Hæcque tandem est ratio, cur Alexander Magnus poësin Homeri dixerit solam esse ingenuam, solam magnificam, solam revera regiam, quem legere par erat populis olim imperaturum: *πῶ δέ γε Ὀμήρου*, ait ille apud Dionem Chrysofost.) *ποίησιν μόνῃν ὄρω τῶ ὄντι Ἰωνναίαν ἢ μεγαλοπρεπῆ ἢ βασιλικῆν, ἢ περίφθονον προσέχειν ἢ ἀνδρα, μάλιστὰ μὲν ἀρξῆν μέλλοντα ἢ ὅποι ποτε αἰθρώπων*: quam in rem plura ibidem videri possunt. Atque hæc quidem utcunque ita disputari possunt; verum cum figura, quæ VIRTUTEM repræsentat, armata non sit, imo cum mulier sit, difficulter hanc conjecturam mihi ipse approbare possum; crediderimque APETHN respicere virtutem illam & excellentiam, quæ in Homeri

In Co-  
riol.  
l. i. c. 18.

Lib. 9.  
& 17.  
Lib. 1.

Lib. 1.  
Tact.

Orat. 2.

operibus, five ipsa carmina, five figuras, five totius corporis digestionem five ordinationem inspicias, ubique elucet; vel generaliter significare **VIR T U T E M**, quæ oppositam habet *κακίαν*. Eustathius sane in procemio Iliados scribit, Homero *πάντων ἀρετῶν ποιήσεως omnem poetices virtutem inesse*; Ælianus trucidasse Medeam liberos inde natum scribit, quia, Euripides rogantibus Corinthiis fabulam finxit; & à mendacio superata est veritas *ἀλλ' ἔτι τῶν ἑποίησεν ἈΡΕΤΗΝ propter poetæ virtutem vel præstantiam*; & alibi Aristophani, *τῶν ἐν τοῖς μέτεροις ἀρετῶν* tribuit. Neque aliter Latinis **VIR T U S** usurpatur: Quintil. *Ideoque optime institutum est ut ab Homero atque Virgilio lectio inciperet: quanquam ad intelligendas eorum VIRTUTES firmiore iudicio opus esset: quo sensu & orationibus VIRTUTES suas tribuit Cicero: Dicendi VIRTUS sine rerum scientia exstare non potest: & In Catonis orationibus omnibus omnes ORATORIÆ VIRTUTES reperiuntur*: quod etiam facit Appianus in Legationum excerptis, narrans Cyneam Pyrrhi Epirotæ legatum propter eloquentiam celebrari, quia imitabatur Demosthenis ἀρετῶν. Hac Homeri virtute animadversa Plato carminibus Heroicis scribendis se accingens, & diffusus se eam posse attingere, omne quicquid composuerat, combussit apud Ælianum; nec aliunde natum arbitror plenum gloriæ & laudis dictum, versum Homero non magis posse subtrahi quam vel Iovi fulmen vel Herculi clavam; quodque etsi fieri posset, alium tamen nullum decere fulmen præter Iovem jacere, vel certare præter Herculem robore, vel canere quod cecinit Homerus, uti memoriæ mandavit Macrobius. Hanc præstantiam carminis pangendi celebrat etiam Dio Chrysostomus, eamque exquisitis vocabulis ἡδονῶν ἢ χάριον appellat: præterea etiam Heraclides Ponticus, atque his (ante meminerat Aristotelis) prior Plato, eas ubique meminit, τῶν μὲν ἡδονῶν ἢ χάριον τῶν ἑπιπέων ἐκπληττιζόμενον; jucunditatem quidem & gratiam carminum obstupescens; rursus: ἐπὶ ἧ ἢ αὐτὸς τῆς χάριος ἐπαινῶν τῶν ποιήσιν; præterea & ipse gratiam ejus poetæ collaudans, valde virum admiratur: significatque illa χάρις nihil aliud quam doctrinam, peritiam, eloquentiam; quæ omnia virtus poetæ completitur; quomodo hominem doctum, peritum, eloquentem χαρίεντα appellat Græci, observante Casaubono ad Athenæum, & Fabro Tanaquillo viris præstantissimis ad Luciani peregrinum;

Lib. 5.  
Var. H.  
Cap. 21.

Lib. 2.  
Cap. 13.

Lib. 1. de  
Orat. &  
de cl. R. h.

Lib. 5.  
Sat. c. 3.

Orat. 53.

num; neque aliter usurpatur vox ea Straboni: *καθ' ἅπερ ἐν οἱ  
καριέστεροι τῷ Ἀφρικάντων πλὴν Ἀσίαν ἀπὸ τῆς Λιβύης. Quemadmodum doctio-* L. I. p. 35.  
*res vel peritiores eorum qui Asiam a Libya dividunt: & similiter ser-*  
*monem non fucari pompa faciundæ & gratiæ scribit Minutius Felix.*  
Atque hæc poëtæ virtus non minima in digerendo toto opere  
clucet; & Iliadem ac Odysseam ita composuit, ut singulæ sint  
una actio; quod æque in Epico ac Tragico poëta laudandum  
esse summopere, docet Aristoteles; quoque Euanthius respi- c. 9. Art.  
ciens dixit, *Iliadem ad imaginem Tragediæ, Odysseam ad imaginem*  
*Comediæ esse factas.* Nam ut in omni Tragediâ vel Comœdiâ, si  
recto stat talo, unum tantum est historiæ vel Herois vel Regis  
caput, quod exornat & instruit poëta; ita Iliadis argumentum  
est *ira Achillis* (unde Homerum *πομπὴν τῆς ἔριδος* appellat The- Orat. 3.  
mistius) *Odysseæ vero Ulyssis reditus* sive peregrinatio; atque inde c. 9. poët.  
Aristoteles, acerrimi vir ingenii, eos errare ostendit, qui  
Herculis vel Thesei *ἀθλὰ καὶ πόνους*, vel res gestas descripturi,  
omnia ab Heroibus istis fortiter & præclare gesta recensent;  
quo crimine etiam Statius Papinius tenetur, qui laudem sese  
meruisse existimat, quod non exemplo vatis Mæonii unam  
actionem, sed universam Achillis vitam persequatur;

*Magnanimum Æacidem, formidatamque Tonanti  
Progeniem, & patrio vetitam succedere cælo,  
Divæ, refer: quanquam acta viri multum inelyta cantu  
Meonio: sed plura vacant. Nos ire per omnem,  
Sic amor est, Heroæ velis, Scyroque latentem  
Dulichia proferre tuba: nec in Hectore fracto  
Sistere, sed tota, juvenem deducere Troia.*

At e diverso Constantinus Manassès, cujus sensum non satis  
cepit interpres, in Annalibus veniam a lectoribus petit; si bel-  
lum Trojanum non describat ut Homerus, verum historicos  
sequatur; quia ille *πολλὰ ἐπέφθικε καὶ μετ' ἐπέφθικε*, id est, ordinem  
invertit; quæ prima acciderunt, postremo; quæ postrema,  
primo loco juxta vulgatum illud *ὑπεραν πλεονεχθὲν ἀμελεῖται*, re-  
censet; quam in rem plura apud Salmasium & Vossium, I 8 Exc.  
Reip. Literariæ clarissima lumina, videantur. Longe revera Plin. &  
alia Homeri mens; illeque unam belli partem Iliaci, vitæ- Inst. Hist.  
que Ulyssis delegit, quam elegantibus episodiiis sive emble-  
matis exornavit; *Νῦν δ' ἐν μέσσοις*, ait Philosophus, *ἀπλάστων*, c. 29.

ἐπεισοδίοις κέχρηται αὐτὸς πολλοῖς contra vera ita unam sibi partem dele-  
git, ut quam plurimis eam ornaret episodius: atque ita *navium catalo-*  
*gus*, vel *Bæotia* episodium est; nec non multæ aliæ operum  
partes, οἷς *Διπλαμῶν* ἢ *ποήσιν*, quibus *poësin* distinxit; uti alias,  
si modo Deus otium dederit, Episodium ex mente Aristote-  
lis, quam pauci perceperunt, illustraturus docebo. Et licet,  
teste Quintiliano, *dispositione totius operis humani ingenii Homerus*  
*modum excefferit*, non defuerunt tamen, qui eam carpsent.

Orat. XI. Dio enim Chrysofomus scribit Homerum non incepisse a  
belli primordiis; quia fere is mos mentientium; & ille belli  
initium & finem maxime obscurare conatus est, ut pote Græ-  
corum contraria gloriæ, a quibus Trojam non expugnatam;  
I. 2. Ver. sed quos fusos fugatosque esse docet. Lucianus artem plane  
Hist. & ἀρετῶν tollens, poëtam non dedita opera sed sponte nihil-  
que tale cogitantem incepisse ab ira affirmantem introducit;  
c. 19. & Protagoras reprehendit imperare eum, cum precari debe-  
poët. ret, his verbis, Μῆνιν ἀειδε θεά; quem ultimum refellit jam  
olim Aristoteles; quodque si crimen est, illo etiam tenetur  
Hesiodus, Virgilius, Menander in prologo Thaidis apud Plu-  
tarchum; Antimachus, Pindarus, Stesichorus apud Eusta-  
thium; & ante eos omnes ipsumque adeo Homerum Or-  
pheus, qui, teste Justino Martyre cecinit,

Lib. de  
Aud.  
poët.  
Ad II. a.  
Pag. 9.

Μῆνιν ἀειδε θεά Δημήτερ' ἀγλαοκάρπη.

*Iram frugiferæ Cereris cane; diwa, nocentem.*

Init.  
Perioch.

Major certe justiorque videtur eorum querela, qui clamitant  
esse omiſſa multa nobilia ab exordio belli, usque ad Achil-  
lis iram; nec minus multa ab Hæctoris funere usque deletum  
Ilium; sed & tales satis retudit Aristoteles, eosque *ignaros ju-*  
*dicandi* & *Poëticæ* ΟΕ ΟΝΟΜΙΑΕ *expertes esse scribit* optimo  
merito Aufonius. Verum ut ad ΑΡΕΤΗΝ revertar, poësin  
præterea Homerus instruxit optime verbis atque sententiis,  
& primus iis, quemadmodum oportuit, usus est; neque igno-  
ravit, quæ essent suæ (non minima sane virtus) partes; pau-  
cissimæque ex persona sua narrans, & levi præfatione defun-  
gens, continuo Deum vel Deam, virum vel matronam in-  
troducitur; nec eos sequitur, qui ab initio ad finem usque  
operis sese manifesta inscitia immiscent, pauca vero  
ἢ ὀλίγως μιμῶνται, uti apud Aristotelem legere licet. Omnis  
namque poësis imitatio est, quæ in eo cardine vertitur maxi-  
me,

c. 24.  
poët.

me, ut meliores & præstantiores imitemur; quod Homerum diligenter fecisse docet idem philosophus. Denique totum tam Iliadis quam Odysseæ corpus ita digessit, ut omnia sibi ad finem usque constent;

*Atque ita mentitur, sic veris falsa remiscet*

*Primo ne medium, medio ne descerepet inum.*

Facitque ut ἄλογα ferri possint, ἢ τοῖς ἀλλοῖς ἀγαθοῖς ἐμφανίζῃ, ἡδονῶν τὸ ἄτοπον, *aliis virtutibus illud absurdum tollit & jucundum facit.*

Non igitur de nihilo est, quod ΑΡΕΤΗ etiam patri suo sacrum facit; hacque voce auctor complectitur proculdubio omnes Poëtices virtutes, quas loco insigni Homero tribuit

Dionysius Halicarnassensis: Τῆς μὲν Οἰμηρικῆς ποιήσεως ἑ μίαν ἑνὴν Tom. 2.  
 τὴν σώματι μῦθεον, ἀλλ' ἐκτύπωσα τὸ σῆμα, ἢ λαθεῖ ζῆλον ἡθῶν τε P. 68.  
 ἐκείῃ καὶ παθῶν, ἢ μεγέθους ἢ τῆ οἰκονομίας ἢ τῶν ἄλλων ΑΡΕΤΩΝ ἀπασῶν

εἰς ἀληθῆ τῆ ἀφ' ἧς σοι μίμησιν ἡλικαγμῶν. Τῆς ἣ ἀλλοῖς ἐν οἷς ἀδύλων

πλεόν ἔχουσι, καὶ μίμησιν: *Homericæ poëseos non unam corporis partem, sed totum exprime, & imitare mores, affectus, sublimitatem & dispositionem aliasque VIRTUTES omnes, tuam imitationem revera mutant:*

*alios vero, in quibus ceteros superant, imitari oportet.* Hucque pertinet eum non modo, uti notat Dio Chrysoſt. εἰδέν μάλιστα

λέγειν, nihil frustra dicere, vestitum, habitationem, cibum moribus hominum assimulare; verum etiam οἰκίαις λόγους

ἐκάστῳ τῶν εἰδικαγμῶν περὶ πάντων, convenientem singulis, quas introducit, personis tribuere sermonem, testibus Theone Sophista, &

Hermogene. Ut enim canit Romanus Lyricus,

——— *Tristia mæstum*

*Vultum verba decent: iratum, plena minarum*

*Ludentem lasciva: severum seria dicta.*

Potest etiam ΑΡΕΤΗ, quemadmodum monui, respicere VIRTUTEM, generaliter sumptam, quæ oppositam habet κακίαν vel κακότητα. Nam Homerus nos ad virtutem non traditis præceptis, sed exemplis ducit; quod poëtæ &

Historici munus est. Basilii oratione cui titulus, ἕως ἂν Ἐθνηνικῶν ὠφελούτο λόγων; quomodo cum fructu legi possint gentilium libri, scribit se audivisse a viro gravi, ὅτι πᾶσα μὲν ἡ ποιήσις τῶν

Ομήρων ΑΡΕΤΗΣ ἔστιν ΕΠΑΙΝΟΣ, omnem Homeri poësin VIRTUTIS esse laudationem: Athenagoras apud Diogenem Laërtium eam περὶ Ἀρετῆς ἢ δικαιοσύνης, de virtute & iustitia esse compositam; Proclus in Timæum, originem ostendere cona-

tum esse, ὅτι πρὸς τὰς κατ' ἀρετὴν πράξεις ἀρκῶσαι ἢ παρ' Ὀμήρου μίμησις, *Homeri imitationem ad recte agendum sufficere.* Atque hoc maxime elucere testatur Basilius in Ulyssis naufragio; cui tunc virtus pro veste erat, quem Phæaces licet nudum admirabantur; adeo ut Homerus quasi clamet; ΟΠ ΑΡΕΤΗΣ ὑμῖν Διπμελετέον, ὧ ἀνθρώποι, ἢ καὶ ναυαγήσαντι συνεκνήχῃ, καὶ διπρὸς χέρσιν ἠνδρόβιον γυμνὸν πριώτερον ἀποδείξῃ δ' δαυμόνων Φαιάκων; **VIRTUTI** studere vos, o homines, oportet; *quæ cum naufragio enatat, & in terra expositum nudum venerabiliorem facit illis, qui beati putantur; Phæacibus.* Per hanc autem **VIRTUTEM** ego potissimum philosophiam activam, quæ mores hominum emendat formatque sive *Ethicam*; vel rationem, prudentiamque regendarum civitatum, *politice* vocant, intelligo: illa animi morbos depellit, tantique fuit existimata, ut Pythagoras apud Stobæum dixerit, orationem philosophi inanem esse, ὑφ' ἧ μηδὲν ἀνθρώπου πάθῃ θεραπείαται, *quæ nullam in homine perturbationem sanat;* & Plato epistola ad Aristodemum; τὸ βέλαιον καὶ πιστὸν καὶ ὑγιές, *constantiam, fidem, sanitatemque, ἢ ἀληθινὰ φιλοσοφίαν esse.* Hæc autem aliis imperare nos docet, eamque elegantissime Polybius φιλοσοφίαν ἐκ παραδειγμάτων, *philosophiam ex exemplis* appellat. Atque ita Agamemnonis exemplo, quem canit non somno sese dare, sed belli curam gerere, & vehementer Græcis, pro quorum salute excubabat, timere, docet; bonum rectorem plus de civium quàm de suis fortunis sollicitum esse debere; & Dio Chrysostomus monet Homerum pudentem reges æquales Jovi consilio esse, omnes bonos διοτρεφέους ἂν Jove educatos; Minoa Jovis ὁμιλητῶν καὶ μαθητῶν, *confabulatorum & discipulorum*, breviter tradere, quales Reges esse debeant; *quia is scilicet primus & maximus omnium rex est, novit ac tradit regiam artem;* & boni reges eum respiciunt, principatumque illius ad exemplum dirigunt; quæ & similia tractavit proculdubio Porphyrius in libris quos fecit, περὶ τῆς Ὀμήρου ἀφελείας τῶ βασιλείων, *De utilitate, quam reges ex Homero capere possunt;* quibus perfectam boni regis institutionem ex Homero videtur descripsisse. Ethices autem exempla plurima poetam suggerere, præterquam quod ex ipso opere patet, firmat Maximus Tyrius; qui cum docuisset totam Homeri operum formam esse fabulosam narrationem, adjicit: Μέμνηται δ' ἐν αὐτοῖς καὶ θεολογία σαφὴς καὶ πολιτείας ἡθῶν, καὶ ἈΡΕΤΑΙ ἀνθρώπων καὶ μοχθηρίαι καὶ

ἢ παθήματα ἢ συμφοραὶ ἢ ὀτυχίαι; In illis autem Theologica & Po-  
litica miscet; & virtutes, & improbitates hominum, affectiones, for-  
tunas tam adversas quam prosperas: & mox duo in Homeri poë-  
matibus spectari debere monet; quorum alterum ad poësin  
respicit, fabulæque speciem habet; alterum vero ad philo-  
sophiam; virtutemque ac veritatem commendat; εἰς ἕηλον τῷ  
ἄρετῆς ἢ ἀληθείας γῶσιν συντελανόμενον: atque inde exempla phi-  
losophiæ practicæ adducit, ut fortitudinem Ajacis; soler-  
tiam Ulyssis; audaciam Diomedis; prudentiam Nestoris;  
temperantiam Hectoris; intemperantiam Paridis; & alia,  
quæ recensere longo ordine nil attinet. Sic mendacium & ti-  
miditatem perstringit; fortitudinem & silentium commen-  
dat, bellum detestatur, patriam defendendam esse canit,  
uti variis locis observat Stobæus; & frugalitatem laudando  
ad eam tam principes quam privatos viros adducere conatum  
esse docuit olim Dioscorides in Homericis Νόμοις apud Sui-  
dam, quæ omnia ad moralem philosophiam pertinent; juxta  
illud Macrobiani; *Illæ ad virtutes amoremque patriæ & ad contemptum  
gloriæ adhortatio, quid aliud continet nisi ethice philosophiæ instituta mo-  
ralia?* Maxime autem huc Odyssæa pertinet; quam ἠθικῶν tra-  
dunt esse Heraclides in Allegoriis, & Eustathius sine proœmii  
in Iliadem; qui & σωφροσύνην in illa tractari præcipue, docet  
extrema præfatione in Odyssæam. In Iliade enim consilium  
Homero est, repræsentare Heroem magni animi & bellico-  
sum; in Odyssæa vero prudentem ἢ πάσις ἀρετῆς ὄργανον, teste  
Heraclide; utque breviter sed non ineleganter Plutarchus  
olim locutus est; *Ἄλλ' μὴ τῷ Ἰλιάδῳ ἀνδρείαν σώματ' ἔσθ', Ἄλλ' ὅ τ' ὅ  
Ὀδυσσεύς ψυχῆς γενναϊότητ' ἀπαρτῆ.* Ulysses sane omnibus cala-  
mitatibus, VIRTUTEM opposuit, atque ab ea animos  
sumpsit; & hanc esse Circes moly, hanc vittam in mari in-  
ventam; hanc navem illi exstruxisse, hanc ab inferis reduxisse,  
hanc domum a procis liberasse, hanc uxorem vindicasse, &  
denique effecisse virum; qualem Homerus *Ἰοῦε γεννίτην θεῶν  
σὺν ἰσχυρῶν* similem; Plato felicem vocat, notat Maximus Tyrius. Quò  
pertinet veteres censuisse Ulyssæm philosophum esse; μῶλον ex-  
ponὶ παιδείαν; teste Eustathio; illumque duce prudentia,  
quam poëtico ritu Homerus *Μινερῶν* vocat, omnia fecisse,  
uti loquitur Joannes Sarisberiensis. Imo non defuerunt, qui  
dixerunt poëtam ligata oratione, non secus ac Socratem so-

L. 2. ia  
Som. f.Dist. 16.  
P. 1396.  
& 1658.L. 6.  
c. 27.

luta, de virtute, vitiis, recte factis, veritate aliisque rebus differuisse, uti videre licet apud Dionem Chrysostomum, Auctorem moralis Interpretationis errorum Ulyssis; Proclum, Lycium, Diadochum, Plutarchum in libro, *quomodo*  
 Lib. 1. *Juveni audienda poemata; & denique Athenæum; qui tamen ultimus præcipue de temperantia, quam omnibus Heroum conviviis adhibet poëta, agit. Atque hoc est quod canit Horatius;*

*Trojani belli scriptorem, maxime Lolli,  
 Dum tu declamas Romæ, Præneste relegi,  
 Qui quid sit pulchrum, quid turpe, quid utile, quid non  
 Plenius & melius Chryssippo & Crantore dicit.*

Additque eum in Paride stultum regem; Nestore amorem patriæ; Achille & Agamemnone iram; Ulyssæ sapientiam & virtutem; Sirenum vocibus & Circe intemperantiam & libidinem descripsisse; quod idem argumentum tractat Maximus Tyrius Dissertatione xvi. nec non Joannes Sarisberienfis lib. 7. c. 9. Adeo ut non inconcinne dixerit Isocrates Oratione ad Nicoclem poëtas reliquisse ὑποθήκας ὡς χερὴ ζῆλῶ; & optimo merito pueros voluerint Græci carmina Homeri εὐθὺς ἐξαρχῆς, ut loquitur Dio Chrysostomus, discere. ΑΡΕΤΗΝ excipit

## M N H M H

fæminæ non secus ac pleræque virtutes & scientiæ assimilata; vel quia, teste Aristotele apud Eustathium, mulieres sunt μνημονικώτεραι; vel quia una ex Musis eo nomine insignis fuit; vel denique quia ipsa vocis terminatio hoc quasi jubet. Referendam autem Μνήμη vel *Memoriam* ad Historiam censeo; quæ Justino Martyri est λόγῳ διήγησιν περιέχων ἢ ἥδη γεγονότων περιώματι; Ciceroni *vita memoriæ*; vel absolute *memoria*, ut, *Mibi repetenda est veteris cujusdam memoriæ non satis explicata recordatio*; cui etiam ut & aliis, *memoriam rerum complecti, memoriam prodere rei alicujus posteris; memoriæ prodere, propagare, dare, est historiam scribere.* Homerus igitur belli Trojæ memoriam posteris prodidit, ἢ ΜΝΗΜΗΝ εἰς ἅπαντα ἢ χρόνον κατέλιπεν,  
 Lib. 4. *uti apposite loquitur Xenophon; quò pertinet Philonem Judæum tradere, historicos & poëtas memoriæ tradere antiquitatis pulcherrima facinora: ἅπερ ἰσορροπία ἢ σύμπαν τὸ ποιητικὸν γένῳ, τοῖς τε κατ' ἐκωτῆς, ἢ τοῖς ἐπιτα μνήμη ἀπαδεδώκασιν.*



Si quis tamen censor nimium severus, & tetrica fronte conspicuus existimat *πυρολογία* fieri, quia HISTORIÆ jam facta mentio est; dico in narrando bello Trojano & Ulyssis calamitatibus, Homerum multarum rerum antiquarum cognitionem & memoriam conservasse; quas cæteroquin injuria temporis posteris eripuisset; ut & earum iniecisse mentionem, quæ ante iram Achillis, quam ornandam sibi desumpsit, ad Trojam acciderunt; quod nec observare oblitus est Macrobius; Idem divinus, ait, *ille vates res paulo vel multo ante transactas* opportune ad narrationis suæ seriem revocat: & ut historicum stylum vitet, non per ordinem digerendo, quæ gesta sunt, nec tamen præteritorum nobis notionem subtrahat. Theben Asiæ civitatem aliasque plurimas Achilles, antequam irasceretur, everterat; sed Homeri opus ab Achillis ira sumpsit exordium. Ne igitur ignoraremus, quæ prius gesta sunt, fit eorum tempestiva narratio: item ne ignoraremus, quo duce classis Græcorum ignotum sibi Trojæ litus invenerit, cum de Calcbante quæreretur ait. (Græcos versus, quia ab ipso peti possunt, omitto) Et ipse Calchas narrationem, quod Græcis navigantibus de serpente passerum populatore contigerit; ex quo denuntiatum est exercitum annos decem in hostico futurum: alio loco senex, id est, referendis fabulis amica & loquax ætas, res refert vetustas. Non igitur in re obscura & conjecturis obnoxia erraturum me puto, si dicam HISTORIAM præcipue respicere illa, quæ acciderunt irato Achille, & Ulyssæ ventis jactato; MEMORIAM vero, quæ vel paulo vel longè iram illam; bellique Trojani initium præcesserunt; quorum memoriam conservatam esse exemplis clarum fiet. Nestor non absque ratione Eustathio appellatus *χορηγὸς παλαιῶν ἱστοριῶν*, & Apulejo, *omnis vetustatis certissimus auctor*, socios, bellumque Lapitharum & Centaurorum breviter narrat: atque similiter poëta docet, Amazonas Asiam sibi subjecisse; bellum Thebanum infeliciter a Polynice reliquisque ducibus gestum; Thebas ab Epigonis deletas; bellum Oti & Ephialtæ cum Marte, hujusque per menses tres & decem captivitatem; Junonem & Plutonem ab Hercule vulneratos; Trojam ab eocaptam propter negatos a Laomedonte equos; Bellerophon-tis ærumnas; Phœnicis a paterna domo fugam, crimenque in patrem commissum; Oenei, apri Calydonii, Meleagri nec non Atalantæ historiam in Iliade: Herculis natales; Zethi & Amphionis muros; Oedipi parricidium ac incestas

nuptias;

L. 5. 6. 12  
Sat.pag. 100.  
in Apol.

nuptias; Castoris & Pollucis mortem: Oti, Ephialtæ cum diis bellum; Hippolyti castitatem & Phædræ libidinem: Ariadnam a Theseo relictam; Procridis obitum; fabulam Ityos & Philomelæ, aliaque in Odyssæa. Quo pertinet sapientem multarum rerum, cum antiquarum, tum quæ sua ætate contigerunt, debere memoriam servare; quia illa mater est sapientiæ; uti testatur Afranius;

*Ufus me genuit, mater peperit memoria,  
Sophiam Græci vocant, vos sapientiam;*

- quod distichon cum Sapientiæ imagine veteres philosophos pro foribus omnium templorum voluisse poni, nescio quo auctore, scribit Joannes Sarisberiensis. Ut enim Jamblichi verba instituto meo accommodem; εἶδεν μείζον πρὸς θησιμῶν καὶ ἐμπειρίαν καὶ φρόνησιν ἢ δύνανθ' μνημονεύειν; *Nihil est majoris ad scientiam ac experientiam prudentiamque comparandam momenti, quam rerum posse memoriam habere.* Conservavit adhæc antiqua urbium nomina, licet illæ suo tempore aliis forent insignes; Pausanias, Ομηροῦ δ' ἑπιπέμῳ (ἑμοὶ δοκεῖν) χαίρωνείαν τε ἤδη καὶ δεβαδείαν καλεμύνας, ὅμως πῖς ἀρχαίοις ἐχρήσατο ὀνόμασιν ἐς αὐτὰς καθότι καὶ Διγύλιον ἢ ποταμὸν εἶπεν: *Mea quidem sententia Homerus Chæronæam & Lebadeam appellari notat; sed maluit præscis uti earum urbium nominibus, sicut & Ægyptum fluvium (Nilum) dixit.* Et si ad minoris momenti res, quæ tamen scitu perjucundæ & necessaria sunt, descendere volumus; non modo MEMORIA recte illi tribuitur, qua teste Athenæo conservavit ἢ ἀρχαίων ἢ Ἑλλήνων κατὰ τῆσιν, verum etiam quia memoriæ prodidit voces præscas, multasque veluti mortuas revocavit in lucem. Nam Plutarchus inter obsoletas numerat ἀορὴ καὶ σάκκον, enseμ & clypeum, cum jam Homeri ætate in usu forent ἐπίφθον & ἀσπίς; cumque Græcorum antiquissima lingua abundaret monosyllabis, eas affectavit; præscæque dialecti characterem intrire passus non est; quemadmodum κεῖ pro κείμηνον; δῶ pro δῶμα; βεῖ pro βεῖσι vel βεῖσρον. ἤλ pro ἤλθον. εῖ pro εἶδον; λῖς pro λέων; βρῶ pro βροῦμα; κῶ pro κῶμα, quæ male per apocopen facta esse iudice illustri Salmasio censent Grammatici, evincunt; quibus adjicienda verba, πᾶν pro πᾶσι; χῶ pro χᾶζω, Ἐῶ pro ἐάζω, & alia apud Eustathium, sunt. Sic Plutarchus scribit Homerum varia dictione usum, σὺν δὲ πᾶσι λέγει

λέγτε τῶν Ἑλλήνων χαρακτῆρας miscuisse; & Lesbonax, auctor ineditus, quem ex Florentina bibliotheca descripsit Celeberimus vir Isaacus Vossius, Euboicum, Thebaicum, Siculum, Chalcidiacum, Colophonium *χῆμα* aliaque in ejus operibus occurrere docet; veteresque Grammatici non tantum Jonicam, Atticam, Æolicam, Doricam, sed etiam *ποικίλῃς* vel *ἰδιωταίῃς* singularum, nempe civitatum, populorum & insularum, ut Cretensium, Siculorum, Tarentinorum, Cypriorum, Pamphyliorum & aliorum apud eum dialectos notarunt, uti observat Salmastus. Licet autem incertum quodammodo sit, quæ figura *Μνήμῳ* sive *Memoriam* repræsentet, puto tamen eam esse, quæ *Virtuti* silentium suadenti adstat; cujusque humeris illa manum imponit, quia cogitabunda & memorias veteres revolvens quasi secum stat; ac quia ut ΠΙΣΤΙΣ & ΣΟΦΙΑ aliis nominibus subjiciuntur, ita illæ post *Virtutem* & *Memoriam* conspiciuntur. Sequitur igitur, ut quæ de veste exteriore cucullata dici possent, alii temporis reservem,

Lib. de  
L. Hell.

ΠΙΣΤΙΣ, sive FIDES.

Hæc vox si eo sensu gentilibus usurpetur, qua Christianis scriptoribus facile crederem, nihil eam aliud significare quam *Religionem* sive *Deos*, quorum nomina, cultum, formam graphice Homerus describit. Sed cum plane ea significatio iis incognita sit, aliud quid longe arbitror notari; de quo tamen antequam agam, quia deorum cultus non minima erat sapientiæ ethnicæ pars, atque adeo quodammodo ad ΣΟΦΙΑΝ pertinet, quæ de sacro cultu observavi, adjicere in gratiam studiosi lectoris visum fuit; ut ita magis pateat, quo loco Homerus apud veteres fuerit; nec immertio, ex mente gentilium loquor, divinos honores consecutum esse, optimum deorum præconem. Nulla igitur Homero pars absque diis est; virtutique Minervam, amori Venerem, artificio Vulcanum, cantui Musas, choreis Apollinem, bello Martem, ventis Æolum, fluviiis Oceanum, frugibus Cererem præficit; adeo ut vere dicat Maximus Tyrius; εἰδὲν μέγῃ Ὀμήρῳ *Diff. 16.*  
*ἄψρον, εἰδὲ δυνάσσει ἄψρον, εἰδὲ δρχῆς ἔρημον, ἀλλὰ πάντῃ μετὰ θεῶν ὀνομαίων κὶ θεῶν λόγων κὶ θείας τέχνης; nulla pars naturæ est Homero sine diis, sine præfecto, sine imperio; sed omnia divinis nominibus, omnia divinis sermonibus, omnia divinis abundant artibus.* Et ejusmodi diis ab ipso tribuuntur, quæ si ad Deum unum & verum referan-

O

tur,

tur, dematurque vel Jovis vel alterius dæmonii nomen, à Christiano aliena esse nequeunt; ut;

Ζεὺς δὲ δῖον ἀνδρῶσιν ὀφείλει τε μινύθει τε  
Ὅπως κεν κ' ἐθέλησιν. ὁ γὰρ κἀρίστ' ἀπάντων.

id est, vertente Amplissimo Grotio;

Juppiter, ut visum, vires mortalibus addit,  
Et minuit: cunctis nam ipse potentior unus.

nec non hoc;

Ζεὺς δὲ αὐτὸς νέμει ἔλθον ὀλύμπι' ἀνθρώποισιν  
Ἐσθλοῖς δὲ ἠδὲ κακοῖσιν, ὅπως ἐθέλησιν ἐκάστω,  
Omnipotens tribuit Deus ipse bonisque malisque  
Divitias, quantas suadet dare cuique voluntas.

- Il. 1. Atque ita alibi canit Iovem Agamemnoni σιῶπιον τ' ἠδὲ θε-  
Il. 2. v. μισας, *sceptrum & jura dedisse*, ab eo pendere humana regna; re-  
159. & a. ges majorem in Dei auxilio spem debere habere, quam ho-  
Inil. 11. minum; Jovem iratum esse iis qui jura evertunt, impios pu-  
Θ. nire, & deos qui mandatum ipsius rescindere conantur, in  
Od. 2. tartarum mittere, sive, ut alii loquuntur, *παραρῶσαι*; Deum  
v. 188. divitias largiri; frustra esse hominum labores, nisi Deus ad-  
Od. 3. fit; illosque potissimum deum juvare, qui quod in se est  
62. præstant sedulo, nec manibus compressis sedent. Illud quo-  
que toties repetitum priscam pietatem spirat, θεὸς (non θεοί)  
ἔμβαλε θυμῷ, quod eleganter & pie, si modo *Dii in Deum*  
mutentur, cum Sallustio dicere possumus, *Dii monuere*. **Quin**  
Adm. ad & Justinus Martyr censet eum aliosque veteres multa ex Mo-  
Gentes; se in opera sua transtulisse; & quod ille dixit, *In principio fecit*  
*Deus cælum*, Homerum ita expressisse  
Il. 2. Ἐν μὲν γαίῳ ἐπιγ', ἐν δὲ ἕρπον.. &c.  
iisque versibus eum creationem mundi expressisse; ut & per  
Alcinoi hortos, paradysum; per gigantum pugnam, turrim  
Inil. 11. T. Babylonicam; per dejectionem *Noxæ* vel *Α'της*, deturbatum  
e cælo diabolum; ad hæc multorum quidem meminisse, ne  
ab Orphei recepta jam poësi recedere videretur, deorum; sed  
postquam in *Ægypto* divinos libros inspexisset, unum solum  
Deum cecinisse, illumque vocari θεὸν αὐτὸν *Deum ipsum*; tan-  
demque uni Deo omnem potestatem tribui, & imperium in  
deos ceteros; qui tantum ab ejus divinitate absunt, ut una  
Odyf. 3. cum hominibus nominentur: Et Minutius Felix respiciens  
v. 135. versus Homericos, quos Archilochus in Jambos transformavit  
apud

apud Theonem Sophistam, optimèque illustrat Mericus Casaubonus, unum Deum, omnium rerum auctorem a poëtis celebrari scribit: *Audio poëtas quoque unum patrem divinum atque hominum prædicantes, & talem esse mortalium mentem, qualem parens omnium Deus induxerit.* Præterea sacrificia ab ipso descripta alii imitati sunt, teste Dionysio Halicarnassensi; & Jovis simulacrum ejus ad exemplar se finxisse à Pandæmo interrogatus, pronuntiatis versibus, qui existant in Iliade A. testatur Phidias apud Macrobius, Valerium Maximum, & Strabonem; quorum hic addit, scite solere dici de Homero, *eum solum aut θεῶν εἰκόνας vidisse, aut solum ostendisse.* Hinc Lucius Æmilius Paulus, Polybio teste, templum Jovis ingressus, statuatque admiratus, dixit, *ὅτι μόνῳ αὐτῷ δευῆ Φειδίας ἢ παρ' Ομήρῳ διαμειμῆσθαι;* solum Phidiam sibi videri Homericum Jovem imitatum esse. Et Proclus scribit Phidiam non respexisse *πρὸς γέροντα* vel, *statuas ante eum factas;* sed meminisse *ἔ παρ' Ομήρῳ Διὸς, Jovis apud Homerum.* Euphranor quoque Athenis picturus XII. Deos, cum hæsitaret, qua potissimum forma Jovem fingeret, auditis iisdem versibus se *δέχεσθαι* habere dixit, ad quod deum formaret, uti apud Eustathium legere licet; adeo ut non absque ratione cum Luciano Homerum vocem *ἀεσον* ἢ *γεσφείων παρόντων* Εὐφρανόρου ἢ Απελλῆ. Cum Hesiodo præterea omnium primus Theogoniam vel Deorum natales, *ἑπωνυμίας, πινάκας τε ἔ τεχνάς τε εἶδρα,* cognomina, honores, artes & figuras non peculiari opere ut ille est Pherecydes apud Scholiastem Apollonii; Dromocrides, si modo salva lectio, & Orpheus apud Fulgentium; sed sparsim in Iliade, Odysseæ & Hymnis docuit, uti testis est Herodotus; nec non S. Isidorus Pelusiota; probantque Mythologi veteres & patres; qui de diis acturi, frequentissime ad Homerum veluti antiquissimum Theologum provocant. Huc pertinent, quæ poëtarum interpretes allegorice explicant; ut cum per auream Jovis catenam de cælo in terras demissam Macrobius intelligit, unam nusquam interruptam connexionem, *vinculis religatam a summo Deo usque ad ultimam rerum sæcem:* vel Justinus Martyr ἐν ἑνὶ καὶ πρῶτῳ θεῷ τῆν ἐξουσίαν ἔχει καὶ κατὰ ἀπάντων, *uni & principi Deo potestatem atque imperium in omnes tributum:* quam in rem quæ annotari possunt, si Lectori annumerare vellem, ejus proculdubio patientia & otio meo abuterer. Nec sane Hymni omittendi

Lib. 7.

L. 5. Sat.

c. 13.

L. 3. c. 7.

Ex. 4.

Lib. 8.

Lib. 2 in

Timæum

Platonis.

p. 145.

Lib. de

Im.

L. 2.

Myth.

L. 2.

c. 53.

L. 1.

Ep. 21.

L. 1. in

Som.

c. 16.

sunt; quia, quamvis à multis dubius habeatur eorum auctor, plurimi tamen veterum recentiorumque illos poëta nostro tribuunt. Auctor vitæ Homeri anonymus existimat τῶν ὕμνων & reliqua quæ ipsi tribuuntur, excepta Iliade & Odyssæa, ἀπόπειρα ἢ τῆς φύσεως ἢ τῆς δυναμείως ἕνεκα, & propter naturam & propter vim: Bochartus in epistola, Num Æneas fuerit in Italia, omnes censet esse supposititios; sed admodum antiquos; Scaliger eodẽm Homericarum alicui tribuit, non secus ac hymnum in Apollinem Athenæus quem tamen Homero assignat gravis in primis auctor Thucydides Libro tertio. Atque e diverso hæc PIA CARMINA, ita enim hymnos vocari

L. 1. pag. 950. censeo in Inscriptione antiqua, & per LIBROS intelligo Iliadem ac Odyssæam.

DOGmata. PYTHAGORÆ. SENSI. STUDIUMQUE. SOPHORUM  
ET. LIBROS. LEGI. LEGI. PIA. CARMINA.  
HOMERI.

nonnullos veterum Homero adsignasse testantur Suidas, & Herodotus, si modo is auctor, in vita ejus. Sic Pausanias ipsi tribuit hymnum in Cererem, in quo prima τύχης vel Fortunæ mentio; quod tamen nomen dum apud Homerum extare negant Macrobius & Joannes Sarisberiensis, non pro genuino, nisi forte Iliadem & Odyssæam respiciant, videntur illum habere. Et ne dicam doctissimos hujus superiorisque sæculi viros, ut Stephanum Pighium in Themide; Ægidium Menagium in originibus Gallicæ Linguæ; Petrum Fabrum in Semestrium libris; Vossium in Etymologico; Aciatum in parergis; Bernardum Martinium in variis Lectionibus; Mericum Casaubonum in Dissertatione; Pontanum ad Macrobius; & sibi quodammodo contrarium Bochartum in Geographia sacra, aliõsque, varios hymnos ut genuinum Homeri foetum laudare; idem multis tam veterum quam recentiorum testimoniis docuit Leo Allatius; Neque tamen ignoro, Xenophanem in Homerum atque Hesiodum scripsisse fillos; quia stultis de decorum natura persuasionibus mentes hominum impleverunt, Pythagoram censere animam ejus apud inferos ex arbore esse suspensam, serpentibusque vallatam, ἀνθ' ὧν εἶπε πᾶσι θεῶν, propter ea quæ de diis dixit; apud Diogenem Laërtium; ex Momi Lucianci sententia, homines

L. 2. & 4  
L. 5. Sat. 26.  
L. 3. pol.  
C. 3.  
C. 15. vitæ Hom.  
In Jove Trag.

mines auditis deorum rixis, pugnis, vinculis, amoribus, quæ omnia poëta versibus complectuntur, atheos fieri; Damidem Epicureum ex iis, quæ de diis Homerus canit, collegisse nullos esse deos, mundumque nulla providentia regi; inde insuper oriri fluctuationem Menippi; & Tychidem eum testari *ἐν σοφῶν τῶ ψδύσματι κεχρημένον* esse: Platonicos Homeri sectatoribus *ἀσεβείας* vel *impietatis* dicam scripsisse, & Lucianum, quia deos à poëtis confictos in theatro quasi deridendos propinaret, laudasse, narrante Isidoro Pelusiota: philosophorum facile principem Platonem eum è rep. quam formabat eiecisse, lanis tamen coronatum albis & unguento delibutum, uti videre licet apud Dionem Chrysostomum, Justinum Martyrem, Maximum Tyrium, Heraclidem in Allegoriis: & denique omnes confiteri apud eundem Dionem, de diis *μηδὲν ἀληθές*, *nihil veri* Homerum dicere, ejusque laudatores non aliter defendere posse hominem, quam ad ænigmata & allegorias recurrendo. Sed tamen, ut has nebulas discutiam breviter, ejusmodi terriculamentis & fictionibus opus fuisse affirmabant; ut rudes, feroces, & jugi impatientes hominum animi mitescerent; ut enim scribit Strabo; *εἰ γὰρ ὄχλον τε γυναικῶν ἢ πάντων χυδαίς πλήθους ἐπαγαγεῖν λόγῳ δυνατὸν φιλοσόφῳ ἢ πρῶτον ἀλέσσει πρὸς ἀσεβείαν ἢ ὀσιότητά ἐπίσιν: αἰκὰ δὲ ἐξ ἄξιδεισι δαιμονίας τῆτο δὲ ὅτι ἀνὸς μυθοποιίας ἐπερατείαι:* *Fieri enim non potest, ut mulierum & promiscue turbæ multitudinis philosophica oratione excitetur, ducaturque ad pietatem, sanctitatem, & fidem; sed superstitione præterea opus est; neque illa sine fabularum fictione & prodigiosa narratione.* Laudat præterea Isocrates Homerum tragicæ diarumque inventores; quod animadversa humani ingenii natura, fabulose bella semideorum narraverint, fabulasque in actus redegerint. Maximus quoque Tyrius disputat, utri melius poëta an philosophi de Diis senserint; cumque multa scitu digna in medium attulisset, hæc verba, ut ab interprete verba sunt, enuntiat; *Noli igitur querere, utrum de diis melius poëta tradiderint an philosophi. sed potius inducias fac, fedusque inter has duas facultates; nec aliter quam unam eandemque artem esse considera. Sive enim poëtam voces, philosophum dicis; sive philosophum voces, dicis poëtam: tandemque colligit, vera dicere poëtam, quamvis fabulam narret, quamvis carmine dicat; seque persequi vel le obscuritatem ænigmatum, nec de via veritatis abductum*

Ne. ycm. Philoſp.

L. 4. Ep. 54.

Orat. 53.

Orat. 11.

Lib. 1.

Ad Nic.

Disf. 20.

iri; vera adhuc dicere philosophum, licet oratione nuda & simplici utatur. Quod autem Platonis factum spectat, non est rep. quam formabat philosophus ille cum contumelia fuit ejectus, verum cum honore dimissus; non secus ac mulieres hirundines, qua metaphora utuntur Dio Chrysostomus, & Theodoretus, quas in deliciis habebant, unguento perfusas avolare sinunt. Et sane honoris causa hoc fecisse Platonem, aliisque ita poetam veluti maxime necessarium, sed cujus nullus usus in sua rep. esse poterat, commendasse, ex ipso Platone patere videtur; quippe qui modo eum appellat θεῖον ποιητὴν, modo ἀριστὸν ἔθειότατον τῶν ποιητῶν; modo σεβαστῶν, reliquos autem poetas σεβαστόπεδον; multisque in rebus ipsi asferuntur; unde & Telephus Grammaticus impetum olim cepit librum componendi, teste Suida, πρὸς τὸ Ὀμήρου ἢ Πλάτωνος συμφωνίας: quo pertinent dissertationes eorum, qui inquisiverunt, *utrum recte Plato e rep. eiecerit Homerum*; qualem composuit Zerapion Alexandrinus, uti legere apud Suidam licet; qualisque exstat inter opera Maximi Tyrii: nec non Homeri defensio, quam adversus Platonem libris quatuor complexus olim fuit Dio Pruseus, narrante eodem Lexicographo. Quam in rem qui plura desiderat, adire potest Nicolaum Majora num in dissertatione non inerudita Eustathio Romanæ editionis juncta; Vossium, Schottum, Barthium & Reinesium; quorum hi inquirunt cur corona, qua Homerum Plato ornatum dimisit, *lancea* fuerit: & denique Proclum Lycium Diadochum capite ultimo Libelli, quo dicta adversus Homerum & poëticen in Rep. Platonis refellit. Cum enim Philosophia passim contemneretur, aliique illam ut inutilem accusarent, alii damnarent, poësis contra in immodica admiratione foret, atque hanc ad solam doctrinam sufficere putarent, narrante eo Plato hominum perversitate motus poëticen & imitatorium genus plurimum a veritate discedere monstravit; poëtas ac præcipue tragicos, qui demulcere auditores, non ad virtutem promovere student, reprehendit, & Homerum ut *tragicorum ducem* inculpavit & eiecit, quia in ejus poësi semina quædam tragædiæ sparsa sunt, & vestigia passim apparent. Idem in præfatione, Homerum in doctrina sua de divinis humanisque rebus, tum naturæ, tum philosophorum placitis maxime convenire; Platonem &

Orat. 53.  
Ther. 2.

Diff. 7.

In Arte  
poet.  
L. 3. Ned.  
Cic.  
L. 22.  
Ad. 6.  
App.  
Epist. ad  
Dau-  
mium.



Homerum esse mente ac scientia contemplatores rerum divinarum, eademque iisdem de rebus utroque docere, denique tanquam ab uno numine progressos, eundem divinitatis ordinem perficere, ac eandem in rebus veritatem interpretari memoriæ mandavit. præterea cap. XXII. sequentibusque Platonem maxime poetam admirari, nec nisi hoc nomine reprehendi: cap. XVIII. venerari solere, ut *omnis veritatis ducem*; & cap. XX. in omnibus suis scriptis, in divinis humanisque rebus, æmulari ostendit. Deos igitur descripsit, eorumque cultum ad posteros transmisit; unde non immerito à Porphyrio Θ Ε Ο Λ Ο Γ Ο Σ dictus est. Nam Græcos non aliter scriptores vetustissimos vocasse testatur Lactantius; hocque nomen iis dabatur, qui de diis mythicè disserabant, & eorum naturam involucris fabularum vel allegoriarum velabant; quales fuere antiquissimi Orpheus, Servio ad sextum Æneidos librum *Theologus* etiam dictus, Musæus, Homerus, Hesiodus; qui in genere Origeni vocantur τὰ δογματῶν πατέρες ἢ θεολογικοὶ ἢ Ἑλλήνων; quorumque Theologia erat μυθική, ut Philosophorum φυσική, sacerdotum vero & populī πολιτική, uti ex Varrone & Seneca docet Augustinus. Inde ad eos devolutum est, qui mysteriorum erant interpretes, Deorum vaticinia & oracula, naturam, & omnia quæ huc spectabant, explicabant; occurritque vox non modo apud Ciceronem, Arnobium, Proclum, verum etiam in nummis Q. Herennii Etrusci Messii Decii apud Tristanum, & Spanhemium. Sic *Theologicas doctrinas* celebrat Ammianus: *Julianus nocte dimidiata exsurgens, occulte Mercurio semper supplicabat: quem mundi velociorem sensum esse, motum mentium suscitantem* THEOLOGICÆ prodidere doctrinæ: & Proclum Lycium Suidas scribit librum composuisse de Magna Matre, atque in eo omnem τὴν περὶ τῶν θεῶν θεολογίαν explicasse. Quin & *Homericam Theologiam* Tatiani interpres memorat; sed cuius ne quidem ille meminit; nam cum Antinorum cælo illatum dixisset a quodam nempe qui mercede conductus pejeraverat se vidisse eum adscendere addit: ἢ ὅμοιον θεολογῆσαι πῦρς ἢ δωρεῶς ἠξίωσθαι; & similem sive hominem dignatus est propter honores & munera Deum facere; non autem; & *Homericam Theologiam* imitatus honore munereque affectus est: quæ nescio quomodo alicui in mentem venire potuerint. Verum licet alicui hæc mea explicatio probabilis

Lib. de  
An.  
Nym.  
c. xi. de  
Ira Dei.

L. 6. c. 5.  
de Civ.

L. 3. de  
N. D.  
L. 3. p.  
106 & 4.  
p. 135.  
Adv.  
Gent.

habilis possit videri; & quæ de Diis notavi quoad Homerum  
 vera sint, eo tamen sensu ΠΙΣΤΙΝ non memini usurpari  
 à Gentilibus. Ut enim recte me docuit præstantissimus Græ-  
 vius, notio hujus vocis ex Hebræorum lingua derivata est in  
 scripta Christianorum Doctorum, qui vitam Christi Græcis  
 litteris prodiderunt; sed πῖς ἐξω fuit plane ignorata: & cum  
 viro celeberrimo per ΠΙΣΤΙΝ intelligo Rhetorum conten-  
 tionem, quæ aliter *probatio* dicitur; & ita appellatur Aristo-  
 teli, ejusque exemplo Ciceroni *fides Orationis*. Nam ita loqui-  
 tur in Partitionibus; *Agēs* ergo, quoniam in confirmationem &  
*reprehensionem diviseras ORATIONIS FIDEM, & dictum de*  
*altero est, expone nunc de reprehendendo*. Dividitur autem in confir-  
 mationem, qua causam nostram adstruimus, & confutatio-  
 nem, quâ adversarii argumenta destruimus, & non incon-  
 cinne etiam *PROBATIO* vocatur: Quintilianus cum de  
 enthymemate, epichiremate & apodixi verba fecisset, sub-  
 dit: *Hæc omnia generaliter Πίσεις appellant, quæ etsi propria interpreta-*  
*tione dicere fidem possumus, apertius tamen probationem interpretabimur*.  
 Exstatque eo sensu hæc vox apud Auctorem Compendii  
 Rhetoricæ, quem primo Hoeschelius, deinde Schefferus edi-  
 dit: *Ἀγών ἐστὶ*, inquit, *ΠΙΣΤΙΣ ἢ ἀπόδειξις τῶν οἰκείων κεφαλαίων*  
*Contentio est confirmatio & probatio nostrorum capitum, & proculdubio*  
 Auctor Marmoris indicare voluit Artem Rhetoricam ori-  
 ginem quoque suam Homero debere. Cum enim Πίσις sit  
 præcipua Orationis pars, ejusque vitam & viscera contineat,  
 illâque causam nostram firmemus, & adversarii argumenta  
 infringamus, nulla vox commodior potuit reperiri vel ele-  
 gantior, ad significandum ut omnium fere Artium Libera-  
 lium, ita & Rhetorices Homerum auctorem esse. Nam A-  
 ristoteles futurum Rhetorem informans, jubet ut exemplis  
 ad exemplum Homeri utatur; *Εἰς ἣ σαφινώεαι ἀρεθδείγματῶ καὶ*  
*ἀρεθβολαῖς οἰπέον· ἀρεθδείγματῶ ἣ οἰκέα καὶ ἐξ ὠνισμῶ· οἷα Ὀμηροῦ*  
*μη οἷον Χοίραλλῶ;* *Exempla autem & comparationes ut quam maxime sint*  
*perspicua videndum est. Exempla vero propria & ex iis quæ scimus; qua-*  
*lia Homerus, non qualia Chærilus*. Omnia quoque decenter ex-  
 posuit, eorum, quos describebat, mores, aptissime servavit,  
 Orationemque, figuras, affectus iis accommodabat: ele-  
 gans inprimis locus est apud Auctorem Anonymum; *Πρὸς*  
*τῆς πρὸς ἣ τῆ Ρήτορα εἰρηλὸν τὸ λόγον ἀναλαμβάνειν ἀναμνηστικῶ καὶ ὑπο-*  
κρίνεισθ

Lib. 5.  
 cap 10.  
 Inst.

Lib. 8.  
 Topic.

κρίνεσθαι τῶν θεοκαμμένων τῆ ἡθῆ καὶ πάθῃ καὶ λόγῳ καὶ ἀριθμῶν, ὡς ὁ δαιμόνιος Ὁμηρὸς κί, ἐρμωδῶεν πάντῃ καλῶς ὡς ἄπομιμῆσθαι τῷ λέξιν, πᾶν ἡθὸς καὶ πάθος καὶ περὶ γῆμα καὶ λεγόμενον τε καὶ ἐμφερέζοντων: *Adhæc Oratorem non oportet orationem proferre sine imitatione, sed propositorum exprimere mores & affectus, cum oratione, cum figuris, ut DIVINUS HOMERUS, & exponere cuncta decenter, ut formet oratione omnes mores, affectus, res dicendas vel exprimendas. Atque hinc ortum est, ut dixerint veteres Homerum eloquentiæ partibus dedisse initium, & ab eo omnia ornate copiosè que dicendi fluxisse genera; Quintilianus; Igitur ut Aratus ab Iove incipiendum putat, ita nos rite capturi ab Homero videmur. Hic enim (quemadmodum ex Oceano dicit ipse amnium fontiumque initium capere) OMNIBUS ELOQUENTIÆ PARTIBUS EXEMPLUM ET ORTUM DEDIT. Hunc nemo in magnis subtilitate, (legendum forte sublimitate) in parvis proprietate superavit. Idem lætus & pressus, jucundus & gravis, tum copia, tum brevitate mirabilis; nec poetica modo, sed ORATORIA VIRTUTE EMINENTISSIMUS. Hoc cum multis & lectu dignissimis docuisset, adjicit tandem; Quid? in verbis, sententiis, figuris, dispositione totius operis, nonne humani ingenii modum excedit? ut magni sit viri ejus VIRTUTES non æmulatione (quod fieri non potest) sed intellectu sequi. Imo & tria dicendi genera, quæ Græci χαρακτικὰς appellant, ab eo fluxisse prodere memoriæ non dubitavit A. Gellius. Cum enim sit character ἀδρὸς vel uber, cui dignitas & amplitudo, ἰσχνὸς vel gracilis, cui venustas & subtilitas inest; ac denique μέσος vel medius, in confinio utriusque modi particeps, horum omnium exempla apud Homerum censent reperiri: Vera autem, ait Gellius, & propria hujusmodi formarum exempla in Latina Lingua M. Varro esse dicit Ubertatis Pacuvium, Gracilitatis Lucilium, Mediocritatis Terentium, sed ea ipsa genera dicendi jam antiquitus tradita ab Homero sunt tria in tribus; magnificum in Ulyxe & ubertum; subtile in Menelao & cohibitum; Mixtum moderatumque in Nestore. Non abs re fuerit ipsa Homeri verba laudare; nam Ulysses magnam vocem emittebat,*

Lib. 10.  
c. 1. Inst.

Lib 7.  
cap. 14.  
Noct.  
Act.

Καὶ ἔπεα νιφάδες ἀπὸ νεοῖσσι χαιμερίσιν,

*Et verba imbribus nivolibus similia hibernis.*

Menelaus vero,

— — Ὀπιτροχάδω ἀγάρδω  
 Παῦρα μὲν, ἀλλὰ μάλα λιγύως, ἐπεὶ εἴ πολύμυθός  
 Οὐδ' ἀφαιμαρξιοπέτης — —

— — *succincte concionabatur*

*Pauca quidem, sed valde acute: quia non erat multiloquus*

*Nec in verbis peccans. — —*

Nestor denique melleo delibutus erat eloquio,

Τῆς ἢ δῶπ' γλώσσης μέλιτος γλυκίων ῥέεν αἰδή,

*Cujus ab ore melle dulcior fluebat oratio,*

cum ora foro resolveret. De his dicendi generibus (Quæ etiam alibi quam in illis ducibus apud Homerum reperiri testis est Angelus Politianus) ita loquitur Aufonius; *Certent huic sententiæ veteres illi, & Homerici Oratores; subtilis deducta oratione Menelaus; & instar profundæ grandinis ductor Iphacensis, & melleo delibutus eloquio jam tertiæ Nestor ætatis. Quin & quartum invenit characterem, Allegoricum nempe, quo secreta naturæ, uti arbitratur Schefferus, præceptaque morum sub fabulis traduntur, cujusque unus omnium meminit Auctor Anonymus Compendii Rhetoricæ; licet revera peculiare genus nequaquam sit, cum allegoriæ & magnifice & aliis modis referri atque ob oculos poni possint; Audiendus tamen ille, quisquis est, ut luce meridiana clarius pateat, quid senserint eruditi de Arte dicendi Hømerica.* Ὁμηρος ἢ ἢ τέτατον ἢ δι

ἀλληγορίας παρέδωκε, τῷ Πανηγυρικῷ μὲν ἢ αὐτὸν ἐφάρμοτον ἀεροδιοφύεα ἢ πῖθεος, ὅταν εὐτέλειαν λόγος πρὸς ὄγκον ἢ μέγεθος ἐξάραι βεβλόμεθα; *Homerus autem addidit & quartam allegoricam, quæ & ipsa apta est generi panegyrico, maximeque idonee adhiberi potest, si tenuitatem orationis in sublimitatem ac magnitudinem volumus attollere.*

Pag. 221.

Eustathius quoque observat tria dicendi genera, *Deliberativum, Demonstrativum & Juridiciale* apud poetam nostrum existare; Optima laudationum & comparisonum exempla præscripsisse multis tradit Lucianus, adeo ut tandem dicat; *Καὶ ἔλωσ, ποσαὺ τὰ ἐστὶ τὰ τοιαῦτα, ὡς μηδὲν εἶναι τὸ ποιήσεως μέγεθος, ὁ μὴ ἦθ' εἰς αἰὲς εἰκόσι Διὸς κεκοσμητόν;*

Imag.

*In summa earum rerum tanta apud Homerum copia, ut nulla sit pars poëseos, quæ non divinis comparationibus sit exornata.*

Quo pertinet, quendam veterum interrogatum, quodnam esset *δικαιμὸν τὸ Ρήτορικῆς εἶδος*, pronuntiasse hunc versum.

Od. τ.

72.

Ἄνδρ' ἀπαμύνασθ, ὅτε τις πρὸς περὶ χαλεπήνῃ.

notante Eufstathio; adeo ut non immerito Quintilianus plen-  
 nis eloquentiæ velis hanc ob cognitionem Homerum extol-  
 lat, & Cicero alicubi scribat eum *plane Oratorem* esse. Atque  
 huc pertinet Dionysium Halicarnassensem ἐν τῷ περὶ τῶν Δημο-  
 θένους δεινότητι, *De Demosthenis dicendi vi*, notare Homeri in  
 dicendo ἡδονῶν ἔχοντα σεμνὸν  *jucunditatem & magnificentiam* plurimos  
 poëtas Epicos, Melicos, Tragicos, Comicos, Historicos,  
 Philosophos & Rhetores secutos esse; atque inter Historicos  
 præcipue Herodotum, inter Philosophos vero Platonem;  
 ut & Dionysium Longinum scribere, Stefichorum, Archi-  
 lochum, Herodotum & maxime omnium Platonem Ὀμηρι-  
 κώτατον fuisse, ἢ ἀπὸ τῶν Ὀμηρικῶν νάμαλτον εἰς αὐτὸν μυθίας ὄσας ἀνα-  
 τεσσάσας, *ab Homericis laticibus ad se deductos plurimos rivus transfulisse*;  
 quod & olim, teste eodem, multis ostendit docuitque Am-  
 monius. Unde futurum Oratorem à poëtis, à quibus scilicet  
 petitur & in rebus spiritus, & in verbis sublimitas, & in affectibus mo-  
 tus omnis, & in personis decor, incipere ex Theophrasti sententia  
 debere censet Quintilianus; & Petronius auctor est, ut pri-  
 mus poëtarum Homerus discatur;

— — *Det primos versibus annos*

*Mæoniumque bibat felici pectore fontem:*

*Mox & Socratico plenus grege; mittat habenas*

*Liber, & ingentis quatiat Demosthenis arma.*

Ultima tandem omnium virtutum, & digna quæ primum  
 locum obtineat, est

Σ Ο Φ Ι Α vel S A P I E N T I A.

Antiquitus Σ Ο Φ Ο Ι appellati fuerunt omnes artifices, sive  
 architecti, sive coriarii, sive statuarii, sive alii forent, uti  
 præter Georgium Diaconum præfatione in Logicam Aristoteli-  
 telis, testatur Nicomachus Gerasinus: τῶν περὶ Πυθαγόρου πέν-  
 των Σ Ο Φ Ω Ν καλεσμένων σωκεχυμῶν ὄνοματι, ὡσπερ ἔχοντες τέχνην, ἢ  
 συντομίαν, ἢ κωξενήτις, καὶ ἀπλῶς ὁ τέχνης πινός & δημιουργίας  
 ἔμπειρον, ὁ Πυθαγόρας σύσειλε πάντων τὸ ὄνομα; *Cum ante Pythagoram*  
*omnes promiscue dicerentur Sapientes communi nomine, etiam architecti &*  
*coriarii & gubernatores, & quicumque denique scirent artem aliquam,*  
*aut populare opificium, Pythagoras omnibus id nomen negavit.* Atque  
 hunc antiquum usum auctores nonnulli conservarunt: &  
 Æliano piscatores in arte sua excellentes sunt σοφοὶ τῶν ἀλιείων; *L. i. c. II.*  
*dc Anim.*

ac figulus peritus à Festo in *Ratumena porta* appellatur, *prudens artis figulinæ*; Lucianus in Phalaride Perilaum nominat σοφὸν χαλκία; in Navigio coquum artis suæ gnaviter peritum σοφιστῶ; in inscriptione veteri, quæ continet donarium Nicomedis medici, notante illustrissimo Falconerio, ΕΥΠΑΛΕΜΟΣ ΣΟΦΙΑ est *statuaria*; Luciano iterum eodem in libro ipsique adeo Homero, ad quem Eustathius & brevium Scholiorum auctor videri possunt, ars fabrilis & Platoni ἡνιοχία vel *aurigandi peritia* σοφία appellatur. Et quod huc valde pertinet, Aristoteles notat, τὴν σοφίαν ἐν τῷ τέχνῳ, τοῖς ἀριστοῦσι τοῖς τέχνῳ, *sapientiam tributam esse iis, qui in artibus quibusque peritissimi sunt*; Phidiam dici λιθεργὸν σοφὸν *sculptorem sapientem*; Polycletum ἀδριανόποιον σοφὸν *sapientem statuarium*; eoque nomine nihil aliud designasse quam ἀρετὴν τέχνης, *artis peritiam insignem*. Nec abeunt multum Latini; iique interdum non aliter loquuntur; ut Argum *doctum munere Palladio* canit esse Val. Flaccus; Titinius apud Nonium *sapientiam gubernatori navis*; & auctor inscriptionis veteris apud Gruterum *DOCTAM MANUM* statuario tribuunt;

HIC ACCUMBENTEM. SCULPI. GENIALITER. ARTE.

SE. JUSSIT. DOCTA. POST. SUA. FATA. MANU.

Valerius Flaccus navis Argus texturam describens, canit *docta resonare bipenni Littora*. In Inscriptione veteri inedita, quam apud Arelatenses repertam mecum communicavit Jacobus Tollius V. C L. fabro tignario tribuitur *DOCTRINA*, illoque nemo *DOCTOR* dicitur fuisse. En tibi eam, Lector,

Q. CANDI. BENIGNI. FAB. TIGN. C  
ORP. ARS. CUI. SUMMA. FUIT  
FABRICÆ. STUDIUM. DOCTRINA  
PUDORQUE. QUEM. MAGNI  
ARTIFICES. SEMPER. DIXERE  
MAGISTRUM. DOCTOR. HOC. NE  
MO. FUIT. POTUIT. QUEM. VINC  
ERE. NEMO. ORGANA. QUI. NOSSE  
T. FACERE. AQUARUM. AUT. DUCE  
RE. CURSUM. HIC. CONVIVA. FUI  
F. DULCIS. NOSSET. QUI. PASCE  
RE. AMICOS. INGENIO. STUDIO  
DOCILIS. ANIMIQUE. BENIG  
NUS. CANDIDA. QUINTINA  
PATRI. DULCISSIMO. ET. VAL. MAX  
SIMINA. CONIUGI. KAR.

Et tandem *Sophia Septimiae* (quam alii mutant in *sepiam*, alii nomen proprium esse existimant) apud Cicer. in epistolis ad Familiares, nulla mihi alia est, quam ars rite apparandi cibos: *oblitusne es*, ait, *fungorum istorum quos apud Niciam? & ingentium culinarum cum Sophia Septimiae?* id est, an oblitus es fungorum, quos tam delicatos apud Niciam edimus? an apparatus, & lautarum epularum, quibus nos excepit Septimia, tam bene callens artem culinariam? Verum postquam hunc usum sustulit Pythagoras; ΣΟΦΙΑ significavit *Philosophiam* vel *SAPIENTIAM*, quæ, deficiente Scholiaste Homeri est γῶσις θεῶν τε ἔ ἀνθρώπων πραγμάτων; vel, ut Cicero loquitur, *rerum divinarum, humanarum causarumque, quibus continentur illæ, scientia*. Atque ita Ennio & Afranio *Sapientia* exponitur *Sophia*; non secus ac Ciceroni: *princepsque omnium virtutum est illa sapientia, quam Græci σοφίαν appellant*; aliisque plurimis frequenter *philosophia* eo nomine denotatur; ut Petronio: *Ubi est Dialectica? ubi Astronomia? ubi SAPIENTIÆ consultissima via?* L. 4. c. 3. Inft. c. 4. & 14. de Nat. Dic.

*Lactantioque & Censorino philosophi sunt professores, & cultores Sapientiae*. Hæc igitur ΣΟΦΙΑ vel ideo Homero convenit, quia poëtæ communi appellatione σοφοί appellantur: Scholiastes Pindari: Σοφιστὴς ἔ σοφὸς ἔλεγον τὸς ποιητὰς; *poetas appellantur Sophistas & sophos*; ipse Pindarus

Ad. Od. S. Isth. Od. 1. Ol.

ὄθεν ὁ πολύφαλος

Ἵμνον ἀμφιβάλλει

Σοφῶν μὴδέσσι,

Unde pulcherrimus

Hymnus elaboratur

Poëtarum ingenii.

Sed maxime quia vetustissimi Musici ac poëtæ erant Philosophi, morum præcepta, siderum cursus, deorum naturas versibus complectebantur; quomodo ipse Homerus illis tribuit munus vitæ formandæ; ἔ σοφρονιστὴς facit; uti videre licet apud Strabonem, Suidam, Athenæum Eustathium; omniumque clarissime hæc tradentem Quintilianum, cujus verba, licet longiuscula, adscribere non gravabor: *Nam quis ignorat Musicen (ut de hac primum loquar) tantum jam illis antiquis temporibus non studii modo, verum etiam venerationis habuisse, ut iidem MUSICI & VATES & SAPIENTES judicarentur? mittam alios; Orpheus & Linus; quorum utrumque Dis genitum, alterum vero, quod rudes quoque atque agrestes animos admiratione mul-*

Od. 1.  
v. 266.  
Lib. 1. v.  
ἀείδεις.  
Lib. 1. &  
pag. 35.  
L. 1. Inft.  
cap. 10.

- ceret, non feras modo, sed saxa etiam sylvaſque duxiſſe, poſteritatis memoria traditum eſt. Et Timagenes auctor eſt, omnium in literis ſtudiorum antiquiſſimam Muſicen exiſtiſſe: & teſtimonio ſunt clariſſimi poëtae, apud quos inter regalia convivia laudes heroum ac deorum ad citharam canebantur. Iopas vero ille Virgilio non canit, ERRANTEM LUNAM SOLISQUE LABORES? quibus certe palam confirmat auctor eminentiſſimus, muſicen cum divinarum etiam rerum cognitione eſſe conjunctam: unde etiam factum eſt ut brevium Scholiorum auctor, nec non alii apud Euſtathium cantorem illum Homerium
- Tag. 9. Diff. 29. Φιλόσοφον appellent. Et, quod huc apprime pertinet, Maximus Tyrius docet poëticen & philoſophiam res eaſdem eſſe, tantumque tempore & tractandi more diſferre, illam argumento fabuloſam, hanc vero περιεπέτειον apertioſam, & χρόνιον νεωτέρον tempore poſterioſam eſſe: Laetantius poëtas priores multo philoſophis fuiſſe, & ante natum philoſophiae nomen pro SAPIENTIBUS habitos. Strabo poëticen eſſe πρώτῃ τινὰ φιλοſοφίαν, εἰσάγουσαν εἰς τὸ βίον ἡμᾶς ἐκ νέων ἢ διδάσκουσαν ἔβη, ἢ πᾶθῃ ἢ πράξεις μεθ' ἡδονῆς; primam quandam philoſophiam, vitae à prima etate formatricem, mores, affectus, actiones nos cum voluptate docentem. Nec hoc ignorans Porphyrius in philoſophica Historia Homeri, tanquam philoſophi vitam, uti ex Suida puto patere, deſcripſit; auctor quoque anonymus qui librum de vita Philoſophorum multis ineptiis ſcatentem avorum memoria conſcripſit, hanc purpuram panno ſuo attextuit, de Homero ſcilicet hiftoriographos referre, ipſum virtute pariter & etate non ſolum poëtarum, ſed Philoſophorum Principem vocari & haberi inde meruiſſe, & ante omnes fuiſſe, quorum memoria non eſt, omnibusque verius & lucidius, quicquid dicere voluit explicaiſſe. Hoc eſt, quod Lucianus Demoſtheni δεινότητι; Platoni μεγαλοφροσύνη; at Homero per excellentiam ΣΟΦΙΑΝ tribuit; ipſeque vel propter peritiam carminum pangendorum, vel potius propter Philoſophiae & Sapientiae accuratam cognitionem, Aſchini in Orat. contra Timarchum; Dioni Chryſoſtomo; Iſidoro Peluſiotae, cp. 223. σοφώτατον τῶν πενητῶν; Tatiano in oratione contra Graecos, ἄρχηγὸς πάσης βαρβαρίας five gentilis ſοφίας; & veteribus comparando, acerrimique viro ingenii, Danieli Heinfio; τὰ πρώτα πάσης φιλοſοφίας appellatur. Scilicet omnis ſapientia Homerus princeps habitus eſt, atque ab eo originem Philoſophia traxit; uti inter ceteros teſtatur graviffimus auctor Dionyſius Hali-



Halicarnassensis: *Inerat, ait, Platoni multis virtutibus ornato am-* Ep. ad.  
*bitio, quam maxime patefecit æmulatione, qua Homerum prosequeretur;* Poni.  
*quem ex ordinata à se rep. eiecit coronatum & unguento delibutum, tan-*  
*quam eiectum hæc decerent, δι' ὃν ἦ τε αἰδή παιδεία πᾶσα περῆλθεν εἰς τ'*  
*βίον, ἢ περὶ ἁλώσων φιλοσοφία; per quem alia omnis eruditio, & perfe-*  
*ctissima Philosophia introducta est: Adeo ut non absque ratione* Lib. 2. de  
 Hippodromus apud Philostratum Homerum appellet *πατέρι;* v. Soph.  
 & *φωνήν σοφιστῶν, patrem & vocem Sophistarum.* Nam sive intel-  
 ligas veteres Philosophos, qui *Sophistæ* dicuntur (uti Herodo-  
 tus narrat ad Croesum Lydorum regem omnes *ἐκ τῶν Ἑλλήνων* Lib. 1.  
*σοφισταίς,* & inter ceteros Solonem se contulisse; Tertullianus c. 27.  
 Pythagoram *Samium Sophistam,* Cratinus in proœmio Dioge-  
 nis Laertii Homerum & Hesiodum non aliter vocat; & *ἁρ-* Cap. 34.  
*χαῖα σοφισμᾶτε* Pindaro nihil aliud sunt quam ab antiquis *inven-* de An.  
*ta Sapientia;*) sive, inquam, intelligas veteres Philosophos, Od. 13.  
 sive eos qui postea eloquentiæ & virtutis vel Philosophiæ Olymp.  
 studium conjunxerunt, optime hic titulus Homero apponitur;  
 quia originem eloquentiæ non minus, quam Sapientiæ Græ-  
 corum dedit, omnesque veteres, teste Strabone, censue-  
 runt ejus *ποίησιν* esse *φιλοσόφημα* vel *scriptum Philosophicum;* id Lib. 1.  
 quod contra Eratosthenem, sententiam illam impugnan-  
 tem, acriter & fortiter defendit. Maximus sane Tyrius non  
 dubitat affirmare errare eos, qui aut Homerum aut Hesio-  
 dum minus quam Aristotelem Stagiritam, vel Cilicem  
 Chrysippum vel Libycum Clitomachum, aliosque, *σοφόν* Diff. 15.  
 esse existimant; aut minus in rerum contemplatione excel-  
 luisse. Nec defuerunt præclara ingenia, quæ variis tempori-  
 bus de PHILOSOPHIA HOMERICA commentati sunt.  
 OENOTIAUS Gadarensis, Cynicæ sectæ addictus, *περὶ τῆς*  
*καθ' Ὀμήρου φιλοσοφίας;* PORPHYRIUS & PHAVORINUS  
*περὶ τῆς Ὀμήρου φιλοσοφίας;* MAXIMUS TYRIUS *περὶ Ὀμήρου*  
*ἢ τῆς ἢ παρ' αὐτῷ ἁρχαῖα φιλοσοφία, De Homero, & quæ sit apud eum*  
*antiqua Philosophia;* (non exstat tali titulo hodie dissertatio, sed  
 alia, quæ inscribitur *Εἰ ἐστὶ καθ' Ὀμήρου αἴρεσις, an secundum Home-*  
*rum certa sit secta;* in qua poësin Homericam eleganter appellat  
*πανορμόνιον πῶρονον,* quia omni vitæ generi, atque instituto  
 convenit) ARISTOCLES MESSENIUS *πότερον σωραδαίου-*  
*περὶ Ὀμήρου ἢ Πλάτων, Utrum præstantior Homerus an Plato;* (quo  
 pertinet Platonicos Homerum rejecisse; at contra Homeri  
 admi-

Diff. 7.

admiratores vituperasse Platonem, teste Maximo Tyrio) CASSIUS tandem LONGINUS Ει φιλόσοφος Ομήρου, uti apud Suidam legere licet, scripserunt atque inquisiverunt; plurimique alii operam dederunt, ut summum & unicum poetam diligenter explicarent; & dogmata ejus sive ad Philosophiam in genere, sive certas partes pertinentia illustrarent; de quibus nec non Homeri interpretibus alibi dabitur commodior differendi campus. Nec revera opus est multis hoc docere, cum Plato, Socrates, & Aristoteles Homeri discipuli sint;isque à Themistio appelletur

Lib. 1.

in Somn.

πρωπάλτωρ ἔδῳ γήρον & Πλάτωνος ἔδῳ Ἀριστοτέλους λόγων; *primus parens auctorque Platonis & Aristotelis sermonum.* Ipsius sane veritatis arcanum, uti Platō à Macrobio appellatur, omnem suam Philosophiam ab Homero accepisse non obscure indicarunt veteres, quando illum Platonis *magistrum* fuisse memoria mandant, licet tam longo temporis divortio à se invicem sint separati. Eleganter

Diff. 16.

hac de re loquitur Maximus Tyrius; *Cum antiqua illa, quae plane adhuc Homerum redolet, Sapientiae ratio, generosos, verosque ac genuinos Philosophiae alumnos protulerit eduxeritque.* Επένης τῷ ᾧδῆς ΘΡΕΜΜΑ ἡ Πλάτωνος καὶ ἡ ἔξουόσι τὸν δὲ ΔΙΔΑΣΚΑΛΟΝ, *illius Musae ALUMNUS erat Plato. Licet enim PRÆCEPTOREM hunc recuset, vestigia tamen apparent, semen illius disciplinae se prodit.*

*Sic oculos, sic ille manns, sic ora ferebat,*

*Talis caesaries, & pulchri luminis ardor.*

Ut dicere non dubitem nulli quam Homero magis similem Platonem esse, quamvis Homerum fugere, Socratem sequi videatur velle. Nec existima me dictionem Platoniam cum Homericam, verba cum verbis, nomina cum nominibus conferre, tametsi & haec ex eodem illo fonte Musico, sicut ex Oceano Mæotide (error hic insignis, sed cum aliis veterum Maximo Tyrio communis) ex Mæotide Pontus, ex Ponto Hellepontus, ex Helleponto mare defluerunt; sed ex mente utriusque & sententiis affinitatem noto. Eandem ob rationem Dioni Chrysofostomo Socrates DISCIPULUS Homeri; non autem Archelai, esse dicitur:

Orat. 55.

Ἄλλὰ τὸ πῶς οἶμαι πολλοῖς εἶναι σαφεῖς, εἴ τις ἐμπερὶ ἀμφοῖν πῶν ἀνδρῶν • ὅπ Σωκράτης πῶς ἀληθὲς Ομήρου ΜΑΘΗΤΗΣ γέγονεν, εἴχ ὡσπερ εἶναι Φασίν, Ἀρχελάου; *At ego hoc sane multis arbitror esse perspicuum, si quis modo amborum virorum habeat experientiam, Socratem revera Homeri DISCIPULUM; non, quod nonnulli dicunt, Archelai esse.* Cumque objici posse animadverteret, Socratem

tot

tot annos post natum non potuisse operam dare Homero, adjicit; absurdum nequaquam esse, virum, qui poësin ipsius intelligat, ut imitatore, ita etiam discipulum dici; ἔκταν ἀποπν τ μήτε ξυγγνώμων, μήτε ἴδοντα, τ δ πινήσεως ξύνεντα τ Ομήρης, κ τ ὅλης Δαξνοίας ἐμπεριον γνώμων, ΜΑΘΗΤΗΝ Ομήρης γράδδ; Non ergo d ratione alienum est, eum qui licet non conversatus sit, neque viderit, intelligat autem Homeri poësin, totiusque illius mentis gnarus sit, DISCIPULUM Homeri dici. Atque ut elegantissimam loquendi formam similibus illustrem, non alio sensu Sophocles μαθητής poëta nostri vocatur ab auctore vitæ ejus; Lucianus sese οικῆτον, id est, familiarem Platonis, Socratis, aliorumque; Porphyrius Numenius & Cionium Homeri, ac Cicero nescio quem ex veteribus familiarem suum appellat. Ammonius Philosophus & Origenis præceptor Suidæ dicitur semper τῷ Πλάτωνι σιωεῖναι, cum Platone esse & Cicero scribit Clitarchum NARRASSE Cælio Rufo Darius apud Iffum ab Alexandro esse superatum; quæ non de vivis sed eorum scriptis intelligenda esse convincit satis temporum ratio. Verum ut ad Σοφίαν redeam, veteres plerique omnem Philosophiam, omnesque adeo Philosophorum disciplinas ab Homero, quem ejus Ἀρχηγέτω non immerito vocat Strabo, tanquam à fonte fluxisse, inveniri apud eum Stoicorum, Epicureorum, Peripateticorum & Academicorum placita; cunctarumque adeo sectarum sententias ex eo haustas esse docet is, qui Plutarchi nomine Homeri vitam in lucem emisit; quod tamen ipsum urget Seneca, propterea que negat Homerum Philosophum fuisse: *Vis scire quam non ad docendam virtutem confederint? adspice quam dissimilia inter se omnium studia sint; atqui similitudo est idem docentium. Nisi forte tibi Homerum PHILOSOPHUM fuisse persuadent, cum his ipsis, quibus colligunt, negent. Nam modo STOICUM cum faciunt, virtutem solam probantem: modo EPICUREUM, laudantem statum quietæ civitatis, & inter convivia cantusque vitam exigentis: modo PERIPATETICUM bonorum tria genera inducentem: modo ACADEMICUM incerta omnia dicentem. Apparet nihil horum esse in illo, quia omnia sunt: ista enim inter se dissident. Demus illis HOMERUM PHILOSOPHUM fuisse: nempe sapiens factus est, antequam carmina ulla cognosceret: (Lipsius l. conderet) ergo illa discamus, quæ Homerum fecere SAPIENTEM. Verum tam magni viri iudicium refellere non dubitat Lipsius; isque multis argumentis docet*

Epist. ad  
Attic.

Epist. s. s.

Lib. r.  
Man. ad  
St. Phil.

vetustissimam Philosophiam esse Poëticam, inque ea Musæum, Linum, Orpheum, Hesiodum & Homerum excelluisse; maximam tamen hunc laudem meruisse; quippe cui & palmam ingeniorum ab omni ævo Plinius adjudicat. Et sane ea tunc erat hominum indoles, ut non nisi fabulis & arte metrica ad virtutem discendam adigi possent. Rudis illa, agrestis, atque incondita hominum turba blanditiis quasi & dolis Sapientiæ initianda, & per ambages ad divinum cultum duccenda fuit, uti præter Eustathium docet Maximus Tyrius;

Proœm.  
II. Diff.

16.

Δοκῆ μοι Ὁμηροῦ, φύσε τε κεχρημένον ἐνθεωπάτην ἢ φρονήσας δεινοπάτην  
ἔμπειρίαν πολυτροπώτατην, φιλοσοφίαν ἑπιπέμμενον, δημοσιόσασιν τῶν  
πῶ τῆς ἔδρασιν ἐν ἀρμονίᾳ τῆς τότε ὀδοκίμῳ. αὐτὴ δὲ ἦν ἡ πινηκῆ:

*Videtur mihi Homerus, cum & divina nature indole & exquisitissimo iudicio, experientiaque rerum omnium esset præditus, hoc consilio Philosophiæ se dedisse, ut sub illa, quæ, tum temporis placebat, ratione metrica, cum Græcis eam communicaret: illa autem erat poëtica.* Eademque dif-

fertatione narrat Philosophiam alios ante vocasse *mysteria*, alios *fabulas*, alios *musicam*, alios *divinationem*, postea velum illi detractum atque inde factum esse, ut Homeri & Hesiodi carmina fabulæ germanæ existimarentur, illumque Philosophorum, quorum erat princeps, numero ejectum esse:

τῆ δὲ ἑπιπέμμενος τῶν τῶς τὸ κεφάλαιον, τῶς μὲν πανδοκίμοις φιλοσοφίᾳ  
μὲν ἀρχίματι μελεχρημένον τῶς τῶς ἐντυγχάνοντων ψυχῶς διδασκαλείοις  
ἀλύτοις, τῶς μὲν ΤΕΛΕΤΑΣ ἔ ΟΡΓΙΑΣΜΟΥΣ πῶς ἑπιπέμ-  
μισαίων τῶς ἀπὲς λόγους, τῶς δὲ ΜΥΘΟΥΣ, τῶς δὲ ΜΟΥΣΙΚΗΝ, τῶς  
τῶς δὲ ΜΑΝΤΙΚΗΝ ἔκρινον μὲν ἦν ἀπασιν τὸ ὠφέλιον, ἴδιον δὲ τὸ ἀρχίμα  
ἔ λόγους, &c.

*Hujus scientiæ professio & scopus variis olim sub figuris latebat: quibus sine ulla austeritate animos sibi commissos tractabat simul docebatque. Cum alii MYSTERIA, alii OCCULTA SACRA disciplinam suam appellarent: alii FABULARUM, alii MUSICES, alii postremo DIVINATIONIS nomine eam inducerent. Ita cum unam utilitatem omnes spectarent, non uno docendi modo utebantur. Postea vero nimia sapientiæ copia lascivire cum inciperent homines, ceperunt & velum hoc sapientiæ detrahere; ita Philosophiam amictu suo spoliarunt, in contemptum adduxerunt, cuiusvis eam objecerunt, cuiusvis tanquam scortum prostituerunt. Neque aliud quam solum nomen reliquerunt: quod ipsum ineptæ quædam cavillationes occuparunt. Eo igitur decentum est, ut Homeri Hesiodique carmina, totaque antiqua illa & divina Musa pro fabulis habeantur; nec aliud in iis quam narrationes nudas, quam numerorum suavitatem, quam harmoniæ elegantiam, sicut*

in tibia aliqua aut citbara miramur. Quod vero solum in iis admiratione est dignum, negligimus, nec virtutis nomine dignum censemus. Ita Homerus à Philosophorum numero ejicitur, ὁ ΗΓΕΜΩΝ ἔργων, PHILOSOPHORUM PRINCEPS. Quin & alii Homerum Philosophum esse negabant, quia nihil de pronuntiatis & syllogismis memoriæ mandavit. Elegans, ita sim felix, causa; & quæ indicio est ejusmodi homines verba, non res spectare; qui morbus nostris quoque temporibus multorum virorum mentes veluti pestilenti fidere afflavit. Neque enim verbis insudare, definitionibus, syllogismis, captiunculis, distinctionibus tam nostros quam discentium animos onerare, Philosophia est; majus quid illa complectitur & augustius; virtutem scilicet, mentem compositam, naturam, rerumque causas, mores, & quæcunque alia apud bonæ mentis capaces in pretio sunt. Ejusmodi autem homines refellit Plutarchus: Ἄν δέ τις φῆ, αἰτ, πῶ Ἰλιάδα καὶ Ὀδύσειαν ἀναμύθιον πόνος καὶ ἀστρεβότης ἔπειθε καὶ ἀρχαῖς γλυκείας, ἐφόδιον ἢ ἀληθῶς γερονέναι ἢ εἰ φιλοσοφίας λόγον, καὶ οὐδὲν περὶ ἀφοβίας καὶ ἀνδρείας, ἐπὶ ἡ σωφροσύνης καὶ μεγαλοφυχίας ἐπισημασμένους καὶ ἀφρονῶν. ὅτι δηλαδὴ περὶ συλλογισμῶν εἰδέν, εἰδὲ περὶ ἀξιωματῶν ἔγχαφεν, εἰδ' ἐν Λυκίῳ πελαπτόν ἔχεν, εἰδ' ἐν Ἀκαδημίᾳ θέσεις εἶπεν. τέτοις γὰρ οὐκ εἰσὶ φιλοσοφίαν, οἱ λόγον αὐτῶ οὐκ ἔργον νομίζαντες; Si quis vero dicat, eum (Alexandrum) Iliadem & Odysseam animi reficiendi, laborisque leniendi gratia secum tulisse, viaticum vero ei fuisse doctrinam à Philosophia perceptam, ac commentationes de ejiciendo metu, fortitudine, temperantia, magnanimitate susque deque habemus. Scilicet quia nihil de SYLLOGISMIS, aut PRONUNTIATIS scripsit, neque ambulationem in Lyceo occupavit, neque in Academia theses proposuit. His enim rebus Philosophiam definiunt, qui eam verba, non res putant. Sed cum Philosophia circa veritatem indagandam versetur, nulla causa videtur esse, cur poësin, quæ sine fabulis non constat, eo etiam nomine comprehendamus. Et, ne repetam quæ à me hanc in rem disputata sunt, Plutarchus testatur poësin οὐδὲν λόγος ἐν φιλοσοφίας ἀναλαμβάνειν μνημῶνας πρὸς τὸ μυθῶδες, narrationes fabulis exornatas ex Philosophia accipere; & εἰλαφεῖν καὶ πρὸς φιλοσοφίαν παρέχειν τοῖς νέοις πῶ μάθησιν, facilem ἔχειν gratiam juvenibus præbere institutionem: Strabo esse primam Philosophiam, moderantem affectus; Lib. 1. puerosque primo omnium eam didicisse, εἰς ψυχῶν ἡρώων χαλῶν ψιλῶν, ἀλλ' ἀ σωφροσύνης, non nudæ oblectationis sed modestiæ discendæ causa, in Græciæ urbibus. Imo, quanquam multi poëtam

Lib. 1.  
de Fort.  
Alex.

Lib de  
Aud. i  
Poët.

Lib. 1.

- propterea reprehenderent, criminandique eum ansam arripere, rem nihilominus perquam difficilem esse fatetur
- Orat. 53. Dio Chrysoſtomus discernere, num erraverit, an vero naturales res fabularum involucris more tunc uſitato texerit: *ὡς μὲν δὴ τῶν αἰτῶν, αἰτῶν, ἑπεὶ λόγῳ πλείων, ἢ μακρότερον ἢ ἐλάττω· πότερον Ὁμηροῦ ἢ μεταξὺ τῶν φυσικῶν πινῶν ἐν οὐρανῶν πῶς μύθοις λόγους, ἢ πῶς τότε σωθήσονται περιπέδῃ πῶς ἀνθρώποις; De his vero alia major & longior, neque facilis oratio habenda est, an Homerus deliquerit circa hæc, an naturales quasdam rationes per fabulas, ut tum fieri solebat, hominibus tradiderit: Ulteriusque progressus Plato, ne vult quidem Homerum fabulas scripsisse; cenſetque ἔδειν ἑὺ ἀμύθητος τῆ σοφίας Ὁμηροῦ ἐπιπέειν ποιήμασιν, ἵνα μὴ μύθος οἰήσῃ οὐ γὰρ φεῖν τῆ ΗΡΩΛ, non debere Homeri poemata eos, qui Sapientia non initiati sunt, legere; ne existimarent HEROEM fabulas scripsisse.*
- Orat. 7. Julianus Apostata, immerſusque falſorum numinum, relicta splendidiſſima luce, cœno, alicui Philoſophiæ parti fabulas adſignat; maxime quia eas etiam varii & magni nominis Philoſophi, ut Orpheus, Xenophon, Antisthenes & Plato ſcriptis ſuis inſeruerunt; cumque nonnulla de Sapientia & ejus diſiſionibus diſſeruiſſet, atque oſtendiſſet Phyſicæ partes eſſe tres Theologiam, Mathelin, & Aſtronomiam; totidemque Philoſophiæ practicæ, Ethicæ, Oeconomicæ & Politicæ, fabularum fictionem Ethicæ & Theologiæ myſticæ adſignat: *Τῶν δὴ τῶν μερῶν ἕτε τῶ λογικῶν περὶ τῆ μυθολογίας, ἕτε τῶ φυσικῶν, ἕτε τῶ μαθηματικῶν· μόνον τῶ, εἴπερ ἄρα, ἕτε περὶ τῶ πρὸς ἕνα γινόμενον· ἢ τῶ Θεολογικῶν τῶ τελεσιτικῶν ἢ μυθικῶν: Ex iſtis vero partibus neque logicæ fabularum ſcriptio conuenit, neque Phyſicæ, neque Mathematicæ; ſed uniſi forte practicæ Philoſophiæ ſpeciei, quæ circa ſingularem verſatur hominem; tum ei Theologiæ parti, quæ in initiationibus ac myſteriis conſiſtit: atque his tandem aliisque, quas adducit, rationibus motus affirmat*
- Orat. 55. *μυθολογίας* alicui Philoſoφίας εἰδὲ conuenire. Dio etiam Chryſoſtomus teſtatur, Socratem non minus quam Homerum fabulis uſum; & per eas homines docuiſſe: conaturque probare poëtam, cum Dolonem timidum deſcribit & equos Achillis ſpe devorantem, egiſſe de timiditate & cupiditate gloriæ; cum Pandorum ſpernentem fœdera & juſjurandum, de corruptione per munera; impietate, & in uniuerſum de inſipientia; ac tandem adiicit Socratem de arrogantia diſſeruiſſe, introducendo hominem arrogantem; idemque eum

fecisse ubi de iracundia, ingrato animo, ira aliisque affectio-  
 nibus agit; adeo ut verè dixerit Plutarchus, Philosophos  
 ἀεὶ ἐδέχονται ἐξ ἀποπειρῶν *exemplis quæ ad manum sunt, uti*; ποῆ-  
 tas vero idem propositum habentes, πλάττειν περιγυμᾶν ἢ μυ-  
 θολογεῖν, *exempla fingere & fabulas narrare*. Hanc tamen opinio-  
 nem olim impugnavit Colotes Epicureus, judicavitque in-  
 dignas Philosopho, veritatis professore, fabulas esse; quod  
 adeo Macrobio displicuit ut *calumniam* vocare nullus dubita-  
 verit; *Illam calumniam persequemur, quæ nisi supplodatur, manebit*  
*Ciceroni cum Platone communis. Ait à Philosopho fabulam non oportuisse*  
*confingi: quoniam nullum figmenti genus veri professoribus conveniret.*  
 Sed, ut taceam maximos Philosophos fabulis ad docendum  
 usos esse; Ciceronem Scipionis somnium finxisse; Plato-  
 nem Erem quendam introduxisse, non autem *vita restituisse*,  
 quemadmodum Æneæ Gazæ ἀνάγειν, male satis vertit & in-  
 terpretatur Barthius, narrantem quæ per XII. dies, quibus  
 mortuus jacuerat, viderat; Macrobius ipse Epicureum illum  
 refellens, fabulas falsas plane, vel voluptatis causa & adhor-  
 tationis ad bonam frugem, ut comœdias, gratia, nec non  
 argumenta fictis amantium casibus reperta, à Philosophia  
 excludit: *Hoc, ait, totum fabularum genus, quod solas aurium deli-*  
*cias profitetur, è sacrario suo in nutricum cumas sapientiæ tractatus eliminat:*  
 eas tamen admittit plerasque, quæ ad aliquam virtutis spe-  
 ciem intellectum hortantur; & quibus veritas pro funda-  
 mento est, dignas Philosopho censet: *At in aliis argumentum*  
*quidem fundatur rei soliditate; sed hæc ipsa veritas per quædam composita*  
*& ficta profertur, & hoc jam vocatur FABULOSA NARRA-*  
 TIO, non FABULA: *ut sunt ceremoniarum sacra; ut Hesiodi &*  
*Orphei, quæ de Deorum progenie acturæ narrantur; ut mystica Pythago-*  
*reorum sensa referuntur: quam in rem plura apud ipsum, eaque*  
 elegantia possunt videri. Philosophus igitur Homerus est;  
 adeo ut multi veterum censuerint ipsam Philosophiæ divi-  
 sionem primam & præcipuam ab ipso sumptam esse. Versa-  
 tur enim illa circa DIVINA & HUMANA, iisque dua-  
 bus rebus absolvitur: Marius Victorinus: *Plena philosophia est,*  
*quæ constat ex duabus Physica & Ethica. Physica est quæ de DIVINIS*  
*agit, Ethica quæ de HUMANIS disserit: Pythagoras eam ap-*  
*pellat γῶσιν θεῶν τε ἢ ἀνθρώπων περιγυμᾶτων; Divinarum huma-*  
*narumque rerum notitiam; Maximus Tyrius; Ἰησιμὴν ἀρετῆς θεῶν*  
*τε καὶ ἀνθρώπων, accuratam divinarum humanarumque rerum*

Lib. de  
 Aud.  
 Poët.

Lib. 1.  
 cap. 11.  
 in Somn.

Lib. 1.  
 Rhet.

Diff. 16.

*scientiam*; & Straboni denique dicitur *ἄπληθειν τὰ θεῖα ἢ ἀν-  
 θρώπων*. Hanc divisionem veteres ex eo loco sumptam judi-  
 cabant, quo Diomedii, hoc est, Philosopho, Pallas sive  
 Sapientia omnem caliginem, quæ mortales habetatis visus,  
 ad deos hominesque cognoscendos, dempsit; vel ex alio,  
 ubi Phæmus *ᾠοιδὸς*, sive Philosophus canit *ἔργ' ἀνδρῶν τε θεῶν  
 τε*, notante Eustathio: quin & Heraclides in Allegoriis cen-  
 set distinctionem ejusdem scientiæ ex mente Platonis & Aca-  
 demicorum in *λογικῶ*, *φυσικῶ* & *ἠθικῶ*, ab Homero per  
 Cerberum tricipitem designari. At cum Philosophus Home-  
 rus sit, cui tandem Philosophorum generi erit adscribendus?  
 Nam, uti Seneca docuit, modo Stoicus, modo Epicureus,  
 modo Peripateticus, modo Academicus est; proptereaque  
 multi cum à sacra cohorte excludunt. Plutarchus sane libro  
 toties laudato cum Stoicum fuisse negat; quia homines in-  
 troducitur, in quibus virtutes & vitia miscentur; cum contra  
 ex illorum opinione neque virtuti vitium, neque vitio vir-  
 tus adsit; sed semper sapiens recte agat, insipiens peccet.  
 Rejecerunt eum etiam Cynici & Epicurei, uti ex Juliano at-  
 que Macrobio constat; atque ut hic loquitur; *Epicureorum  
 tota factio, æquo semper errore à vero devia, & illa existimans ridenda  
 quæ nesciat, SACRUM VOLUMEN & augustissima irrisit na-  
 turæ seriæ*. Scilicet *ἡδοῦς* ille *γεωργός* omnem poëtam ὡπερ ἐλέθερον  
*μύθων δέλεαρ*, velut perniciosum fabularum oblectamentum, uti loqui-  
 tur Heraclides Ponticus, averfatus est; aliosque *ἄπληθειον ἀ-  
 κάπων ἀσχεμύχης ποιητικῶ*, *φύγειν ἢ παρεξελώνειν*, sunt verba Plu-  
 tarchi, *linter Epicuri poësin prætervehi ac fugere* docuit; eaque re  
 meruit ut nec poëtis nec Philosophis à Maximo Tyrio annu-  
 meratus sit. Licet autem nulli sectæ adscribi poëta noster de-  
 beat; præstantissimi tamen veterum affirmant, omnia fere  
 Philosophorum placita ex hoc fonte profluxisse. Ipse Epicu-  
 rus Phæacum vitam, & fictas in clypeo Achillis urbes; Zeno  
 virtutem solam laudatam, deosque fato adstrictos profert.  
 Plato sonos, à cælo ejusque orbibus editos, & suam de ani-  
 ma opinionem inde hausit. Pythagoras animorum migra-  
 tionem, docente Eustathio, ejusque nec non Hesiodi *λέξεσι  
 διελεγμύχαις* utebatur *περὶ ἐπανόρθωσιν ψυχῶν ad emendatiorem ani-  
 marum*, uti scribit Jamblichus. Thales animadvertens Ocea-  
 num *θεῶν γήρεσιν* dici, & somnum narrare, sese in soporem  
 posse conjicere Oceanum, ὅσπερ γήρεσις πάντεσσι τέτυκτο; aquam  
 ori-

II. E.  
 v. 132.

Od. α.  
 v. 338.  
 P. 1421.

Lib. de  
 Aud.  
 Poët.  
 Diff. 29.

Od. τ.  
 v. 549. §  
 P. 1838.

II. ξ.



originem & patrem omnium esse rerum statuit. Empedocles  
 ex binis civitatibus in Achillis clypeo descriptis, & Martis ac  
 Veneris adulterio, litem & amicitiam, variis locis tradente  
 Heraclide, rerum primordia facit. Xenophanes didicit apud H. H.  
v. 92.  
 Eustathium & Scholiastem, hominem ex terra & aqua com-  
 poni; Cleanthes & Chrysippus cum Stoicis solem & stellas  
 aquis Oceani vel vaporibus ali, apud Laërtium, Plinium, Lib. 2.  
N. Q.  
L. S.  
 Ciceronem, Porphyrium. Jamblichus fata *ἡυσίαις ἢ β'χαις*  
 posse averti; Plato rursus animam immortalem esse à corpo-  
 re solutam; & denique Pyrrhoniū vel Sceptici Homerum  
 sectæ suæ principem, quia *ἐχ' ὀλεσικῶς δογμαλίζῃ περὶ τῶν ἐπιφασιν*,  
 esse gloriantur; quemadmodum Eustathius, Athenæus, Pag. 626.  
Lib. 31.  
 Laërtius, nec non Suidas testantur. Atque ea quæ dixi firmat  
 summi vir ingenii, ne vel Gabrielem Naudæum, vel Meri-  
 cum Casaubonum eadem tradentes advocem, Joachimus  
 Camerarius; isque non dubitat tam luculento elogio poë-  
 „tam nostrum ornare. Quisnamne, ait, omnium non Ho-  
 „merica scripta, quasi pro oraculis quibusdam doctrinæ &  
 „sapientiæ habuit? an recitato versu aliquo illius, non fo-  
 „lium Sibyllæ se recitasse credidit? an quicquam in quæstio-  
 „nem venire posse existimavit ullus, de iis rebus, quas Phi-  
 „losophia complectitur, id est, de scientia, de causis, de  
 „natura; itemque de ordine bonorum & malorum atque  
 „etiam de falsis & veris certo iudicio distinguendis, deque  
 „inventis subtiliter differendis, & ornatè eloquendis: de  
 „his igitur universis, quæ solerent quæri, an non explicatio-  
 „nem in hoc auctore reperiri posse omnes statuerunt? ho-  
 „rumque non modo exempla, sed etiam præcepta quædam  
 „de illo fuisse à doctis collecta manifestum est: quod ne plu-  
 „ribus illustrem, facit idem atque Angelus Politianus; qui præ-  
 fationibus suis in Homerum hanc materiam omnem ita  
 tractarunt, ut ne videantur quidem spicilegium reliquisse.  
 ΣΟΦΙΑ igitur, id est SAPIENTIA vel Philosophia opti-  
 mo jure Homerum patrem agnoscit; testaturque eum *ἀρχι-  
 γόν* esse *πάντων σοφίας* *ducem omnis Sapientiæ*; & allegorice tradidisse  
*πῶς μετ' αὐτὸν ἀρρύτατα κ' ἐμέρη παντ' ὅσα πρώτῳ πεφίλοσόφηκε*, *posse-  
 ris haurienda singulatim omnia, quæ primus est philosophatus*; uti non  
 ineleganter loquitur Heraclides. Sed cum & *Geographia* Philo-  
 sophiæ pars sit; primique Geographi Philosophi fuerint, uti  
 multis docet Strabo, nec hæc mihi omittenda videtur; do-

In All.

cendumque hac scientia Homerum etiam imbutum fuisse. Hipparchus sane atque alii eum appellare non dubitant ἀρχι-  
 Lib. 1. γέτω ejus artis. Strabo; Καὶ πρώτων, ὅτι ὀρθῶς ὑπελήφαμεν καὶ  
 ἡμεῖς, καὶ οἱ πρὸ ἡμῶν, ὧν ἐστὶ καὶ Ἰπποαρχῶ, ἀρχιγέτω εἶναι τὸ γεω-  
 γεωφικῆς ἐμπειρίας Ὅμηρον; *Ac primo loco id recte & à nobis, & à  
 majoribus nostris, quos inter est Hipparchus, existimatum fuisse (per-  
 pendamus) primum Geographicæ peritiæ auctorem esse Homerum: qui  
 pluribus id conare probatur; ut & primum Homerum, cui  
 πολυπειρίαν τῶν τόπων, accuratam locorum experientiam tribuit Proclus,  
 inde Anaximandrum Milesium, atque Hecatæum ausos esse  
 αὐτῆς ἀψαυθῆ, eam scientiam aggredi.* Exstat hanc in rem locus  
 Lib. 13. elegans, & dignus qui explicetur apud Silium Italicum; Si-  
 byllam Scipionem alloquentem introducentem;

— — non falleris, inquit,

*Docta comes Triviæ, meruit DEUS esse videri,*

*Et fuit in tanto non parvum pectore NUMEN.*

*Carminibus complexus TERRAM, MARE, SIDERA, MANES,*

*Et cantu Musas & Phæbum æquavit honore,*

*Atque hæc cuncta prius quam cerneret, ordine terris*

*Prodidit, & vestram tulit usque ad sidera Romam.*

id est; Homerus descripsit terram atque mare, antequam ea  
 illustrasset; vel si verum, cæcum eum natum esse, sive, uti  
 libro II. scribit Pausanias, oculis orbem, inopia oppressum,  
 victum emendicantem per omnes prope terras errasse; prius-  
 quam in deorum numerum relatus foret, atque ita conspiceret  
 ex alto tellurem; item sidera, cælum, manes, inferos,  
 antequam anima sideribus recepta, vel umbra apud inferos  
 foret: Hæc scilicet est nota, illum Deum esse; hoc fuit non  
 parvum Numen in tanto pectore, *constitutum rerum  
 nature corpus*, ut Vellejus de Cicerone loquitur, *animo videre,  
 ingenio complecti, & eloquentia inluminare.* Atque ita Maximus  
 Tyrius tradit terram inhospitalem & mare infestum non per-  
 agrasse Homerum, sed animo omnia illa nec non sidera lu-  
 strasse: βέλομαι (locum integrum adscribo, quia plurimum  
 laudibus Homeri inservit) καθ' Ὅμηρον αὐτὸν, ὡς καλεῖται ἐπὶ τῷ  
 λόγον πινὰ μέλοπι θεῶν, ἢ τὴν αὐτὴν ἐκείνῳ τὴν Καλλιόπην

Ἄνδρες μοι ἐννεπε Μῆσα πολύτροπον, ὃς μάλα πολλὰ

Πλάγχθη — — —

εἰ γὰρ ἄξενον ἑπιπορθόμην, εἰ δὲ θάλατταν χαλεπὴν περαιζέμην,  
 εἰ δὲ ἀνθρώποις ἀγέλοισι συμφερόμην. ἀλλὰ ταῦτα μὲν αὐτῶν οἱ μῦθοι ἔχου-

σιν, αὐτὸς ἢ τῆ ψυχῆ, κέφῳ χεῖμαλ: ἢ πολυπλανετέρῳ ᾧ σωματότων  
 παύσασθαι ὡς ἐφέρετο, πάντῃ ἐσκόπει, ὅσα ἔρηνῃ κινήματα, ὅσα γῆς πε-  
 θήματα. Ἰεῶν βυλάς, ἀνθρώπων φύσεις, ἡλις φῶς, ἄσπρων χόρον,  
 γηύσεις ζώων. ἀναρχύσεις θαλάττης, πᾶσιν ἔμβολας, ἀέρων μετᾶβο-  
 λας. τὰ πολιτικά, τὰ οικονομικά. τὰ πολεμικά, τὰ εἰρηνικά. τὰ χαμη-  
 λια, τὰ γεωργικά, τὰ ἵππικὰ, τὰ ναυτικά, τέχνας παντοίας, φωνὰς  
 πικρίας, εἶδη παλοδαπᾶ, ὀλοφυρομύθους, ἡδοναμύθους, πενθέων, γε-  
 λῶν, πολεμῶν, ὀργισμῶν, εὐχαρμῶν, πλεόνων; *Libet Ho-*  
*meri exemplo, dissertationi huic deorum aliquem advocare, & fortasse*  
*non aliam, quam eandem quam ille solet, Calliopen;*

*Dic mihi Musa virum sapientem, quique vagatus*

*Plurima conspexit — — —*

*Non quod inhospitalem terram peragraverit, aut infestum mare transmi-*  
*serit, aut cum feris agrestibusque vixerit hominibus. Hæc enim in fabulis*  
*tantum suis referre ille solet, de quo loquor. Ipse vero animo, qui levissi-*  
*mus est, faciliusque quam corpus locum loco mutat, ubique vagatus est,*  
*perlustravit omnia. Ille quæ in cælo moventur, quæ in terra mutantur,*  
*ille deorum consilia, hominum naturas, solis lumen, siderum choros, ge-*  
*nerationem animalium, refluxum maris gremium, fluviorum ostia, aeris*  
*diversitatem perspexit. Ut omittam politica, æconomica; quæ ad bellum,*  
*quæ ad pacem pertinent; nuptialia, rustica, equestria, nautica; artes-*  
*que quascunque, diversissima vocabula, diversas rerum species; lamen-*  
*tantes, gaudentes, lugentes, ridentes, bellantes, irascentes, epulantes,*  
*navigantes. Quo pertinet Cedrenum ex emendatione mea*  
*Homero tribuere vultum attritum senectute, & φρονίσι ὑπὲρ*  
*ἧ παντός, curis de universo, vel universa natura, quam descripsit;*  
*Eustathiumque notare eum per Ἄειδῆ θεῶν intelligere mentem*  
*suam, quam invocat, ut monere omnia velit, quæ canere*  
*volebat; multos tandem fuisse, qui censent Homerum cæ-*  
*cum dias in luminis oras venisse, uti videre licet apud Leo-*  
*nem Allatium, Brodæum, Heraclidem in Excerptis, &*  
*Gerhardum Vossium; quod si verum, rectissime dicitur*  
*animo omnia complexus fuisse; & terras atque maria nunquam*  
*visa descripsisse. Ex hac tamen πολυπερίῳ ᾧ τόπων Proclus col-*  
*ligit poëtam cæcum non fuisse; affirmatque multas terræ*  
*partes eum lustrasse; & tot res vidisse, quot nunquam ullus*  
*alius homo; quo argumento etiam pugnat Cicero; Traditum*  
*est etiam Homerum cæcum fuisse. At ejus picturam, non poësin videmus.*  
*Quæ regio, quæ ora, qui locus Græciæ, quæ species formæ, quæ pugna,*  
*quæ acies, quod remigium, qui motus hominum, qui ferarum non ita*

C. 9. Pat.  
 Hom.  
 Lib. 5.  
 Mist.  
 c. 9. l. 1.  
 Inst.  
 Orat. c. 5.

expictus est, ut, quæ ipse non viderit, nos ut videremus, effecerit? Quid ergo aut Homero ad delectationem animi, aut voluptatem, aut cuiquam docto defuisse unquam arbitramur. Ut ut sit, Geographiæ accuratam cognitionem poëta noster habuit; quod non aliunde, sed ex ipso petitis argumentis firmandum restat. Orbem igitur terrarum in clypeo Achillis insulam facit, & Oceano circumfundi canit; quem eandem ob causam ἀμφιπέλιω appellat, ἡ δὲ τὸ ἀμφιπέλιον, quod circumquaque terram fluctibus atterat, uti explicat Herodotus. Hanc sententiam præter Strabonem, Ciceronem, Apulejum, Melam Pomponium, cujus hæc sunt verba, præter Physicos Homerumque, qui uniuersum orbem maris circumfusum esse dixerunt, Cornelius Nepos ut recentior auctoritate sic certior tradit, plurimi veterum sequuntur; unde & Oceanus ὁ πέλιος Græcis, & Neptunus γαιέχθω vocatur, orbemque pede premit in nummo apud Trifanum. Nam & eum rotundum plerique fecerunt, ac talem cecinit esse poëta noster, celebrans ἀπείρονα γαίαν, id est, Eustathio interprete σφαιροειδῶς & σφολύλλω: quia ἄπειρος illa res vocatur, quæ terminum seu finem non habet; id quod maxime rebus rotundis convenit; quomodo ἄπειρον δακτύλιον *annulum* vocamus, gemma carentem & plane rotundum, uti ex Aristotele & Polluce docti obseruarunt. Eratosthenes præterea ex quinque plicis scuti Achillei, in quo orbem terrarum descripsit, quinque Zonas, teste Heraclide, sumpsit; & si Strabonem sequimur, primus omnium Homerus Græciam accuratissime descripsit: illudque in Catalogo, quem propterea non immerito Porphyrius dixit πᾶσαν περιέχειν ἀλήθειαν ἐν τε χωρογραφίᾳ καὶ πόλεων ιδιώμασιν, omnino verum esse quoad chorographiam & urbium proprietates, per epitheta scilicet expressas, factum esse nemo tam à Musis alienus est, quin nesciat. Tanta fane hujus poëtos Homericæ partis fuit auctoritas, ut urbes de finibus ambigentes, litem inde deciderent; utque legislator Cerdias iusserit patriæ suæ pueros, proculdubio cognoscendæ geographiæ causa, eam memoriæ infingere: Ἰσραῶν, n. Porphyrius, καὶ ὁ πινυμὸς πινυες ἐξεθενίῳ, ἵσοσσημαλίξιν σὺν παιδοδομῆυς ἢ Ὁμήρου καὶ ἀλλοτρῶν; ὡς καὶ ὁ Κερδίας νομοθετῶν τῆ πατριδὶ; narrans nonnullos leges tulisse, ut pueri Homeri Catalogum memoriter redderent; id quod etiam Cerdias patriæ leges ferens constituit. Sed, ut hoc obiter moneam, ille Κερδίας nusquam apud alium occurrit, mutandusque mihi equidem videtur in Κερκιδίας; quo nomine fuit legislator Megalopolitanorum;

Lib. 4.

L. 3. c. 4.

Tom. 1.

P. 287.

In Alleg.  
Lib. 8.Proclus  
cap. 26.  
Lucubrat  
Eust.  
p. 263. &  
ad Iust.  
Catal.

rum; quem docui Homeri librum primum & secundum Iliados sepulchro iussisse inferri; quique post Socratem dixit, se ἠδέως mori; quia sperabat se adfuturum ex Philosophis Pythagoræ, ex historicis Hecatæo, ex Musicis Olympo, ex poetis vero Homero, uti memoriæ mandat Ælianus. Græciam igitur summo studio & cura instar diligentis Geographi digessit, nec regiones promiscue, ut nonnulli veterum existimarunt, descripsit; Macrobius: *Notissimum promontorium ad exordium sibi enumerationis elegit, unde progrediens modo mediterranea, modo maritima, juncta describit: Inde rursus ad utrumque situm coherentium locorum disciplina describens velut iter agentis accedit; nec ullo saltu coherentiam regionum in libro suo biare permittit: sed obviandi more procedens; redit unde digressus est, & ita finitur quicquid enumeratio ejus amplectitur.* Quod ut nulli dubitationi obnoxium sit amplius, brevi quasi in tabella Homicam Græciæ descriptionem ob oculos ponam. Bœotia igitur ob varias causas, quæ ab Eustathio & Scholiaste peti possunt, initium est; inde proximas gentes Phocenses, Locros Epicnemidios, & Opuntios ex adverso Eubœæ habitantes describit; in hanc mox trajicit, indeque Atticam, Salaminem, & Peloponnesum, tunc temporis in sex partes, binas orientales, reliquas occidentales, divisam adit. Ex his primam memorat Argiam, ὅπ᾽ ἀκράθως κτ̄ Σαλαμίνα ἔπι Πελοπόννησον ἦκεν ὁ ποιητής, uti loquitur Eustathius: hinc Mycenæ, quibus ager Corinthiacus & Sicyonius fere Elidem usque comprehenditur; mox ad occidentales sese accingit, Laconicam, Pylum Messeniacam, Arcadiam, & Elidem. Sic descripta Peloponneso in insulas adjacentes Dulichium, Echinadas, Ithacam, Zacynthum, Samum trajicit; quod tam commode & eleganter factum est, ut notare non dubitet Eustathius ὁ ποιητής trajecisse poetam ἐν τῷ πελοπόννησος εἰς τὸ πλεονεσιον αὐτῆς Δελφίχρον. Insulis relictis Epirum, quo nomine Acarnaniam ac Ætoliā etiam complectitur, describit. Hinc cum terra commodior nulla occurrat, Cretam memorat, & vocat ἐνατόμπλιον; moxque Rhodum, Sumen, Nisurum, Carpathon, Casum & Coon insulas laudat, quæ absolvunt primam descriptionis Græciæ partem. Alteram, licet continenti adhæreat, peculiariter sumit sibi ornandam, propter Achillem, ut reor, cujus in gratiam Iliadem videtur composuisse. Thessaliam igitur, cuius ille partem tenebat ditione, adit, eamque una cum The-

Lib. 13.  
cap. 20.  
Var. H.

L. 5. Sat.  
c. 15.

In. v.  
Παριλ.

sprotia ita describit, ut vix unius loci oblitus sit. Inde discimus insuper Ἐλλῶας primo vocatos fuisse, qui Phthiotin Thessaliæ inhabitabant; quod etiam monet Stephanus Byzantinus; aliud esse Ἀργῶ in Thessalia, aliud in Peloponneso, hocque ab Achæis vocari Ἀχαιῶν; illud Πελασγῶν, quia Pelasgi, quamvis in Epiro, Creta, Peloponneso, Thracia etiam fuerint, præcipuas sedes in Thessalia, affirmante Strabone, unde & ipsa regio Stephano Πελασγία dicitur, habuerunt. Pari felicitate Asiam viresque Trojanas describit; atque à regione primaria, Troade sumpto initio, ejus varias regiones & urbes enumerat: hinc Hellepontum, parvo aquarum divortio Europam & Asiam dividentem, trajiciens narrat Pelasgos, Larissæos, Thracas & Pæonas, qui Priamo suppetias tulerunt; ex Thracia in Asiam iterum quasi navigat, & à Paphlagonia incipiens totam oram maritimam ad Cariam & Lyciam usque accurato ordine, & singulari diligentia describit. Neque tantum nuda regionum nomina, verum etiam agri adjacentis, incolarumve naturam & ingenium aptissimis epithetis posteritati & memoriæ consecravit. Sidonem vocat πύργον, quia in medio Tyri & Sidonis urbs est Sarepta, nobilis aris & ferri fusione; ejus incolas πύργου κάθηρες, quos scilicet à peritia artis fabrilis olim rex sapientissimus Salomon laudavit; Temesen ab ære celebrat; dubitantque interpretes, num ad Cypri, an vero ad Bruttiorum urbem, ære utramque abundantem, sit referendum: Camirum appellat ὄρηθεν, quia sita erat in solo argilloso Syriæ, quam optime describit, incolas antiquissimo nomine Arimos id est, Ἀριμῶες; Nyfan recte Arabiæ versus Ægyptum tribuit, quam quomodo in Indiam posterius transtulerint, alibi doceo: & mare tandem pacificum à Phœnicibus edoctus sub nomine Ὠκεανὸς ἀκαταβίετος, id est, *pacati & leni fluxu*, describit; uti variis locis in Geographia sacra observat Bochartus. Samos prope Ithacam est πειλοῦσα *prærupta*, quia rupibus undique cingitur; ipsa quoque Ithaca ut aspera, dura, & culturæ impatiens Telemacho apud Homerum, Ciceroni, Plutarcho aliisque optime describitur. Cyclopes quas Siciliæ oras tenuerint, ex Homero docet Cluverius; campos Elysios in Hispania cum collocasse propter regionis ubertatem Strabo; & antrum Nympharum, quod maxime fabulosum esse plurimi existimant, in Ithaca esse apud Porphyrium testatur Artemidorus Ephesius Geogra-

graphus insignis. Sed dies me deficeret, si omnem Homerica-  
 cam Geographiam excutere vellem; & multis aliis exemplis  
 docere, non immerito Strabonem vocasse poetam nostrum  
 ὄρχηστῶν ejus. Ad metas quapropter propero, ut quod restat  
 absolvam atque consecrationi finem imponam. Notandum  
 igitur, non fuisse insolens vel sculptoribus vel pictoribus, no-  
 mina adjicere sive viris sive fœminis historiam aliquam repræ-  
 sentantibus: Pausanias Iliadem pictam enarrans: *Sedet supra* Lib. 10.  
*Helenam vir purpureo velatus amictu, mæstus admodum. Helenum esse*  
*Priami filium facile intelligas, ἢ πρὶν ἢ ἢ τὸ ἑπίγραμμά ἐπιλέξασθαι,*  
*vel priusquam inscriptionem legas; rursus; Secundum illos vir quidam*  
*sedet, ἐπίγραμμά ἢ ὄκνον εἶναι λέγει τὸ ἀνδρωπῶν; inscriptio indicat*  
*Ocnum esse. Inde Lucianus cui puero innitatur Hephæstion in*  
*tabula, qua Aëtion Alexandri & Roxanes nuptias depinxer-*  
*at, fatetur se nescire, quia nomen adscriptum non erat;*  
*εἰ γὰρ, αἶτ, ἐπεγράφησθαι τῆς οὐκ.* *Quin & statuarii interdum non*  
*nuda nomina sed epigrammata, quæ historiam plene decla-*  
*rant, apponebant, uti ex eodem Pausania patet: & artifex* Lib. 5.  
*tandem noster vel sculptor marmoris quo nomine, qua pa-* Pag. 320.  
*tria fuerit, addita inscriptione docet;* 324.

ΑΡΧΕΛΑΟΣ ΑΠΟΛΛΟΝΙΟΥ ΕΠΟΙΗΣΕ ΠΡΙΗΝΕΥΣ.

*Archelaus Apollonii filius Priænsis fecit.*

*Archelaus* igitur, (qui num aliis auctoribus celebretur, incer-  
 tum est) hoc marmor fecit vel sculpsit; quo sensu ποιῆν fre-  
 quenter usurpari solet, uti ex his Pausaniæ verbis; ἂν εἰσαὶ δὲ Lib. 3.  
 ἢ Πάριος ἢ Πολύκλειτος Λεργεῖος, ὁ μὲν γυναικὰ ΕΠΟΙΗΣΕΝ  
 ἔχουσαν λύρα; aliisque plurimis apud eundem patet; Eadem  
 vox Luciano in Toxari pro pingere; Anacreonti pro πορθεῖν vel  
 celare usurpatur, unde in gemma Urfsiniana occurrit, ΕΠΙ-  
 ΤΥΓΧΑΙΝΟΣ ΕΠΟΙΕΙ. Neque aliter Latinis FACERE  
 sumitur; Plinius de Praxitele: *FECIT & puberem subrepenti*  
*lacertæ cominus sagitta insidiantem; ibidem; Polyclethus Sicyonius Age-*  
*lades discipulus, Diadumenum FECIT molliter juvenem centum ta-*  
*lentis nobilitatum; alibi; FECIT & canem & discobolum: Ovi-*  
*dus*

*Vendicat & Calamis laudem, quos FECIT, equorum;*

*Ut similis veræ vacca Myronis opus*

Marmor, nihil enim opus est alios auctores advocare, apud  
 Urfinum;

M. METTIUS  
ΕΡΑΦΗΡΟΔΙΤΗΣ  
GRAMMATICUS GRÆCUS  
M. METTIUS GERMANUS FEC.

Notatu quoque dignum in marmore nostro occurrere ΕΠΟΙΗΣΕ; cum frequentius soleret esse ΕΠΟΙΕΙ, vel FACIEBAT; *cujus moris causam reddit Plinius; Et ne in totum videar Græcos insectari, ex illis vos velim intelligi pingendi fingendique conditoribus, quos in libellis his invenies absoluta opera, & illa quoque, quæ mirando non satiamur PENDENTE TITULO inscripsisse: ut APELLES FACIEBAT, aut POLYCLETUS: tanquam inchoata semper arte & imperfecta, ut contra judiciorum varietates superesset artifici regressus ad veniam, velut emendaturo quicquid desideretur, si non esset interceptus. Quare plenum verecundiæ illud est, quod omnia opera tanquam novissima inscripsere, & tanquam singulis fato adempti. Tria non amplius, ut opinor, ABSOLUTE, quæ traduntur, INSCRIPTA; ille fecit, quæ suis locis reddam: quo apparuit, summam artis securitatem auctori placuisse, & ob id magna invidia fuere ea omnia. Sane in marmoribus apud Rupertum; ΦΙΔΙΑΣ, ΚΑΙ ΑΜΜΟΝΙΟΣ ΦΙΔΙΟΥ ΕΠΟΙΟΥΝ; ΛΥΣΙΠΠΟΣ ΕΠΟΙΕΙ; in alio apud diligentissimum doctissimumque Græciæ lustratorem, Jacobum Sponium; ΗΦΑΙΣΤΙΩΝ ΜΥΡΩΝΟΣ ΑΘΗΝΑΙΟΣ ΕΠΟΙΕΙ: in alio, quod publicavit Gronovius pater, cui plurimum litterarum studium debet, in notis Plinianis; ΑΓΑΣΙΑΣ ΜΗΝΟΦΤΛΟΥ ΕΦΕΣΙΟΣ ΕΠΟΙΕΙ.*


Et in gemma tandem quæ citharistriam repræsentat apud Leonardum Augustini, ΘΗΣΑΣ ΕΠΟΙΕΙ. Sed pendens ille titulus licet frequens admodum fuerit, attamen absolutus occurrit, non tantum in marmore nostro, verum etiam in alio apud Pighium & Gruterum

Σ Α Λ Π Ι Ω Ν  
Α Θ Η Ν Α Ι Ο Σ  
Ε Π Ο Ι Η Σ Ε.

pag. 401. & in nummo Domitiani in quo repræsentatur naumachia, teste Erizzo; ΦΛΑΟΥΤΙΟΣ. CAVINOS ΕΠΟΙΗΣΕ. Adeo ut nihil necesse sit cum Andrea Schotto inscriptionem appensam Nemesis statuæ contra Mss. fidem mutare & προ ΑΓΟΡΑΚΡΙΤΟΣ ΠΑΡΙΟΣ ΕΠΟΙΗΣΕΝ scribere ἐπιεί.

Ad Zc-  
nob. PRIENE autem urbs est, quemadmodum monui, Ioniæ, posita in Cariæ confinio; unde ab Herodoto Cariæ adscribitur.



tur. Medius inter illam & Miletum Mæander sese in mare exonerat, uti docent Livius & Dionysius Periegetes. Conditam fuit ab Æpyto Nelei deductionis Ionice princeps filio; civisque se ortos gloriabantur Helice, Achaia oppido; cujus rei in memoriam Iones in agro Prienensi Panonium sacrificium Neptuno, quia idem ibi colebatur, instituerunt; postea eo coloniam deduxit Thebanorum Philotas; unde & *Cadme* appellari cœpta, uti legere licet apud Strabonem, & Eustathium ad Dionysium. Duobus portubus fuit inelyta, quorum alter κλεις  vel *clausus* erat, observante Scylace; adhuc casibus variis & belli discriminibus obnoxia: Ardyisque Gygis filius, & postea Mazares Cyri Pertarum regis dux eam expugnavit. Natale illud solum habuit Pamphaës, qui Cræso privato adhuc triginta minas dono dedit; cui ille, postquam regno admotus fuit, currum argento stipatum remisit; uti narrant Nicolaus Damascenus in Excerptis, & Ælianus. Verum maxime eam nobilitavit Bias, unus è septem sapientibus; cujus justitia in proverbium abiit, quemadmodum Hipponax apud Strabonem testatur; & vitam conscripsit Diogenes Laërtius. Gentile Græcis est, teste Stephano, περιωδῖς, περιωιδῖς, ἢ περιωνιδῖς; Latinis proculdubio *Priენensis* vel *Priენeus*; quod ultimum apud Varronem, cui laudantur initio librorum de R. R. *Diodorus* & *Menander Priენeus*, nec non Aufonium exstat;

*Bias Priენeus dixit, οἱ περιωιδῖς καυοί :*

*Quod est Latinum, plures hominum sunt mali.*

Atque hæc puto sufficere marmoris præstantissimi explicatio-  
ni; ut & unumquemque facili opera posse perspicere, non abs-  
re esse, quod Artes & Virtutes tam excellentes Homero veluti  
patri & Deo honorem habeant. Et sane poëtam in multis ar-  
tibus, præcipueque in carmine pangendo excelluisse tam  
persuasum fuit veteribus, ut illi, qui in alia aliqua arte excel-  
leret, nomen ejus datum fuerit. Panætius apud Ciceronem,  
Platonem *divinum, sapientissimum* & HOMERUM PHILO-  
SOPHORUM; Julianus Æsopum Ἰμῶων Ὀμηρον, vel *Thucy-  
didem* vel *Platonem*; & Polemon Atheniensis, Homerum Σοφο-  
πλέα Ὀμηρῶν, Sophoclem vero Ὀμηρον Τραγηρῶν appellant. Illud  
tandem eruditione sua meruit, ut Indi, quanquam id neget  
Maximus Tyrius, carmina ejus decantaverint, teste Dione  
Chrysofomo; ut eum Philosophi, Rhetores, Grammatici,  
Poëtæ, Geographi, Medici admirati sint, quemadmodum Eu-  
stathius monet; ut cujus mihi nomen excidit, auctor eum ita

Cent. 5.  
Prov. 82.  
1 ib. 1.  
cap. 14r.

Lib. 14.  
& 9.

Herod.  
Lib. 7.  
cap. 15.  
& c. 16r.

L. 4. Var.  
c. 27.

Lib. 7.  
Tusc. Q.

Orat. 7.  
Suid.

Diff. 7.  
Orat. 53.  
Inst.  
procem.

celebret; Οὐδείς ἔτε τὰ ἀνω παλαιεργαζομένων, ἔτε τὸ πρῶτον, ἔτε τὸ πρῶτον ἢ ἢ ἀπὸ τῶν ἀπὸ τῶν λόγων ἐξωτερικῶν, ἵποισις ἀν' εἴποι τις, παρῆλθε πῶ οὐ κελικῶν σικλων ἀξεναγῶν ἢ, ἀπὸ πάντες παρ' ἀπὸ κελικῶν, id est. Nemo neque eorum qui caelestibus rebus, neque qui naturalibus, neque qui moribus, neque in genere qui sermonibus exterioribus (vel disciplinis gentilium) operam dant, qualemcunque designet aliquis, praeterit Homeri diverforium, sed omnes apud ipsum diverterunt: ut qui Homerum non diligant μαινέσθαι vel insanire, Protefilaus apud Philostratum testetur; ut in illo omnium artium vestigia aut perfecta aut certe non dubia reperiri scripserit Quintilianus, utque tandem idem indicendo virtutes ejus plusculis quidem, sed lectu dignissimis verbis extollere non dubitaverit. Igitur

Lib. 12.  
cap. xi.

Lib. 10.  
cap. 1.

Diff. 16.  
In prooemium.

ut Aratus AB IOVE INCIPIENDUM putat, ita nos rite capturi ab HOMERO videmur. Hic enim quemadmodum ex Oceano (qua metaphora etiam utuntur Dionysius Halicarn. Maximus Tyrius & Eustathius) dicit ipse amnium vim fontiumque cursus initium capere omnibus eloquentiae partibus initium & ortum dedit Hunc nemo in magnis subtilitate, in parvis proprietate superaverit. Idem letus ac pressus, jucundus & gravis, tum copia tum brevitate mirabilis: nec poetica modo, sed oratoria virtute eminentissimus. Nam ut de laudibus, exhortationibus, consolationibus taceam; nonne vel nonus liber, quo missa ad Achillem legatio continetur, vel in primo inter duces illa contentio, vel dictae in secundo sententiae, omnes litium ac consiliorum explicant artes? Affectus quidem vel illos mites vel hos concitatos, nemo erit tam indoctus, qui non in sua potestate hunc auctorem habuisse fateatur. Age vero, nonne in utriusque sui operis ingressu paucissimis versibus legem proœmiorum non dico servavit, sed constituit? Nam & benevolum auctorem in vocatione dearum, quas praesidere vatibus creditum est, & intentum proposita rerum magnitudine, & docilem summa celeriter comprehensa facit. Narrare vero quis brevius, quam qui mortem nuntiat Patrocli? quis significantius potest, quam qui Curetum Aetolorumque praedium exponit? Jam similitudines, amplificationes, exempla, digressus, signa rerum & argumenta, ceteraque probandi & refutandi, sunt ita multa, ut etiam qui de artibus scripserunt, plurima earum rerum testimonia ab hoc poeta petant. Nam epilogus quidem quis unquam poterit illis Priami rogantis Achillem precibus aequari? Quid? in verbis, sententiis, figuris, dispositione totius operis, nonne humani ingenii modum excedit? ut magni sit viri virtutes ejus non emulacione, quod fieri non potest, sed intellectu sequi. Verum hic omnes sine dubio, & in omni genere eloquentiae procul a se reliquit, Heroicos tamen praecipue, videlicet quia clarissima in materia simili comparatio est.

# EXPLICATIO VESTIMENTORUM

Quibus Artes & Disciplinæ

## H O M E R O

*Sacrum facientes amiciuntur unà cum*

ADDENDIS NONNULLIS.



Um Apotheosi absoluta, constituiffem alii operi reservare explicationem vestium, quibus figuræ Marmoristam viriles, quam muliebres ornantur; à sententia partim typographi rogatu, partim amicorum, quorum in potestate vivo, hortationibus depulsus sum. Ille enim justæ magnitudinis opus desiderabat; hi male me censebant facere, si quæ parata habebam, diutius, &, ut canit Romanus Lyricus, nonum in annum premerem. Pernisi igitur me eorum voluntati; imo ut plenam satisfactionem pararem, impetum cepi non modo adjiciendi explicationem vestimentorum; verum etiam alia venerandæ monumenta antiquitatis cum inedita, tum edita, sed quæ subtiliorem, quanquam nec mea forte exacta planè, limam desiderant. Tu igitur, Lector, qui non injucundam exhaustisti materiam, HOMERUMQUE celo illatum, omnium artium parentem ac choragum & *semperflorantem, potitumque scepra comitum Heliconiadum*, sive poëtarum, ut Lucretius canit, miratus modo es; accinge te etiam intricatiori, sed tamen eruditæ materiæ; sique alicubi in circumseptâ tam densis tenebris semita titubaverim, dirige gressus, & erranti comiter viam monstra. Quin & antequam Virginum ornatus mecum examines, *vittæ & infule sacerdotali* exiguam operam da, atque ex Festo, vel Atejo Philo-

logo potius difce eam **STROPPUM** appellari. *Stroppus*, ait, est, ut *Atejus Philologus* existimat, quod *Græce* σρόφιον vocatur, & quod sacerdotes pro insigni habent in capite; quidam coronam esse dicunt, aut quod pro corona insigni in caput imponatur, quale sit *strophium*. Prudentius *tortam infulam* appellat, & *Virginibus Vestalibus* tribuit;

Interea dum **TORTA** vagos ligat **INFULA** crimes  
Fatalesque adolet primas innupta sacerdos:

Lib. 19.  
cap. 30.

Et *Isidorus* ita de ea loquitur; *Infula* est fasciola sacerdotalis capitis alba in modum diadematis, à qua vittæ ab utraque parte dependent, quæ infulam vinciunt. Unde & vittæ dictæ sunt, quod vinciant. *Infula* autem plerumque lata erat, plerumque tortilis de albo & cocco. *Empedocles* apud *Hefychium Milesium* gerit σρόφιον χρυσεόν *strophium aureum*; quod *Suidas* tamen σέμυρα appellat: in nummo quoque *Patiniani Thesauri*; regis, vel *Iovis caput*, uti ex ectypo patet.



Lib. 1.  
cap. 18.  
Oncir.

**STROPPO** ornatum occurrit; non secus ac *Seuthis Thracis* in alio apud *Seguinum*: adeo ut non abs re notet *Artemidorus*, illi imperium portendi, qui somniaverit caput se ingens habere, illudque cingi corona, *strophio*, vel *diademate*: τῷ μὲν γὰρ δόχλιώ πῖνα παραγομένη ἐν ᾧ δεήσῃ αὐτῷ στροφίῃ ἢ στεροφίῃ, ἢ ἀφ' ἀθήμασιν. Apud *Athenienses* sacrificans puer simili ornatu erat insignis, vel, ut *Pollux* loquitur ἐπὶ χλαμυδίῳ καὶ σροφίῳ περιέχεσθαι, *chlamydatus strophioque cinctus circumit, arisque ignem imponit*. Sunt igitur *stropi* & *strophia* diademata tortilia, nomen proculdubio à *Græcorum* σρόφω habentia; deque iis intelligendus est, prout cum emendat *Salmasius*, *Plinius Secundus*: *Quædam coronæ per coronas currunt: tenuioribus utebantur*

Lib. 8.  
cap. 9.  
S. 32.

antiqui STROPPUS appellantes, unde nata STROPHIOLA; quibus verbis indicat historiæ naturalis scriptor, tænias tres pluresve inter se contortas, unam coronam vel diadema fecisse; atque ita coronas per coronas, cum singulæ tæniæ coronarum vicem præberent, cucurrisse. Illud autem singulare nonnullos apud Hesychium & Suidam *σρόφιον sacerdotale* vel quod *οι ιερείς φορεῖσι* appellare *κίδαριον*. Scilicet *Cidaris*, quamvis frequentissime pro pileo regio sumitur, nihil aliud est; quam fascia lata vel diadema, quo reges Persarum, uti docuit idem Salmasius, tiaras cingebant; hinc quia *strophium* Ep. de Coma. caput, ut *κίδαρις* tiaram ambit, videntur vocem hanc de *sacerdotali stroppo* etiam explicasse. Notandum præterea Scaligerum ad Varronem in describendo apice, ita de *Stroppo* commentari; Summum autem fastigium vocabant tutulum. „ Addebatur virgula ex felici arbore, quæ in Flaminibus dicebatur STROPPUS; in Flaminicis INARCULUM. Neque enim ullum veterem audivi sic stroppum describere; ac præterea semper persuasus fui, apicem virgulam oleagineam esse, cujus summitati aliquid lanæ adiciebatur. Servius: *Apex proprie dicitur in summo flaminis pileo VIRGA LANATA*, id est *in cuius extremitate modica lana est*: Festus; *Albogalerus... cui affigebatur apex virgula oleaginea*. Suetonius quoque apud priorem Grammaticum apicem pileum *sutile* interpretatur, circa medium virga eminente; & ipse Virgilius *lanigeros apices* dixit; quæ loca inter se collata satis puto evincere; male virum illustrem virgulam ligneam *stroppum* appellare; & nullam ob causam apud Festum rescribere *in apice pro in capite*; id quod etiam Vossius observat. Sacerdotalem hunc stroppum TORULUM appellat mea ex sententia Amm. Marcellinus: Lib. 29. *Hac* (loquitur Hilarius) *linteis quidam indumentis amictus, calceatusque itidem linteis soccis, TORULO capite circumflexo, verbenas felicitis arboris gestans, libato conceptis carminibus numine præscitionum auctore, cæremionali scientia supersistit*: alibi: *Et Chonodomarus quidem nefarius belli totius inceptor, cuius vertici flammus TORULUS aptabatur*: quanquam non ignorem Salmasium in brevibus, quas fervo, ad auctorem eum notis ultimo loco intelligere vexillum flammæ, sive flammæ coloris. *Torus* autem, unde *Torulus* descendit, tortum funem significat, uti ex Varro, Servio, Isidoro & aliis auctoribus patet; indeque *torus*, C. 136. de R. R.

vel lectus ex herbis tortis factus nomen accepit, uti recte do-  
 cet Vir Doctissimus; quem tamen nollem scripssisse lectos  
 funibus tendere adeo insolens & inusitatum apud veteres  
 fuisse, ut ingenti probro Alcibiadi verterentur. Nam ne vel  
 Martialem vel Horatium vel Petronium, quippe quos hac  
 in materia *veterum* numero non videtur habere, ad partes vo-  
 cem; Grammatici *την τῶν λεχέων* Homeri, exponunt *ἰμασιόδε-  
 τος*; Lucilius apud Nonium *tres à Deucalione grabatos restibus tentos*  
 celebrat; & denique Alcibiadis factum longe aliter interpre-  
 tandum est. Neque enim talem ob lectum absolute carpi-  
 tur; sed vitio ipsi vertitur quod in tremibus, in quibus  
 lectos asseribus injicere solebant, fasciis vel institis ad mol-  
 lius cubandum uteretur, *Ἐκτομάς τε καὶ τρωμάτων ἐν τῷ τελέρσειν,  
 ὅπως μαλακώτερον ἐγκαθίσθαι κειραῖς, ἀλλὰ μὴ σπῆσι τῷ τρωμάτων*  
*ἄπαικτομῶν;* *incisuras constrati navis in trirēibus, quo mollius cu-  
 baret, stragulis injectis fasciis vel restibus, non asseribus.* Atque ita  
 quidem in Homero consecrato, & hastam puram tenente,  
 ac sedente in Olympo nihil amplius notandum restat. Ne-  
 que enim, ut multis probavi, mons hic Parnassus est; quem  
 ex Phocide, ut hoc obiter moneam, in Peloponnesum ma-  
 le transfert doctissimus Reinesius. Ut enim Aristotelem  
 recte à se emendatum fuisse doceat, statuit silphium, magy-  
 darim dictum, nasci in Parnasso Achajæ monte, huncque  
 Peloponneso Argivorum sedi contribui. Sed Philosophus  
 optime se habet, nec verba ejus mutanda sunt. Nam post-  
 quam dixerat aspidis ictum ἐν λιβύῃ sanari non posse; addit,  
 nasci ἐν τῷ σιλφίῳ *inter silphii frutices ἰφίδιον*, cujus remedium la-  
 pis est, ὃν λαμβάνουσι ὑπὸ τῆς βασιλέως τῷ ἄργαίῳ; *quem accipiunt*  
*à sepulchro regis cujusdam antiqui.* Vir tamen doctissimus rescribit  
*Ἀργείων, Argivorum*, inferitque nomen regis Ἄργυς; quia Argus  
 Phoronei successor, Peloponnesi rex fuit; & magydaris in Par-  
 nasso Achajæ, quæ Peloponneso Argivorum sedi contribui-  
 tur, monte nascitur. Mihi autem Aristoteles de Cyrenaica,  
 regione silphii ferace videtur loqui; & licet *magydaris* nasca-  
 tur in Parnasso, non tamen percipio, qua ratione mons,  
 quem omnis antiquitas Phocidi tribuit, in Peloponnesum  
 possit transferri. Neque enim simile quid vel apud Plinium  
 vel apud Theophrastum, quos laudat, invenitur; tradunt-  
 que illi tantum, magydarim non in Cyrenaica regione,  
 ubi

Lib. 1.  
 cap. 25.  
 Var. Lect.

ubi scilicet verum filphium vel laserpitium venit; verum in Syria & monte Parnasso nasci. Sed, nisi plane fallor, *Achajæ* vox decepit virum *πλυμαθέσων*. Nam proprie ita vocatur, ut notissimum, pars Peloponnesi, quæ adjacet Isthmo Corinthiaco, complectens Corinthiam & Sicyoniam; unde nonnunquam tota Peloponnesus ita vocatur, uti clare docet Dionysius Halicarn. Paris apud Ovidium non aliter Laonicam partem ejus, nisi tamen totam quis intelligere malit, appellat;

Lib. 1.

Ep. Her.  
16.

O quoties dices; quam pauper *ACHAIA* nostra est!

*Una domus quasvis urbis habebit opes.*

& apud Censorinum legimus, in *Achaja* *Arcades* esse. Postea hoc nomen latius patuit, & quam ante *Ἐλλάδα*, tunc *Achajam* vocarunt, & à Peloponneso distinxerunt, eoque nomine complexi sunt Atticam, Bœotiam, Phocidem, victa à L. Mummio Corintho, uti satis multis docuerunt viri eruditi. Cum igitur vel apud veterem, vel forte apud recentiorum, & quidem Martinium legisset Reinesius Parnassum

Cap. 19.

*Achajæ* montem esse, male primam, non autem posteriorem Achajam intellexit, & ut unus error alium parit, Parnassum Peloponneso adscripsit: quod si verum foret, jam *Hippocrene*, imo tota Bœotia ejusdem regionis partes forent; quia apud Vibium Sequestrum legitur: *Hippocrene Bœotia in Achaja*: & Eubœam *ἡδὲ τῶν Ἀχαιῶν* esse. Sed, ut pergam, virgo Homero proxima, nec non illa, quæ sedenti coronam imponit, CUCULLUM induuntur, affixum, ut viderur, tunicæ interiori; quam optime quis cum Vopisco *palliolatam*, explicante Salmasio, vel *cucullatam* vocare possit. Eundem habitum mihi notavi in nummo, quem post doctissimum Sequinum hic exhibeo, nisi forte dicendum sit, tunicæ partem

In Lcx.

L. 2. C. 4.



superiorem in caput reductam & attractam esse. In ultimo segmento marmoris M H M H induitur vestimentum exterius, paulo infra genua descendens, undique conclusum, syrma habens, & cucullum, qualis etiam occurrit in Cæsaris nummo, quem vulgavit Æneas Vicus;



Adeo ut mulierum etiam respectu recte glossarium vetus laudatum Wilthemio in Appendice ad Diptychon Leodiense, *capitulum* explicet *summitatem tunicæ*. Multa autem de cucullis, vestibusque quibus affixi fuerunt, monuerunt Ferrarius, Solerius, aliique; & tunicam itidem cucullatam induitur figura apud Boissardum, cui subscribitur,

ET SECURA QUIES ET NESCIA FALLERE  
VITA.

ac *bardocucullum* tandem ex opinione Tristani, gerit Telesphorus vel Acesius in nummis Antonini, Commodi, Elogabali, & Decii; quorum binos apponendos, ad rem melius oculis subjiciendam, curavi.



Part. 2. Neque aliter idem hic Deus inter Æsculapium & Hygiam  
Gemma. stans cernitur apud Antiquarium Italiae primum Leonordum  
Num. 12. Augustini. Similem in Chilperico rege habitum observat  
In Anast. Chi-



Chifletius; sed non satis cautē ita interpretatur verba Philostrati; quippe in quibus ne cuculli quidem mentio: cum narret tantum Meleagram chlamydem rejectam in humerum vel cervicem, ut expeditior venationi esset; *χλαμύδα τε κρονοβαφῆ ἑστὸς αὐχένῳ κολπώσας*. Quin & non aliter Æsculapii signum describit, ex mente Trifiani, Pausanias; *Signum è quo sit vel ligno vel metallo, neve quis ejus fuerit artifex quisquam omnino possit agnoscere; nisi quis forte ad ipsum Alexanora referat: φαίνεῖ ἡ δὲ ἀγάλματι πρὸς ὄπισθον μόνον, καὶ ἀκροὶ χεῖρες καὶ πόδες· χερῶν γὰρ οἱ λαοὶ ἐρεῖς καὶ ἰμάτιον ἑπιπέβλην*; *Signi ipsius sola se facies, manus & imi pedes ostendunt: partes cæteræ lanea tunica alba & pallio velantur*. At Telephorus in nummis pallium non gerit; neque manus ejus conspiciuntur; adeo ut nequaquam, id quod magnus ille Antiquarius notat, talis conspiciatur in Nicaensium nummo Æsculapius; neque simili cultu, quem mox describit Pausanias, Hygia ornata sit; *Υγείας δὲ ἐστὶ καὶ ταυτὴν ἀγάλματι· οὐκ ἂν εἴδῃ τῆσδε ἰδοῖς ῥαδίως εἶτω ἀεὶ ἔχουσιν αὐτὸ κέσματι τὸ γυναικῶν αἰ κέρων* τῆ θεῶν, καὶ ἐοικῆτῶ βαβυλωνίας πελαμῶνες; *Sed & Hygiæ eodem in loco simulacrum est. Hoc quoque non facile conspicias· velatum enim undecunque est, partim comis, quas deæ mulieres detonderunt, partim vero Babylonie vestis laciniis*. Vir contra doctissimus, sequens Amasæi versionem, putat καὶ ταυτὴν significare, eodem ferme habitu Hygiæ signum fuisse; quam explicationem vel ipsa utriusque statuæ descriptio inter se collata rejicit. Quæ autem laciniæ vel πελαμῶνες ἐοικῆτῶ βαβυλωνίας, quibus ea velatur, sint, haud facile dictu est. Constat πελαμῶνας fuisse fascias, quibus vulnera alligabantur, & corpora mortuorum, vel aliæ res involuebantur; Hesychius; *πελαμῶν, λῶρῶ, δεσμὸς ἢ φακίαι*; an igitur dicemus similiter Hygiæ statuam constrictam fuisse; id quod suadere quodammodo videtur effigies (nisi tamen serpente cingatur) quæ occurrit in nummo M. A. Antonini apud Trifianum: an fascias ornatus causa fuisse appensas? an denique vestem intelligi, quæ viis, tramitibus, vel lineis recte descendantibus esset ornata? quam in rem velim eruditiores inquirant. Quæ in secundo ordine, extenso dextræ manus indice, sinistra codicem tenens, canentis habitu sedet; tunicam ἄσπρον, & utroque in humero fibula constrictam gerit: Julius Pollux: *ἐστὶ ἄσπρος χιτῶν περὶ ναις καὶ σπῆν ἄμυς διήρετο*; *Tunica dissoluta, ut vertit interpres,*

Lib 2.

T. 1.

P. 628.

Lib. 3.

cap. 13.

pres,

pres, *fibulis circa humeros connectebatur*; qualem etiam *σύμπεριον* vel *συμπόρετρον* Græcos vocasse docuerunt Salmastius & Alb. Rubenius. Hæ tamen tunicæ, quarum partes superiores erant *ῥασι* vel apertæ nec futura commissæ, interdum plures fibulas, si nempe manicæ erant longiores, habuerunt; uti patet ex statuis, quas Electis suis inseruit Rubenius Philippus; atque ex Atheniensium mulierum habitu descripto ab Aliano; cujus verba laudans Rhodius nescio quare commentetur, cum muliebres **V I D E R I** innuere tunicas; cum certissimum sit, de nullis aliis auctorem loqui. In nostra autem tunica una tantum fibula est, non secus ac illa qua ornatur Livilla Germanici foror in gemma Tiberiana. Nodo huic vel fibulæ nomen proprium **ΚΟΜΒΟΣ**; Suidas; *ὁ κόμβος ἴδιον χειρῶν*. ὅταν τις δέσῃ ἐπὶ τῷ ἴδιον τετραγώνῳ: id est, *Combus est duarum parvarum manicarum nodus, quum quis eas circa suum colulum ligat*; ut vertit Portus Æmilius; qui simul suum illud toties repetitum **N. L.** vel *Non liquere* apponit. Mihi hæc verba videntur significare, Græcos fibulam, qua parvæ manicæ, si modo eo nomine dignæ sunt, in humeris constringebantur, *κόμβον* appellare. Sane *κόμβος* nodus est; & Hesychio *ἐγκομβωθεὶς* explicatur *δεθεὶς*, id est, *illigatus, vinctus, inmodatus*, firmatque Apollodorus apud Auctorem **M. Etymologici**;

— — τὴν ἐπωμίδα

*Πτύξας διπλῶς, ἀνωθεν ἐνεγκομβωσαίμην*;

pro quo apud Suidam *πτύξασαι διπλῶς*, tanquam mulier loqueretur, scribitur non incommodo sensu, quia *ἐπώμις* est vestis mulierum propria, uti disertis verbis testatur Julius Polux. Ut autem *κόμβος* clarius elucidetur, dispiciendum est, quale vestis genus, *Ἐπομῆς* fuerit; quod eo libentius facio, quia nemo, quantum equidem scio, hanc rei vestitiaræ partem ornandam sibi vel elucidandam sumpsit. Thomas quidem Gatakerus, vir eruditissimus censet ex iis fuisse, quibus fœminæ indui solebant, cum vel oblectamenti causâ ad hilaria agenda, vel ad spectaculum quoddam solenne in publicum foras prodirent. Sed ut hoc verissimum est, facileque auctoritate Chæremonis apud Athenæum potest firmari, ita nondum constat, quæ ejus forma fuerit. Ego arbitror vestem vel peplo simillimam vel à peplo haud multum diversam fuisse, & Apollodori ita vertenda esse verba;

Lib. 7.  
cap. 13.  
Onom.

L. I. c. 9.  
Cinni.

— — *peplum**Ubi duplicem complicaram, in humero constrinxi.*

Ut enim *peplus* sinistrum tegebat humerum, duasque oras in dextrum adductas fibula connectebat; ita etiam *epomis* induebatur; atque exinde nomen sortita est; quia vox ista significat τὸ ὑπερέχον & βραχίον, *summam partem brachii, vel humerum ipsum*. Scholiastes Theocriti *περονατείδα* exponit, τὸ πέπλον ἢ ἐνδυμα ὅπερ πῶπων ὑπερὸν ὠμοῖς; *peplum vel vestem, quam primum cingebant: εἶρη*) ἢ, *pergit, ὅτι & περονᾶδες ἢ τὸ ἐπωμίδ* & Ἰπλάμεναι ὡς αἱ Μακεδονίτιδες; *descendit autem inde, quod fibula in humero connectitur, ut Macedonicæ; id est, pepli mulierum Macedonicarum*. Vocarunt igitur *peplum* ἐπωμίδα, quia in humero; *περονατείδα* quia fibula eadem in parte corporis constringebatur; unde & in Græco epigrammate *διόλον χλαῖναν περονατείδα* apud Salmasium legimus. In *peplo* autem *fibulæ usum fuisse variis locis docet Homerus, atque ad eum brevium Scholiorum auctor, nec non Eustathius; cuius verba, quia elegantia admodum sunt, adscribam: πέπλον δὲ φασὶ πνες τὸ ἐνταῦθα μέγαν ἢ περικαλλέα ἢ ποικίλον περὶ βόλαιον εἶναι, σκέπον τὸ ἀρίτερον ὤμων ἢ ἐμπροσθεν ἢ ὀπίσθεν σκῶζον τοῖς δύο πτέρυγας εἰς πῶ δεξιᾶν πλ. ἄρην, γυμνῶ ἑὼν πῶ δεξιᾶν χεῖρα ἢ τὸ ὤμον: Peplum quidam ajunt magnum & perpulchrum & pictum pallium esse, tegens sinistrum humerum (male Rubenius Albertus vertit dextrum) ante & pone adducens duas oras in dextrum latus, nudam sinens dextram manum & humerum. Quomodo si ornata mulier incedit, levorsum amicta dicitur elegantissime & rarissime: Martianus Capella: Et cum dicto prospicio quandam fœminam luculentam, radii dextra, altera sphaeram solidam gestantem, AMICTAM Q. LEVORSUM PEPLO, in quo siderum magnitudines. Unde patet quoad formam induendi, nihil à virorum chlamyde *peplum* discrepasse; quam sinistrum quoque humerum texisse, in dextro fibula junctam hæsisse docuerunt Ferrarius & Rubenius; firmatque clarissimum Luciani testimonium: ὁρθῶ ἀναστῆς ἐν τῷ ἀλύγκητος, πῶ ἱερὴν χλαμύδα τοῖς ἐπωμίοις περόναις συρροάσας ὅτι τὸ πατερώας ἐστὶς ἐξέρχεται): mane se levans ex vi-duo lecto, sacram chlamydem fibulis humeralibus connectens, à patria domo egreditur. Atque hæc forte causa est, cur Virgilius Didonem chlamyde Sidonia, Tacitus Agrippinam aurata; Euripides contra Orestem *peplo* (quod nec observare omisit Eustathius)*

Ad. Idyl.  
15.

In Vop.

Ad. Od. 6  
P. 1347.

Lib. 6.

In Amor.

II. B.

P. 175

T

&amp; Tre.

& Trebellius Pollio Saturninum *peplo Imperatorio* insignes faciunt. Illud insuper observandum, foeminas non semper peplos in humero dextro fibula, verum etiam in pectore junxisse; uti clarissime patet ex Sophoclis Trachiniis; nummis Antonini Pii, & Caracallæ; atque Grammatico vetustissimo Bibliothecæ Ambrosianæ Mediolani apud Rhodium; *Fibulae sunt quibus pectus foeminarum ornatur, à viris in humeris seu cingulum in lumbis portantur.* Homerus quoque noster canit, Junonem *ἑανὸν* seu peplum ad pectus aureis *ἐνελαῖς* vel fibulis constrinxisse; quem locum cum inspicio, mirari subit, cur Doctissimus Rhodius, nullius auctoris testimonio suffultus, fibulam, cujus usus in caligis est, proprie *ἐνεπλω* videri appellari scribat; cum Homerus contrarium doceat, & *ἐνέλα* apud Suidam in *ν. Ἀλκιμά* chlamydi tribuantur. Hunc præterea *κόμβων* posteriores Græci *κόμβιον* videntur appellasse. Nam in Turco-Græcia Crusii *κόμβια* exponuntur *fibulae*; & Eustathius ita commentatur ad Iliada *κ. Ἀμφὶ δ' ἄρα χλαῖναν περιήσπλο, ὃ ἐστὶ περιόνας ἤγαν κομβίοις σπώδησε.* Nonnulli *calasim* vocarunt: Festus; *Calasis tunicæ genus, quod Græci καλάσιον dicunt: alii dicunt nodum tunicæ muliebri, quo connexa circa cervicem tunica submittitur.* Ultimorum sententia Scaligero & Vossio placet; ipsisque *calasis* est *χάλασις*, deducta voce *ἀπὸ τῆς χαλαῶν*, id est, laxare; quia peplus in dextro humero nodatus, laxatur & partem illam corporis nudam relinquit; vel potius quia supra humerum peplus confutus non est; unde & eidem Festo *Aclassis*, sive *Acalasis* exponitur, *tunica ab humeris non confuta.* Auctori M. Etymologici præterea *ἐγκόμβωμα* exponitur ὁ *δεσμός* ἢ *χειρῶν*; adjicitque ab Atheniensibus vocari *ὄχθιστον*; in quo mirifice sibi contrarius est; quia Attici *ὄχθίσις* nominabant limbos, quibus mulierum vestes prætexebantur, quemadmodum ipse in *ν. λῶμα*, Hefychius, aliique Grammatici testantur. Melius longe est, quod notat, aliis *κοσύμειω* dici; cum & Hefychio vox ista exponatur *δεσμός, ἀνάδεσμα, ἢ ἐγκόμβωμα*; Suidasque *κόσμβων* & *κοσύμειω* explicet *ἀνάδεσμον* vel *κόμβων* ἢ *χειρῶν, vinculum, nodum manicarum.* Atque ex hac, cujus vestitum explicare conatus sum figura, illis quæ in superiore & infimo segmento faces attollunt, quæ Homero coronam imponit, nec non aliis patet foeminarum tunicas sæpe manicis caruisse; & brachia earum usque

V. 133.  
Tit. 1.  
pag. 606.  
& Tit. 2.  
pag. 225.  
II. 3.

usque ad primos humeros fuisse nuda; quod etiam non obscure liquet ex illa, quæ tertii ordinis prima sedet cithara canens, & altera, cui ΠΟΙΗΣΙΣ subscribitur; quanquam istæ tunicae χιτῶν non sint, sed in humero consutæ, ut αὐτοψία satis superque docet. Sic idem patet ex quatuor, quarum binæ alatæ sunt, imaginibus, quibus pectorale, ut sic loquar, Dianæ Ephesæ ornari in ædibus Farnesianis docet nos Claudius Menetreius in explicatione Symbolicæ Dianæ statuæ. Verum intricatiore de vestitu materia parumper omiſſa, GLOBUS, in quem virgo digitum intendit, quid sibi velit, enodandum est. Ille igitur potest esse vel cœlestis vel terrestris; & virgo forte adstans cœli motus considerat; adſidens vero

— *Canit errantem Lunam, Solisque labores,*

& alia, quæ apud Virgilium sequuntur: vel indicat, uti Kircherus opinatur, Homerum poësi sua mundi opificium & omnia, quæ in eo sunt, divino quodam afflatu cecinisse; quo respiciens, ut antea docui, Silius Italicus tradit, cum *carmine terram, mare, sidera, manes complexum esse*. Non aliam, ut arbitror, ob causam Pythagoras in Samiorum æreo numismate apud Ursinum Fulvium manu globum columnæ impositum tangit; quam quia astronomiæ fuit studiosissimus, motuumque cœlestium ab Ægyptiis & Chaldæis, testibus Porphyriō ac Jamblichō causas edoctus; adeo ut & Plinius narret ipsum naturam sideris Veneris, sive Luciferi vel Vesperii primum deprehendisse. Quod si autem *sphæra* hic denotatur *cœlestis*, observandum mundum non habere *σχήμα κωνοειδὲς* neque *ωσπεδὲς*, uti putabant Orphicis sacris initiati, sed *σφαίρας*; id quod etiam censuit olim Empedocles, quemadmodum docet Achilles Tattius; qui inter cetera addit: *εἰς τὴν δὲ ἑξ ἑσθινὸς σφαῖρα* • ὅθεν καὶ τὴν κύκλῳ φερόμεν περιέττει, *Cælum est itaque sphaera, unde & in orbem movetur*: qua de re, ut & de sphaeræ inventoribus multis agit Salmalius. Si autem globus terrestris intelligendus venit; constabit auctorem non eos secutum esse, qui terram oblongam, semicircularem, mensæ, caudæ, vel fundæ similem, uti videre licet apud Agathemerum, & Eustathium, verum rotundam faciebant. Nam ipsum Homerum ea in sententia esse meminisse docere; & ne notissimos Ovidii versus advocem, Herodotus

L. 2. c. 8.

In Isag.  
in Phan.  
cap. 7.

Ad Sol.

L. 1. c. 1.  
Ad II.  
H. p. 69.

terram rotundam facit *ὡς δὲ τὸ πῦρ*; quod tamen merito Eratostheni apud Strabonem displicet; quippe qui eam esse σφαιροειδῶς, & inæqualitates quasdam habere affirmat; quæ etiam Achillis Tatii sententia; σφαιρῶς μὲν γὰρ ὁ ἕρως • σφαιροειδῆς ἢ ἢ γῆ • ἀλλὰ φέρει ἢ ἐκείνους • ἢ τὸ μὲν σφαιροειδὲς σχῆμα ἢ ἐξοχὰς ἔχει ἢ κλιότῆας • τὸ ἢ τὸ σφαιρῶς πᾶσι γὰρ ἴσον, ἢ δὲ τὸ ἢ μέσῃ κέντρῳ ἐκκεντρώμενον • δὲ θείας εἰς τὴν ἠπείραναι ἴσας ἔχον. *Sphæra quippe cælum est, sphæra similis terra. Est autem utriusque discrimen. Nam sphericæ similis figura partes quasdam eminentes habet, alias concavas. Sphæra undequaque est æquabilis; & sunt ab ejus centro ad extremum ambitum ductæ æquales inter se lineæ.* Hinc frequenter veteres per globum, tellurem denotabant; quam in rem quæ mihi notata sunt, adjicere non gravabor. In numismatis Julianus apud Trifstanum, Caracalla apud Patinum globum tenens **RECTOR ORBIS**: Hadrianus **LOCUPLETATOR & RESTITUTOR ORBIS TERRARUM** dicuntur: quo pertinet Atheniensēs apud Athenæum ludis in honorem Poliorcetæ Demetrii institutis, ipsum pinxisse *ἑπὶ τῷ οὐρανῶν ὀγκυμῶν*, *orbe terrarum veſtum;* & Julium Cæsarem ex decreto Senatus apud Dionem, *ἑπὶ εἰκόνα τῷ οὐρανῶν χαλκῶν ἠπείραναι*, *super imaginem orbis æream incedere.* Ex habito Cæsari honore factum est, ut orbis frequentissime in nummis ejus videatur; utque hic mos ad alios Imperatores, regni honorumque hæredes transfiret. Capricornus, qui in Augusti, ut postea dictus est, ortum fulsit, unguis orbem tenet; ut significarent illo sub signo **MUNDI DOMINUM**, quanquam aliter interpretetur Rubenius, natum esse. Tito equo insidenti orbem figura armata, & M. Junio Philippo Jupiter tribuunt; sæpeque Imp. cum manibus tenent, uti præter innumeros nummos testatur Hadriani apud Ferrarium statua. Huic postea Christiani Augusti crucem imposuere; ut significarent, quemadmodum narrant Cedrenus, Suidas, Codinus, se propter fidem in Christum terræ dominos factos esse; terram per globum denotarunt ob rotundam figuram; per crucem vero fidem, ob incarnatum Deum illi affixum, intellexerunt. Jam in Justiniani & Marciani nummis victoria altera manu corollam, altera globum, cui crux loco victoriæ, quam cæteroquin multi Christiani Imp. retinuerunt, gerit; adeo ut non satis caute hunc morem à Justiniano Magno repetat Joannes Meur-

In de  
 Nat.  
 Aug.

Meursius; nisi forte ille primus talem sibi statuam posuerit; Cap. 8. Man.  
 priores autem nummis tantum orbem cruce decoratum in-  
 sculperint; quam in rem, ni fallor, pluribus inquit Carolus du Fresne; In Dis- fert. de Numis. Inf. avi.  
 cuius Glossarium ut eruditissimum est, & ex-  
 spectationem eruditorum superat; ita optime aetatem feret,  
 omnesque illud bonæ mentis capaces, optimo merito semper,  
 dum manebit pretium litteris & antiquitati, admirabuntur.  
 Crispi insuper Cæsaris in nummo apud Patinum cernitur orbis aræ vel basi impositus; cum Ins. BEATA  
 TRANQUILLITAS; quia opera ejus debellatis Francis, Alemannis & Licinio, pax & tranquillitas orbi terrarum  
 erat reddita. Et hinc clarum utique erit, cur Metio Pomposiano  
 capitale fuerit circumtulisse *depictum orbem terræ in membrana*.  
 Licet enim aliæ quoque causæ, ut quod Imperatoriam genefin  
 habere dicebatur, concionesque regum ac ducum (quod male  
 expositum Tomasino optime interpretatur Spanhemius) ex T. Livio  
 circumferret, ipsum occidendi sævissimo tyranno fuerint; hanc  
 tamen non minimam existimo, quia orbis dominus poterat velle  
 videri, qui cum quotidie depictum secum habebat. ITALIA præterea  
 in nummis Titi apud Erizzum, & Antonini apud Tristanum insidet  
 globo terrestri, quia *rerum* erat, ut Rutilius canit, *Domina*;  
 & propter Romam reliquæ omnes regiones, vel ut Romani loquebantur,  
 totus terrarum orbis ipsi parebant. Et, quod notandum, nullæ aliæ  
 provinciæ globum apud sese habent, unam si excipias Britanniam;  
 quæ ut Antonini nummo orbi Oceano imposito insidet; & Hadriani  
 eum pede premit; quia à reliqua Europa divisum regnum, *alter*  
 quasi orbis habebatur & nominabatur, uti ex Servio, Floro, aliisque  
 auctoribus patet. Et ne dicam Neptunum, Fortunam, Venerem,  
 aliosque deos & deas in nummis orbem tenere propter imperium,  
 quod in terram habere putabantur; ille qui in mare conspicitur,  
 si terrestris est; terram & mare completitur, quæ ab Homero  
 descripta fuisse constat. Sic testatur Procopius statuam Justiniani  
 πᾶλον vel orbem gestare, ὅτι γῆς τε αἰτῶς ἢ θαλάσσης δεδῶλω) πᾶσι, *quia terra & mare ipsi subjecta est; tota*;  
 Tiberio Val. Maximus tribuit *maris ac terræ regimen*; Constantinusque  
 Monomachus Joanni Episcopo Euchaitensi in Jambicis vocatur  
 γῆς ἢ θαλάσσης κύριος ἢ δεσπότης. Nam, ut loquitur

Suet.  
 Deim.  
 cap. 10.  
 In vita  
 Livii Dis-  
 fert. 9.

Ad Ecl. 1.  
 1. 3. c. 3.

Lib. 1. quitur Strabo, ἡ γῆ ἐστὶ σφαιροειδὴς σὺν τῇ ὑπερῷ φούσ, terra est sphaeræ  
ræ similis cum aqua.

Cæterum ut ad vestes è diverticulo tandem redeam, & promissis fidem exhibeam; notandus diligenter ornatus, quo virgo digitum in globum intendens, insignitur. Nam, nisi plane fallor, est vestis ἐπερομάχαλ, vel *Exomis*; quæ partim fuit tunica, partim pallium: Hesychius: Ἐξωμῆς χιτῶν οὐκ ἔχει ἱμάτιον; quia scilicet ab una parte μαχαλίω id est *manicam*, ut vertunt eruditi, in quam brachium inferebatur, habebat; ab altera vero instar pallii vel chlamydis potius sive pepli induebatur: nisi diversas vestes describat Grammaticus; *exomidemque ἱμάτιον* respectu Philosophici pallii (quod ita appellatur) explicet, χιτῶνα vero, quia tunica etiam nomen erat.

Lib. 7.  
cap. 13.

Pollux *exomidem* tradit esse περικελευμα ἢ χιτῶνα ἐπερομάχαλον; neque aliter eam describit Auctor M. Etym. ἡ δὲ ἐπερομάχαλ ἢ ἀναεολῶ ἔχει, ἡ ἀνέδεν τῷ ὑσσίμῳ: *unicam enim manicam habebat, & pallium, quod constringunt nodo*; **Quin** & Hesychio ἐπερομάχαλ χιτῶν exponitur δευτικὸς ἐργατικὸς ἀπὸ τῆς ἐτέρας μαχαλίω ἔχειν ἐρραμμένῳ; id est, si Salmasium sequimur, *quod alteram alam habet fibulatam, sive nodo strictam*; ut autem mihi videtur, *sutam*; quia licet ῥαπίς acum fibulae denotet, non tamen arbitrator ῥάπτειν absolute unquam pro *fibula constringere* usurpari; unde & Lucianum vidimus συρράπτειν περόνας dixisse. Hæc ut clarius percipiantur, notandum *exomidas* in genere dici viriles & proculdubio etiam muliebres tunicas manicis carentes;

Lib. 7.  
cap. 12.

Gellius: *Viri autem Romani primo quidem sine tunicis toga sola amicti fuerunt: postea substrictas & breves tunicas citra humerum desinentes habebant, quod genus Græci dicunt ἰξωμίδας*; quales illæ sunt, quas antea in variis virginibus notavi. Inde hoc nomen datum etiam est vestibus, quæ relinquebant unum brachium & humerum nudum sive exertum, & ab altera μαχαλίω parte corporis habebant; quam per vocem si intelligere volumus *manicam*, proculdubio Virgo, quæ ansam huic inquisitioni dedit, tali induitur vestimento; & si manicam excipias, etiam illa, quæ secunda ab Homero descendens habitu & currentis supra antrum cernitur; quia & illa dextrum humerum exertum, & alterum latus, si brachium demissum foret, plane eodem vestimento tectum habet. Fuit & ἐπερομάχαλ εἰκετῶν sive *servorum*, quam ab *exomide* videtur distinguere



guere Pollux; quæque nisi plane fallor, conservatur in ta- Lib. 7.  
 bula Hieroglyphica, quam illustravit Joachimus Camera- cap. 13.  
 rius;



Tunica enim quin sit, dubitari nequaquam potest, quia  
 corpus, non secus ac vulgaris, totum complectitur; & cin-  
 gitur; est etiam ἐπερομάχαλον, quia unam tantum manicam  
 habet. Quin, ni fallor, additur etiam ἐγκόμωμα, quod ser-  
 vorum tunicæ proprium esse testatur Julius Pollux: τῆ δ' ἴσ' Lib. 4.  
 δέλων ἐξωμίδι ἢ ἱμαλιδίον π. περὶ σπειδ' λδουκὸν δ' ἐγκόμωμα λέγει ἢ Ἰππ. cap. 12.  
 ελημα; *Servorum exomidi vestis quædam affixa est alba, quæ ἐγκόμω-  
 μα vel amiculum dicitur.* Nam illud esse puto, licet nonnulli  
 chlamydem faciant, quod à tergo veluti vento agitur, nota-  
 tum

Grut.  
 P. 34. Inf.

Lib. 2. tum littera A. quodque videtur fibulis forte annexum, tolli potuisse; quia Longus narrat Tityrum Philetæ filium ἐγκόμμα abjecisse, ut celerius iter conficeret: nisi tamen alia vestis exterior ita vocata fuit; quomodo Varro apud Nonium puellis tribuit *encombomata*; quæ ῥαδωπαί, ut Gallorum *sagula virgata* apud Virgilium, & *auro virgatas vestes* apud Silium Italicum, facit Gatakerus. Sane puellarum *encombomata*, cultiora & elegantia aliqua insignes fuisse docere videntur κομώματα, quæ Suidæ sunt καλλιωπίσματα ornamenta; & κομῆδες, quod Epicharmo pro *ornari* usurpatur; nisi hæc significatio à vestium nodis vel fibulis descendat; quæ κόμβες vocabant, & in quibus non minimus vestium ornatu consistebat, ut ex variis auctorum locis, & multis earum figuris apud Joannem Smetium, Laurentium Pignorium, Casalium, & Rhodium patet; unde & factum forte ut περόνη à Phavorino explicetur κόσμησις; & fibulæ in jure vocentur *auro & arte pretiosæ*. Ut igitur fuerint ornatiores illæ virginum vestes; tamen nondum perspicio, quo auctore Gatakerus easdem *virgatas* faciat. Hesychio quidem κομώματα sunt τὰ ἐν τοῖς ῥαδωδοῖς μικρὸν τόπον ἔχοντα ὑπὸ πτελέων; sed quamvis ex his verbis certi vix quicquam, ipso fatente viro doctissimo, colligi possit, nullo tamen modo *encombomata virgata* nobis repræsentant. Nam Grammaticus scribit bullas & nodos in sceptris vel baculis torno factos à Græcis κομώματα appellari. Et tale sceptrum Jupiter gerit in nummo Græco apud Choulium, in alio gentis Juliæ apud Urfinum; eorumque multus usus in aula Constantinopolitana. Codinus Magno Domestico tribuit sceptrum μετὰ κόμβων ἰνοσηπίων, *cum nodis fibratis*; Magni Ducis tradit habere κόμβους χρυσοῦς ἐγκόπτες ἢ κενόλυκας ὠσαύτως χρυσοῦς; *bullas aureas incisas, & similiter condylos aureos*. Sed, ut finiam, Diana etiam in binis Commodi nummis percussis ab Ephësiis, atque ab incolis Raphiæ, apud Tristanum, tunicam ἐπερομάγαλον cinctam induitur, atque *expapillata*, ut Romani loquuntur, vel curru vecta, vel pedes venationi operam dat.

Lib. 13. cap. 21. Illa quæ dextræ antri oræ incumbit, & admiratur quasi Iliadem ac Odysseam cælitum numero adscriptas esse *soleas* elegantes gerit. Nam, quemadmodum ex Castricio monet A. Gellius, *Soleas* dixerunt Romani *omnia id genus, quibus plantarum calces tantum infirmæ teguntur, cætera prope nuda, & TERE-*

TIBUS HABENIS *vineta sunt*; unde Virgilius, Ovidius, Tibullus aliique sapissime *vincula* vel *compedes* eas appellant, Græci vero *συνδάλια*; de quibus egerunt tam multis eruditi viri, ut ne quidem videantur spicilegium reliquisse. Quæ igitur Lyram in primo antro pulsat, zona, non secus ac aliæ, sub ipsis mamimis more mulieribus usitato succingitur; Apulejus: *Ipsa linea tunica mundule amicta, & russa fasciola prænitente, altiuscule sub ipsas papillas succinctula.* Nihil frequentius in nummis occurrit; ipsique adeo viri ita interdum cinguntur, uti clarum est ex Hercule tragico apud Casalium, nec non homine, qui in marmore tragœdiam repræsentat. Induitur præterea tunicam talarem manicatam, qualem fere GAVIA Lib. 2. gerit apud Onuphrium, & mulieribus convenire monet A. Gellius: *Tunicis uti virum prolixis ultra brachia & usque in primores manus ac prope in digitos, Romæ atque omni in Latio indecorum fuit. Eas tunicas Græco vocabulo nostri chirodotas appellaverunt: feminisque solis vestem longe lateque diffusam decoram existimaverunt, ad ulnas cruraque adversus oculos protegenda. Latini stolam; vestem exteriorem pallam vel pallium vocant; ut plerique eruditi censent, excepto Rubenio, qui stolam non tunicas, sed pallia muliebria, sive, ut Græci loquuntur, ἀμπεχόνας facit: quam in virorum eruditissimorum litem ut non inquiri, ita Ciceronem video, atque Petronium togam virilem, & stolam, tanquam ejusdem generis vestes, opponere; contra Varronem ita loqui: *Accedit quod quæcunque usus causa ad vitam sunt adsumpta, in his utilitatem quærimus, non similitudinem. Itaque in vestitu cum dissimillima sit virilis toga tunica muliebri, stola pallio, tamen hanc æqualitatem sequimur nihilominus: ubi legendum, virilis toga tunica, muliebris stola: id est, licet toga virilis ac tunica; stola itidem muliebris & pallium plurimum inter se differant, tamen ab eodem eademve propter utilitatem sumuntur.* Lib. 7. de L. E.*

LYRA supra ostium antri quare ponatur, sat multis à me ostensum est. Addo tantum *λύραν ὀκτώχορον* celebrari Theoni Smyrnæo cap. 6. de Musica; & Ismaëlem Bullialdum corrigere decretum Lacedæmoniorum adversus Timotheum Milesium in notis ad auctorem laudatum: insignemque locum de chordarum in Lyra multitudine extare apud Nicomachum lib. 2. Enchiridii.

PILEUS in medio antri ore positus, licet satis explicatus

tus sit, tamen iterum ad partes vocandus; quia ansam præbebit in alios pilcos, & morem, quo Græci capita velabant inquirendi breviter. Communiter igitur capite aperto incedebant, uti vel patet ex viro, qui prope antrum stat. Sic apud Lucianum Anacharsis dicit consulto se domi πῖλον reliquisse, ne solus inter Athenienses peregrino habitu esset; interrogatque Solonem, quomodo ille confecta fere ætate πῖλον ὀμοιωτῶς perferre possit, cum contra ipse sudore diffucret, & ἐμπύπλον τῶν γυνῶν τῆ κεφαλῆ vix perferret. Quando autem caput tegere vellent, attrahebant in illud summam pallii partem, uti patet ex homine qui TRAGOEDIAM, nisi tamen distincta vestis sit, repræsentat. Ulysses apud Homerum

Luc. Gymn.

Od. Θ.  
v. 84.

Πορφύρεον μέγα φάσθαι ἑλών χερσὶ σιβαρήσι,  
καυκεφαλῆς εἴρωσε, κάλυψε δὲ καλὰ πρὸσωπα.

*Purpuream magnam vestem prehendens fortibus manibus  
Traxit in caput, & texit pulchros vultus.*

Et Hippocrates ἐν τῷ εἰκόσιν ἰσορεῖται τὸ ἰμάτιον ὅτι τῶν κεφαλῶν ἀναθεβλημῆσιν, ἢ σπεπίμωσιν, in stautis cernitur (male vertitur traditur) pallium in caput rejectum habens, & tectus; vel quia hic ejus mos esset, vel propter peregrinandi studium quo flagrabat, vel ob peculiarem ἐν τῷ χειρουργίαις morem; uti Suidas loquitur. Quin & teste Sorano non modo tecto capite pingebatur, verum etiam ἐν πῖλῳ, ὃ ἀπέδοσμεν ἐργασίας, κατὰ τὴν ὀδύσσειαν, pileatus, ut Ulysses, quod nobilitatis est insigne. Atque ita quidem communiter Græci capitibus apertis incedebant. Fuerunt tamen & homines, qui variis temporibus illa velabant; variorumque populorum celebrantur pilei. Nam qui opus rusticum faciebant five rustici κωμῆ utebantur: Homerus patri Ulyssis αἰγέλιω κωμῆν tribuit, id est, pileum ex lana vel pelle caprina: nam recte Eustathius scribit esse κωμῆν non pugnae utilem, sed simplex κάλυμμα τῆ κεφαλῆς; alibique κεινῶς λεγόμενον σιμάδιον ὅπερ Ἡσίοδ ὁ πῖλον ἀσσητὸν appellat; nempe in Operibus

Luc. Vita  
Hipp.Od. α.  
v. 230.

— — κεφαλῆσιν δὲ ὕπερθε


πῖλον ἔχειν ἀσσητὸν, ἢ ἕατα μὴ κατὰ δόξην

— — supra caput vero

*Pileum habeto elaboratum, ne aures humefiant.*

Atque ita Suidæ κωμῆν exponitur περικεφαλαίη, τῶν ἀργείων φόρημα; quam eandem Helotibus etiam Lacedæmoniorum tribuit





buit Myron teste Athenæo. Apud Athenienses ephebi, uti Lib. 14.  
 tradit Pollux, πέτασον gerebant; τὸ δὲ τῶ ἐφέβων φόρημα πέτασον:

& in theatris sedentes Æginetæ etiam videntur idem capitis tegmen sumpsisse. Nam Suidas testatur Draconem, cum apud eos in theatro propter leges latas laudaretur, ab injectis In v. πε-  
εαγείη.  
 εἰς πλὴν κεφαλῶν πετάσις, tunicis, & pallis suffocatum esse. & alibi in ἑπιφανῶς ἀγωνισμῶν vel egregie certantes, πετάσις ἢ ζώνια honoris n. causa jactos esse: nisi hoc ultimum solos ephebos gymnasio operam dantes respiciat, quos petasum sumpsisse ex Maccabæorum libris docet Salmasius; quanquam non ignorem alios aliter interpretari. Ut autem Lacones præcipue in bello pileis utebantur, ita & Thessalici laudantur; verum non ut illi referebant ovum medium, sed erant ampli, orasque latas habebant; unde ἡλιοσερῆς κωμῆ Θεσσαλίας vocatur In Oed.  
Coloa.  
 Sophocli; exponiturque Scholiastæ πλατύπιλον; Suidæ vero πεισιός, alibique eidem πλατύπιλον est κωμῆ Θεσσαλίας. Et ne quid de *causis*, quam Eustathius facit κάλυμμα κεφαλῆς Μακεδονικὸν ἐκ πίλων ὡς πάραν; de Getis & Hispanis, quos capita velasse ex Ad II. 3.  
 Ovidio & Seneca constat, dicam, laudantur etiam pilei Arcadici. Docui in Observationibus eos celebrari Valerio Flacco,

*Ille virum ut contra venientem, umbrataque vidit*

*Tempora, Parrhasio patriæ de more galero.*

nam parrhasion urbs est Arcadiæ: Quin & eorum meminit c. 4. Tacit.  
 Arrianus; ἢ πίλοι λακωνικῆ ἢ Ἀρκαδικῆ: & licet nusquam se invenire testetur doctissimus editor, tamen illos observo non modo apud Flaccum, verum etiam auctorem veterem, cuius verba laudat Suidas: ὡς δὲ ἡ ἐοδὴς αὐτῆ, Φαιός χιτῶν πεδῆρης In v.  
φαιός.  
 αὐτὸν ζώνη Περγικὴ ἢ πῖλον Ἀρκαδικὸς ἐπὶ τῷ κεφαλῆς; Vestis ejus (Menippi Cynici) fuit pulla tunica talaris, circa eam zona Persica, & pileus Arcadicus in capite; apud Statium: L. 4. Th.

*His arcus, his tela sudas, hic casside crines*

*Integit: ARCADII morem tenet ille GALERI.*

& tandem apud Polyænum: πῖλον δεκαδικὸν ἑπιθέμενον (Poly-  
 sperchon) ἢ τριζωνία διπλῆν ἐμπροπιτάμενον ἢ βασιλευσίου λαβῶν ἐφη

πρὸς αὐτοῖς: Pileum Arcadium imponens, pallium duplex induens, accipiensque baculum dixit ad eos. Qui nos in periculum vocant, commilitones, ejusmodi sunt homines. L. 4. Th.

*His arcus, his tela sudas, hic casside crines*

*Integit: ARCADII morem tenet ille GALERI.*

& tandem apud Polyænum: πῖλον δεκαδικὸν ἑπιθέμενον (Poly-  
 sperchon) ἢ τριζωνία διπλῆν ἐμπροπιτάμενον ἢ βασιλευσίου λαβῶν ἐφη  
 πρὸς αὐτοῖς: Pileum Arcadium imponens, pallium duplex induens, accipiensque baculum dixit ad eos. Qui nos in periculum vocant, commilitones, ejusmodi sunt homines.

VIRGO, quæ Odysseam representat fascia, circa quam capilli convoluti sunt, caput cinctum habet; quam non

modo *vittam*, verum etiam *diadema* appellant: uti Varro apud Festum ex emendatione Scaligeri: *Mulieres opertas auro, purpuraque: arsiuea, rete, diadema, coronas aureas, rufas fascias, galbeos, lineas, pelles, redimicula*: Nemesianus,

— *implicitos cōbibe diademate crines.*

& Prudent. lib. II. in Symm.

— *Crinalis acis, redimicula, vittæ:*

*Fibula, flammeolum, strophium, diadema, monile.*

Lucretius *anademata* vocat;

*Et bene parta patrum fiunt anademata, mitræ.*

Antro adstans ignotus vir tunicam atque pallium gerit: quod luce meridiana clarius patet quadratum esse, vel ex panno quadrato constare, & quatuor angulos habere; duos in superiori, duos in inferiori ora; quomodo pallium describit Albertus Rubenius. Sane hic bini duarum extremitatum anguli dependent, unus usque genua, alter usque pedes; reliquos autem, uti ex circumjectione patet, manu & brachio sinistro continet homo noster. Quin & eandem formam observes in pallio TRAGOEDIÆ, nec non in veste,

Lib. 5.  
cap. v.

qua Homerus in Olympo residens inferiorem partem corporis habet velatam. Appianus scribit M. Antonium *εολω τετραγωνον ἐκλωκω ἀντὶ τῆ περὶς*, id est, *Pallium pro toga sumpsisse*: Tertulliano *pallium* vocatur *extrinsecus habitus* & ipse QUADRANGULUS: illudque ita loquens introducit; *omnis Liberalitas studiorum QUATUOR MEIS ANGULIS vestitur*; id est, omnes qui studiis operam dant, ut Philosophi, aliique me quatuor latera & angulos habens, induunt. Neque enim, ut verum fatear, ego percipere possum, quomodo res aliqua *τετραγωνον* dici possit, nisi quatuor vel æqualia vel inæqualia latera habeat; & quicquid commententur viri doctissimi, arbitror hanc simplicissimam & verissimam *quadratarum vestium* explicationem esse. Sic Dionysius Halicarnassensis Lydorum & Persarum Regum pallia facit *τετραγωνα τῶ σχήματι*; & Strabo haud multo aliter chlamydem describit; quia terram probat esse *τετραπύραρον*; illique mox tribuit

Lib. 3.

*χῆμα χλαμυδοειδές*, figuram *chlamydi similem*; licet revera chlamys non plane fuerit quadrata, ut ut quatuor angulos habuerit. Verum operæ pretium me facturum arbitror, si quæ de veste eâ mihi notata sunt adjiciam; & aliquam lucem cum

Lib. 2.

ipsius




iplius tum Alexandriae formæ afferam. Fuit igitur CHLAMYs vestis exterior, in humero plurimum dextro fibula juncta; ita ut laevam tantum corporis partem amicaret: Isidorus; *Chlamys est que una parte induitur, neque consuitur, sed fibula infrenatur*; unde patet quam facile dimicaturi, potuerint illam colligere, & brachium sinistrum ea loco scuti munire; ut Alcibiadem fecissè memoriæ mandat Plutarchus; τῆ γ' αἰσπερῆ χειρὶ πῶ ἑαυτῆ χλαμύδα περιελίξας, τῆ δεξιᾷ πασάριον ὅ τ' ἐγχειρίδιον ἐξέπεσεν: non quod putem cum Jano Ulietio, viro doctissimo chlamydis inferiorem partem syrmatidis instar dependisse, & militiæ id maxime habuisse usum, ut non caudam illam, quod delicatiorum erat, pro impedimento traherent, sed etiam involuto chlamyde brachio ictus, scuti vice, exciperent. Nam nummi, lapides, ipsa denique ratio evincit militantium chlamydes nullum syrma vel caudam habuisse; sed ad genua vel paulum infra ea descendisse. Quæ autem fuerit ejus forma, disputant inter se eruditi: *Macedonicam* à reliquis diversam faciunt alii, alii eandem; Salmasius & Ferrarius illam inferiore parte censent fuisse conclusam, reliquas apertas; Petavius & Rubenius apertas omnes. Quorum opinionum quæ amplectenda sit, Ammonii verba diligenter examinata docebunt: χλαμύς, αἶτ, ἢ χλαῖνα Διφθέρας, καθὼς Διφθὸς πολλῶν ἀπέδειξε Δίδυμο ὃ ἐν Ἰσπομνήματι δόλιφω Ἰλιάδ ὃ· ἢ μὲν χλαῖνα ἠρωϊκῶν Φωρημα. Χλαμύς δὲ Μακεδονικόν, μὲν ἑξακόνσια ἔστι τ' ἠρωϊκῶν ὀνομασθεῖσα. Σαπφῶ αὐτῆ δὲ μέμνη τ' χλαμύδ ὃ Διφθέρειν Φησὶ ἢ τῷ γῆματι· ἢ μὲν δὲ χλαῖνα περὶ ἀγωνόν Φησιν ἰμάτιον; ἢ δὲ χλαμύς εἰς τέλειον παρὰ τὸ κατω σῶηκται; id est, *Chlamys* ὃ *Chlæna* differunt, ut multis ostendit Didymus ad librum Iliados secundum: *chlæna* enim vestimentum Heroicum, *chlamys* Macedonicum, post sexcentos ab Heroicis (alii ἠρωϊκῶν) nominatum. Sappho enim ipsa (parum abest quin scribam περὶ τῆ, prima, quia sæculo post Trojam expugnatam sexto extremo floruit illa) *Chlamydis* mentionem facit. Dicunt ὃ differre figura; *chlænam*que esse vestem quadratam; *Chlamydem* vero plane in imo in angustum cogi vel coartari. Ultima Ammonii verba motus præcipue dederunt, virique maximi ut in diversas abirent partes, fecerunt. Alii enim explicant in extrema parte undique clauditur; alii; in infima solum parte rotunda: alii denique; in imo in angustum cogitur; ita ut cunei fere formam & trigonum magis quam tetragonum referret, quam ultimam

Ulietii expositionem ego fere, utpote Græcis verbis convenientissimam, secutus sum. Nam *συνάγει* dicitur res, quæ cum lata sit, ad finem in angustias coit. Eustathius scribit terram habitabilem ἐφ' ἐκότερα μὲν ὠρύνει, ἢ πὶ τῆσδε τῆσδε συνάγει εἰς ἄλλοτερον; *utrinque dilatari, alias autem partes in angustias coire; id est, latiore inter septentrionem & meridiem esse, arctiorem ab ortu & occasu*: Strabo *χλαμυδοειδὲς σχῆμα τῆσδε οἰκισμῶσδε* facit, quia, ut ipse loquitur, *extrema longitudinis utrinque in angustum coartantur mari alluente; & alibi ita loquitur: λίγη τῆσδε χλαμυδοειδὲσδε πῶσδε τὸ σχῆμα· πικρὴ γὰρ συναγωγή τῆσδε πλάτης πρὸσ τοῖσδε ἀκροῖσδε ὀρίσσει*, ἢ μάλιστα τοῖσδε ἑσπερίοισδε; *Dicitur autem hæc figura chlamydi similis; nam in extremis latitudinem valde contrahi animadvertum est, præcipue in occiduis*. Cum igitur terra habitabilis sit chlamydi similis, cum Orientales & Occidentales ejus partes coartentur, sequitur hanc fere chlamydis formam; partesque notatas litteris A. B. fibula in humero dextra junctas fuisse; optimeque veteres dixisse eam εἰσ τελεῖον πρὸ τὸ κατῶσδε συνάγεισδε.

Explicationem sane meam vel veram vel vero proximam esse, fidem faciet Alexandriae situs Plinio Secundo memoratus: *Metatus est eam Dinocrates architectus pluribus modis memorabili ingenio, XV. millia passuum laxitate infessa, ad effigiem Macedoniae chlamydis, orbe gyrato lacinosam, dextra lævaque anguloso prokursu, jam tum tamen quinta situs parte regia dicata*. Non igitur circulari forma ad instar aliarum urbium exstructa fuit *μέγα τῆσδε Μακεδόνσδε*, uti Alexandriam vocat Zacharias Episcopus Mitylenes; sed *orbe gyrato lacinosam*; ita ut in medio orbem referret, atque ab utraque parte lacinias haberet, vel dextra lævaque angulose procurreret. Hanc meam expositionem firmat plane Plutarchus; cujus alioquin verba eruditione præstantes viri obscura judicant; quorumque sensum parum videntur percipisse: *τῆσδε ἁλφίτων λαμβάνοντες ἐν πεδίῳ μελαγχρῶσδε κυκλοτερῆ κελπον ἦρον, τῆσδε τῶσδε ἐν τῶσδε πελάγειαν ὀρθεῖσδε βάσεις, ὡσπερ γὰρ κρῶσδε εἰσ εἰσ σχῆμα χλαμυδσδε ὑπελάμβανον, ἐξ ἴσων συνάγον* τὸ μέγεθσδε; id est, ut vertunt; *Polema in campo nigro usi ad effigiem metati sunt chlamydis orbe gyrato lacinosæ sinum, cujus esset ab directis basibus æqualibus prokursus*. Tu, Lector, ut clarior locus sit, observa *κυκλοτερῆ κελπον*, orbem gyratum; cujus τῶσδε ἐν τῶσδε πελάγειαν, seu interiorem ambitum, rectæ bases, non secus ac laciniæ excipiebant, fa-

A.

B.





ciebantque chlamydis figuram, æqualiter contrahentes τὸ μέγεθος, id est, quæ ab utraque parte æqualiter contrahebantur vel coartabantur. Strabo non aliter interpretandus est: Lib. 17.  
 Ἐστὶ ἡ χλαμυδοειδὲς τὸ σχῆμα τῆς ἐδαφῆς τῆς πόλεως. ἢ τὰ μὲν ὅππῃ μήκῃς πλάτος ἐστὶ πρὸς ἀμφὶ κλυσαί, ὅσον περιάγουσιν αἰθίων ἐχόντων ἀλάμετρον. Τὰ ἡ ὅππῃ πλάτος οἱ ἰσθμοὶ, ἐπὶ τῆ ἡ ὀκτώστων ἐκάτερον, σφίγγουσιν τῆ μὲν ὑπὸ θάλασσης, τῆ ἡ ὑπὸ τῆ λίμνης: *Urbis solum chlamydis figuram habes; cujus latera quæ in longum tendunt, aqua circum alluuntur 30 fere stadiorum habentia diametrum; latera vero quæ in latum sunt, isthmis stringuntur septem octo stadiorum, qui hinc mari illinc lacu alluuntur.*

Diodorus quoque Siculus urbi duos aditus angustos tribuit, Lib. 17.  
 qui sunt Plutarchi *bases*, Strabonis *isthmi*, qui que faciunt ut chlamydis formam referat. Ἀνὰ μέσον γὰρ ἀνὰ μεγάλης λίμνης ἢ τῆς θάλασσης, δύο μόνον ὑπὸ τῆ γῆς ὀδὸς σενὰς ἔχουσιν, ἢ παυτελῶς ὀφθαλμῶν. ἢ ἡ ὑπὸ πρὸς τελευτῶν χλαμυδοειδὲς πλάσιον; *Cum enim hinc lacus, illinc mare mediam complectatur, duos tantum aditus à terra eosque angustos & facillimo præsidio tutandos habet: formamque urbis chlamydis similem efficit.* Quæ ut clarius ob oculos ponantur; figuram Alexandriæ, & auctorum verba ex quibus diligenter pensitatis eam, non tamen ad Euclidis præcepta construxi, apponendam curavi.

AA. Sunt *angulosi procurfus* Plinii: εὐθέως βασις Plutarchi: ὀδοὶ σενὰ Diodori: τὰ ὅππῃ πλάτος οἱ ἰσθμοὶ ἐπὶ τῆ ἡ ὀκτώστων ἐκάτερον; *latera quæ in latum sunt; isthmis stringuntur septem octo stadiorum, quos hinc mare illinc lacus alluit*, Strabonis. Qui tamen ultimi non tam urbis partes, ut priores, designant; quam qui eas vel angulosos procurfus sequebantur, isthmos; per quos aditus ad urbem patebat; quod monere volui, ne quis censor nimium rigidus & severus carperet.

BB. Notant πρὸς ἐνὸς ἀμφὶ περιελαίου *circuli*; seu κυκλιθερῆς κόλπῃς Plutarchi: atque *interior circulus* ideo vocatur, quia angulosi procurfus illi juncti sunt.

CC. *Orbem gyratum* Plinii: κυκλιθερῆ κόλπῃς Plutarchi: ἀνὰ μέσον Diodori Siculi: ὅππῃ μήκῃς πλάτος Strabonis, si nempe bina illa latera integra considerentur, quatenus mari vel lacu alluuntur.

DDD. Mare mediterraneum.

FFF. Paludem Marcotim; adeo ut vere scribat Alexandriam undique muniri ἢ δυσχερῆς ἐρημίαις, ἢ θαλάσσιαις ἀλιμύοις, ἢ πε-

ἢ ποταμοῖς ἢ ἕλεσιν, aut inaccessis solitudinibus, aut importuoso mari, aut fluviis aut lacubus.

H. Hic alicubi fuit magnus portus, cujus ad dextram erat ingredientibus insula Pharos, ad lævam cautes; & Lochias promontorium in quo regia est. Hic portus diligentissime, non secus ac alii exitus, sub Ptolomæis à custodibus observabantur, nec quisquam poterat ἀνδρῶν περὶ αἰγυπτῶν sine mandato; uti testatur Strabo l. 2. solvere.

I. I. Viæ duæ latissimæ, quæ sese medias ad rectos angulos secant; Strabo pag. 793. quæque columnis erant utrinque ornatæ; Achilles Tatius initio libri quinti, de Amoris Leucippes.

L. Locus ille, quo cum multa stadia progressus Clitophon pervenisset, aliam se civitatem videre putabat; cujus pulchritudo hoc pacto distinguebatur; ut quam longus esset columnarum in rectum dispositarum ordo, tam longus alius sese in obliquum intuentibus offerret; teste eodem Achille Tatio; qui addit ab Alexandro illi nomen fuisse: ἦλθον εἰς τὸ ἐπώνυμον Ἀλεξάνδρου τόπον. Et proculdubio ita vocatus fuit, quia ibi vel in urbe media fuit Alexandri Magni conditorium; uti docuit Casaubonus ad Suetonii Augustum. Sed quem ille *Didymum* vocat, is *Zenobius* est, uti patet ex centuria III. Prov. 94. qui tamen sua ex Didymo & Tharrhæo hausit, quemadmodum initio operis ipse testatur. Conditorium hoc ingressus fuit Augustus, ut puto, & corpus Alexandri inspexit, coronaque aurea imposta & floribus aspersis veneratus est, Dione & Suetonio testibus. L. Septimius Severus illud clausit, ἵνα μηδεὶς ἐπιμήτε τὸ σῶμα τέτε ἴδῃ, ne quisquam corpus ejus videret in posterum: quod factum oscitanter satis Suidas Severo sophistæ tribuit, uti notavit Salmasius ad H. Augustam. Aperuit postea Severi filius Caracalla; nam, ut scribit Joannes Antiochenus, *ingressus est μνημα Alexandri, demptum sibi paludamentum purpureum cum annulo & balteo & si quid præterea pretiosius gerebat, ἐπιθήκε τῇ ἐπιείκῃ σαρῶν solio ejus imposuit.* Sed & notandum hoc monumentum videri exstructum esse à Ptolomæo Philopatore. Is enim ob conjectam in custodiam Berenicem, ubi illa injuriæ impatiens venenum hausit, in somniis turbatus, *media in urbe monumentum construxit, quod Σῆμα* tempore Zenobii vocabatur: inque eo majores una cum illa con-

condidit, ἢ Ἀλέξανδρον τὴν Μακεδόνα. Hac quoque occasione examinandus alius ejusdem paroemiographi locus Prov. xxiv. Centuriæ v. ubi narrat Naëra & Chermiones statuas  $\omega\epsilon\tau\tau\epsilon\beta\eta\mu\alpha\iota$  τῶν Κλεοπέτρας, ἢ καλεῖται Μανσωλίον fuisse positas. Nam vel hic scribendum iridem  $\sigma\eta\mu\alpha\iota$ ; vel  $\beta\eta\mu\alpha$ ; quod tamen vix credo, eo sensu sumitur, quo *solum* fere apud Florum eadem in historia & alios.

M. Porta Solis.

N. Porta Lunæ. Nam has sibi obversas fuisse tradit Achilles Tatius; easque in his urbis partibus colloco, quia navibus ad Solis portam se pervenisse narrat Clitophon. Ex Nilo enim per fossam manufactam in paludem, ex palude in portum, qui ad portam Solis erat, naves appellebantur, uti patet ex Strabone, pag. 793. & clarissime pag. 800. *E Canopica porta exeunti ad dextram est fossa, quæ lacui jungitur, & Canopum fert: per lacum vero in flumen (Nilum) & Canopum & ad Sebédiam navigatur.* Arrianus libro tertio testatur Alexandrum Canopum cum venisset τὴν λιμνὴν τὴν μαρίαν navigasse: & Strabo pag. 801. inter Alexandriam & Canopum terrestre iter esse centum & viginti stadiorum; Κάνωβος δὲ ἐστὶ πόλις, ἐν εἰρησὶ ἢ ἐκατόν σπυροῖς ἀπὸ Ἀλεξανδρείας περὶ ἑξήκοντα. Sed quia paludis Alexandrinæ, vel lacus Marcotis mentio occurrit, quia & Alexander Magnus illam navigavit; nequaquam omittendum, Suidam memoriæ mandare Alexandro vehementem imbrem tunc temporis diadema decussisse, eumque ægre evasisse:

Εἰς τὴν λιμνὴν τὴν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ἀφικόμενος, τὸ διαδῆμα ἀπέβαλεν ὄμβρος κατὰρραγόντος, ἢ μόλις δὴ τὴν γῆν διενήξατο. Sed cum omnes auctores testentur, Persis primum debellatis & Dario occiso eum diadema sumpsisse, non videtur hoc verum esse posse. Favet tamen Cedrenus; narratque Alexandrum à Brachmanibus reversum, Ægypto occupata, Alexandriam condidisse, navigasse in palude spretis Chaldæorum monitis; imbribus oppressum diadema amisisse, ac vix salvum evasisse.

Favet valde venerabilis Beda, memoriæque mandat Alexandrum Hyrcanis & Mardis captis, *revertentem in Ammone*, id est, *Temp.* Ammoniaca regione *Parætonium condidisse*. Verum & hoc fabulis accensendum, quia Alexander nunquam ex Oriente in Ægyptum reversus est; amissique diadematis historia non in palude, ut censet Suidas, Marcoti, verum in lacubus cir-

L. 7. l. 17.  
in Syr.

ca Babylonem evenit & omen fuit morituri Alexandri, ut̄ testantur Arrianus, Diodorus, & Appianus: adeo ut apud Suidam, Cedrenumque scribendum ἐν Βαβυλωνίᾳ; vel potius, quia nova scriptura à veteri nimium abit, erroribus accensendum sit, quibus posterioris ævi scriptores res gestas Magni inquinaverunt: qualia plura in dissertationibus de Alexandro Vero & Falso, si otium mihi Deus tribuit, docebo.

O. Porta Canopica, Straboni memorata pag. 795. quia per eam Canopum & ostium Nili Canopicum versus iter erat; ejus ad dextram exeunti cernebatur διωρυγή και ωεική, in paludem Mareotim ducta, uti præter Geographum testatur Plinius Lib. 5. c. 10. *Mareotis lacus à meridiana urbis parte.* EURIPO è Canopico ostio committitur mediterraneo commercio. Fuit & prope hanc portam vel certe partem urbis, aquæductus subterraneus, per quem Nili aquam in cavernas totam per urbem derivabant, Cleopatrar̄ opus, si fides habenda Chronico Orientali, quod Latine vertit Abrahamus Ecchellensis: *Hæc aquæductum Alexandriæ construxit, & ad eam adduxit aquam dulcem ex flumine Nilo Ægypti.* Neque enim potuit in alia urbis regione fuisse, uti satis superque ex situ urbis & iis, quæ disputavi, patet. Meminit hujus operis etiam Haitho Armenus cap. LIV. *Histor. Orientalis: Aquam vero, quam bibunt civēs Alexandriæ, venire faciunt de flumine Nili, per quendam meatum subterraneum & occultum, & implent multas cisternas, quas habent in civitate ordinatas: nec non Leo Africanus: Cuique fere civitatis domui ingens cisterna concamerata, crassisque innitens columnis & fornicibus substructa est: in quas exundans Nilus per aquæductum in planitie magno artificio; extra Alexandriam constructum deductus, sub ejus mœnibus demittitur. Cisternæ porro successu temporis turbidæ ac cænosæ redditæ, plurimis æstivo tempore languoribus occasionem præbent.* Atque has ad cisternas, & Nili receptacula subterranea forte respiciens Aufonius, Alexandriam *domum fluminis* appellat; tanquam scilicet ibi habitaret, domos & tecta haberet: *Celebrant quidem, ait in Gratiarum Actione, solennes istos dies omnes ubique urbes, quæ sub legibus agunt, & Roma de more, & Constantinopolis pro luxu, & Carthago disincta & DOMUS FLUMINIS Alexandriæ;* quam vulgatam lectionem etiam Belgicæ nostræ decus olim Daniel Heinsius ad Horatium retinet; quia Pindarus urbes & locos fontibus fluviiisque cognomines οἰκηματὰ ποταμῶν appellat; & Græ-



& Græcorum imitator Aufonius propter vicinum fluvium Nilum Alexandriam *domum fluvii*: licet nequaquam ignorem viros eruditissimos rescribere *donum fluminis*; quia cum Ægypti inferior pars mari accepta referatur, & Herodoto aliisque vocatur δῶρον ἔ ποταμῶ; idem etiam de loco, in quo Alexandria, quam νεφέων εδον vel *simbriam* Ægypti eleganter vocat Aristides Tom. III. pag. 562. sita fuit, crediderunt; quæ emendatio ut verisimilis admodum; ita non repugnabo, si quis eam amplecti malit. Fossa igitur subterranea Nilus Alexandrinorum in cisternas admittebatur; quæ num à Cleopatra exstructa sit tamen, ut Arabs ille cenfet, facit ut dubitem Auctor Belli Alexandrini: *Alexandria est fere*, ait cap. v. *tota suffossa, specusque habet ad Nilum pertinentes, quibus aqua in privatas domus inducitur, quæ paulatim spatio temporis liquefcit, ac subsidit. Hac uti domini ædificiorum atque eorum familia consueverunt. Nam quæ flumine Nilo fertur, adeo fertur limosa atque turbida, ut multos variosque morbos efficiat.* Neque enim alia potest intelligi quam Cleopatra, ultima regina Ægypti; quia licet ante eam eodem nomine fuerint soror & conjux Ptolomæi Philometoris, atque Physconis, & aliæ; non tamen illis, verum maritis regibus opus adscriberetur. Deinde nec hoc verum esse potest, quia cum Cæsar bellum gereret adversus Alexandrinos, per quatuor tantum annos non sola, verum cum fratre Ptolomæo, à quo etiam expulsa erat, imperium tenuit; adeo ut satis pateat antiquioris regis illud opus fuisse; & si usum necessitatemque spectemus aquæ dulcis, alicujus ex primis. Per hunc igitur aquæductum Nilus fluebat in specus subterraneos, ibique aqua lapsu temporis, quia turbida & limosa pota nocet, *liquefcit*, id est clara fit, limus & sordes subsident, ac fundum cisternarum gravitate sua pressæ petunt; quomodo plane Ovidius *liquefactam undam* dixit, quæ clara fit & limpida. Canit ille Narcissum fontem, in quo se ipse tanquam in speculo cernebat, lacrymis turbasse, atque ita effigiem suam abiisse; & paulo post pectora sua nuda, cum clara iterum aqua foret, vidisse:

*Quæ simul aspexit LIQUEFACTA rursus in unda,  
Non tulit ulterius — —*

quod nollem mutasset vir Doctissimus.

P. Hic proculdubio fuit porta, cujus nomen nondum

repperi : Leo Africanus, licet recentior, eam suo tempore fuisse testatur : *Sita est forma quadrangulari ; portæ sunt quatuor : prima quæ orientem spectat ad Nilum constructa ; altera quæ meridiem ad lacum Buchiara ; tertia versus Barca solitudinem ad Occidentem : quarta ad mare mediterraneum, ubi est portus.* Quo ex loco simul patet, Alexandria formam valde mutatam esse : neque enim antiquitus fuit quadrangularis ; nisi aliquo modo, uti & Strabo chlamydem τετραγωνον facit.

Alexandria autem, vel ἡ Ἐ Μακεδόνων πόλις, uti vocatur Auctori vitæ S. Syncreticæ, cum aliis Ecclesiæ Græcæ monumentis à viro Doctissimo Johanne Baptista Cotellerio, edito, in quinque regiones fuit divisâ, ἐπὶ πέντε τῶν πρώτων σειρῶν τῆς ἑξαμμηκτῆς φωνῆς, idem nomen sortitas cum quinque primis literis alphabeti ; uti videntur verba Philonis, de quibus tamen consule Reinesium, interpretanda esse. Una harum regionum pars à regia, Plinio teste, occupabatur ; binæ Judaicæ dictæ, ob plurimos in iis habitantes Judæos, qui postea tamen in unam eamque angustissimam compulsi fuerunt, teste Philone. Nec illud omittendum est, Josephum Alexandria tribuere triginta stadia longitudinis, decem latitudinis : Μηδὲ μὲν γὰρ αὐτῆς τετρακοντὰ σταδίων, εὐρὸς δὲ ὅσην ἑλαττον δέκα ; unde constabit Clitophontem, cum dicit se multa stadia fecisse, postquam ad locum, cui nomen ab Alexandro erat, pervenisset, ad minimum quatuor vel quinque absolvisse : cumque isthmi fuerint septem octo-ve stadiorum, teste Strabone, quam proportionem latera ad mediam urbem habuerint. Ex Alexandria igitur forma, facile, quæ sit chlamydis, potest cognosci. Neque enim ulla alia est, quam qualem delineandam rudi Minerva curavi : habes circulum gyratum, medium corpus ab utraque parte tegentem ; habes angulosos procurfus, quorum superior fibula in humero constringebatur, alter magis tamen coartatus & rotundus fere ad genua dependebat. At *chlamydem*, à chlamyde diversam vestem, puto fuisse quadratam instar pallii, & stragularum quibus hodie mendici, quos *Bobemos* Galli, nos *Heidens* vocamus, velantur. Non alia insuper veste induitur puer, qui ΜΥΘΟΝ repræsentat ; indeque videtur factum ut stragulas *pallia* veteres vocaverint. Suetonius ; *Decubuit super lectum modicella culcita, veterem PALLIO STRATO instructum ;* quem hujus vocis usum

usum aliquot exemplis firmat Ferrarius, Vir Doctissimus.

Homo præterea noster tunicam gerit; quam non secus ac pallium vel χλαῖναν, vel φᾶρ Herobus suis tribuit Homerus; Ulysses minatur Therfiti se detracturum

Χλαῖναν τ' ἠδὲ χιτῶνα, τὰ τ' αἰδῶ ἀμφικαλύψῃ

Et Telemachus

— — Χιτῶνα πρὸς χροῖ σιγαλέον

Δύνεν γὰρ μέγα φᾶρ ὅππ' ἐπειροῖς βάλειτ' ὤμοις.

quod & postea Græci, exceptis Philosophis, aliisque qui rigidiorè vivendi rationem sequebantur, imitati sunt. Sed licet *chlæna*, vel *lenæ*, si Juba apud Plutarchum & Servio credimus, fuerit instar pallii vel φᾶρε quadrata, puto tamen aliter eam corpus velasse; & quidem fibula fuisse in humeris constructam, uti diserte docet Homerus Iliade xi. & Odyssæa xix. cum contra φᾶρ tantum circumjiceretur; ut Agamemnon è lecto surgens, cum tunica induisset;

— Περὶ δὲ αὐτὸ μέγα βάλει φᾶρ,

quomodo & de Telemacho poetam loqui ex verbis paulo ante laudatis constat. Sed & hoc observandum venit, pallium cinctum non esse, neque fibula in humero coerceri; quæ tamen aliquando facta esse auctores testantur antiqui. Nam Diogenes apud Lucianum ἀγχιώϊον τὸ τελευντικὸν cingens pallium dolium, in quo habitabat, sursum ac deorsum per Cranium volutat: nisi dicamus cingulum non adhibuisse Cynicum, verum medium corpus pallio involvisse, eoque se quasi cinxisse. Sic *chlamydem*, vestem itidem exteriorem, cinctam fuisse videtur docere Apulejus; Hic incinctus baltheo militem gerebat; illum

Quom.  
Hist. fec.

SUCCINCTUM CHLAMYDE copides & venabula venatorum fecerant: Nemesianus Dianæ venantis habitum describens;

Lib. xi.  
Met.

Sit chlamyds aurato multum subtemine lusa

Corrugæque sinus, gemmatis baltheus arctet

Nexibus: implicitos cobibe diademate crines.

Fibulæ autem in palliis usum fuisse docet Tertullianus: Pallium, extrinsecus habitus, & ipse quadrangulus, ab utroque laterum regestus, & cervicibus circumstrictus, in fibulæ morfu humeris acquiescebat: Sed ibi de proprio Carthaginiensium habitu, palliisque cultioribus loquitur, Græcorum circumjectu velabat corpus; Idem: At enim pallio nihil expeditius, etiamsi duplex, quod Crætæis mora nusquam vestiendo cum ponitur: quippe tota molitio eius est operiri

SOLUTIM. Id ex uno circumjectu liquet, equidem nusquam inbrumano, ita omnia hominis simul contegit. Verum cum pallium Philosophicum usurpaverint etiam sacerdotes Christiani, & ἀσκηταί; qui fit, ut Damasus Papa epistola, quam ad Acheiloum, Euridicum, Severum, Uranium, Philippum & Joannem scripsit, illud HABITUM IDOLI videatur vocare. Nescio, ait, quos ex Ægypto venientes in postulatione contra regulam ecclesiasticæ disciplinæ alienum à nostra professione in Constantinopolitana civitate CYNICUM ad sacerdotium vocare voluisse: mox; Quanta igitur hæc festinatio fuerit, nescio, ut cum Christianis hic habitus displiceret, tam insolenter totum quod non decuerat ageretur: & tandem: Huic homini, qui in HABITU IDOLI incedit, nunquam adscribendum est nomen Christiani: quia fieri non potest, ut qui placere gentibus desiderat, nullum nobiscum consortium integræ fidei possit habere. Nam cum Cynici pallio insignes, & gentiles fuerint, non absque ratione aliquis suspicari possit ejusmodi cultum habitum idoli appellari; maxime quia circa illa tempora Christiani pallio philosophico nuntium remiserant, vestemque communem & civilem habitum sumpserant; unde & Constantino Magno Imperatore Eustathius quidam Episcopus & Presbyteros ad antiquam ἀσκησιν & pallium reducere voluit, uti notavit Salmasius. Verum Holstenius existimat pallium vocari habitum idoli, forte quod dii gentium eo habitu pingerentur: ideoque id genus vestis graviter in Episcopis improbare tanquam superstitiosum Cælestinum Papam Tom. 1. Concil. Gall. pag. 55. Et sane talis occurrit Æsculapius in nummis Coorum & (hanc enim particulam sive ὑ subintelligendam esse, quicquid contradicat Tristanus arbitror) Milesiorum, aliorumque populorum. Verum mihi diligentius hunc locum expendenti, videbatur nonnunquam, per habitum idoli intelligendos esse capillos longos & promissos, quibus Maximus more philosophorum se foedabat, quosque Ecclesiastici doctores deponendos, barbamque alendam esse censebant. Tatianus enim scribit Philosophos alterum ex humeris neglexisse, sive pallio (ἡμάτιον, male ab interprete redditur tunica) non contextisse; καὶ τὸν ἀπὸ τοῦ κεφαλῆς ποικίλῃ, capillos demisisse longos, barbam aluisse & ἄσχητον ἡμεῶν habuisse: Seneca; Asperum, incultum & intonsum caput, & negligentiorē barbā, indictumque argento odium, & cubile humi positum, & quicquid aliud ambitionem

Ad Pall.  
Tertull.

T. 1.

ÆP. 7.

*perversa via sequitur, devito.* Inde Epiphanius Massilianos carpit, quod barbam τὴν μορφῶν ἑ ἀνδρῶν refecarent, capillos vero τρίχας ἢ κεφαλῆς haberent prolixiores, idque contra constitutiones Apostolicas; & Hieronymus scribit se fugere viros, quibus *feminei contra Apostolum crines, hircorum barba, nigrum pallium, nudi in patientia frigoris pedes*; quia ea omnia argumenta sunt diaboli. Quinimo non aliud in homine isto carpit Damafus; mittitque ad Acholium sibi non placuisse quod nescio quem Maximum ex Ægypto venientes COMATUM vel maxime, cuius habitus juxta Apostolum ignominiosus esset, Constantinopoli Episcopum ordinare voluissent; & alibi non immerito narrat eos qui ex Ægypto venerant, notatos ab omnibus discessisse, errorem suum condemnantes, ut amputatis ejus postea capillis, qui non recte fuerat ordinatus, & jacturam capitis sustineret, & quod ambierat esse non possit. Et Theodoretus lib. 5. c. 8. scribit Timotheum Alexandriae episcopum, eundem Maximum Cynicum ὁμοῦ ἀπὸ τοῦ κωνιακοῦ σκοπέου τὰ τρίχαι deversa subito cynica ejus coma, pro Gregorio episcopum ordinasse. Ordinationi, uti apparet, obstat inter cetera etiam capillus promissus, quem vel ob dictam causam *habitum idoli* vocat, vel quia ex ejus sententia ab Apostolo Paulo vetitus & gentilibus idololatrique (quos per *idolum* designare potest; ita ut idem sit, ac si dixisset, *in habitu gentilium*) relictus erat.

Restat tandem ultimum segmentum, in quo ὁ θωμαστός, uti appellatur Origeni, Homerus tanquam in adyto templi, velis ab alia ejus parte, ut fieri solebat, docente Salmafio, separato, sedet; & tot Virtutes atque Artes ipsi sacrum faciunt. Sedet autem non *hircorum barba*, ut modo audivimus loquentem Hieronymum, deformatus, sed ornatus lata eadem ac decenti. Philosophi eam in acutum desinentem habere solebant; unde Julianus Imperator ἑσπέρην βαθεῖαν Marco tribuit; & ipse sibi τὴν βαθύτητα ἑ γλαῖς, quia ambo ejusmodi habitum affectabant; uti vel patet ex Amm. Marc. qui memoriae mandat hunc *hirsuta barba in acutum desinente vestitum fuisse*. Bagoas Eunuchus apud Lucianum falsissime ridet Philosophos, & si prolixitate barbæ censendi sunt, dicit, hircos primas laturos; εἰ γὰρ ἔσσι πώγων ἑ βαθέ ἑ κείνεσθ δέει τὸς φιλοσοφῶντας, ἢ τρεῖς ἄν δικαιοτέρον περιεργάζηναι πίνων; Veritas apud eundem narrat, Parrhisiadem falsis Philosophis dilaceraturum

turum pallium, & rasurum τὴν πύγωνα ἐν χερὶ τετραγωνικῆ μαχαί-  
ρα, *barbam usque ad cutem hircina* (male interpres reddit *tragica*)  
*novacula*. Et nullum clarius exemplum promissi capilli, at-  
que hircinæ barbæ, quam in Callisthene Aristotelis socio,  
comite Alexandri Magni, & præceptore Lyfimachi, cum  
quo ille sculptus est in Marmore apud Ursinum ΧΛΙ. cum  
vocibus ΚΑΛΛΙΣΘΕΝΗΣ·ΑΥΣΙΜ. reliquis litteris detritis.

X.



ΚΑΛΛΙΣΘΕΝΗΣ·ΑΥΣΙΜ

Neque cum adsentiri possum doctissimo commentatori,  
ad Callisthenem poëtam Comicum lapidem referenti: cum  
quia nullus, quod sciam, eo nomine poëta fuit; tum quia,  
quem exhiberi putat. non Callisthenes, verum CALLIAS  
vocabatur, filius Lyfimachi cujusdam, Athenæo & Suidæ;  
& tandem quia non conveniunt filius senili plane vultu, pa-  
ter juvenili, contrariusque est ordo naturæ. Nullus igitur  
hic Callesthenes Lyfimachi filius, sed Callisthenes, & Lyfi-  
machus; cujus licet maximam partem detritus vultus, ita ta-  
men nummis convenit (præcipue æreo quem Illustrissimus  
Dominus à Netelhorst, ad Concilium Ordinum Generalium  
Fœderatæ Belgicæ delegatus, & Comitatus Zutphaniensis Sa-  
trapa servat, cujusque una in area cernitur Minerva cubito  
sinistro scuto innixa, dextra manu Victoriâ tenens; in altera  
vero Lyfimachi caput eodem plane mento, ore, & naso cum  
ins. ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΥΣΙΜΑΧ.) ut gutta guttæ similior non  
sit.

fit. Deinde non abit hic habitus ab horridis & asperis viri moribus; nam eum Arrianus scribit ἢ τὸ πῶν ὑπαλαγνότερον; & Plutarchus familiaritatem ejus narrat gravem aliis fuisse Δεὶ τὸ αὐστηρὸν propter morositatem; nec denique mirum Regem & Philosophum jungi; cum benigno semper ille in hunc, à quo præcepta virtutis acceperat, fuerit animo; & misertus tanti viri, non culpæ sed libertatis pænas pendentis, venenum ei in remedium calamitatum dederit. Sed omisso, in quem me *hircina barba* Hieronymi duxit, tramite, notandum **TEMPUS**, vel virum illud repræsentantem **ALAS** habere, & mento esse raso.

De **ALIS** quidem nonnulla monui; sed tamen non ingratis lectoribus rem me facturum persuasus sum, si quæ de **DIIS ALATIS** notata habeo, veluti ἐπεισόδιον rei vestitiaræ interferam. Et ne quid de Harpocrate, Ifide, Sole, de quibus alibi ago, dicam, **TO** autem quidem *Saturno* quatuor alas, humeris affixas quarum duæ expansæ, duæ demissæ erant, tribuere, ad indicandum eum dormientem videre, vigilantem dormire; quiescentem volare & volantem quiescere; adhæc capiti ejus duas alias affinxisse, quarum altera mentis principatum, altera sentiendi vim indicaret; πῶς ἢ λοιπῶν θεῶν δύο ἐκαστῶ περιώμασθε. Ἐπὶ τῶ ὤμων, ὡς ὅτι δὴ συνίστατο τῶ Κρόνου; cæteris vero diis alas in humeris duas, utpote cum *Saturno volantibus*; testatur Sanchoniaton apud Eusebium. L. 1. c. 18.  
 Scilicet cum persuasum haberent quicquid *immortale erat stare* Præp. Eu.  
*nescire, & æternitatem*, uti loquitur Mamertinus, *semperno se* c. 3. Gen.  
*motu servare*; non potuerunt hanc deorum naturam melius, quam alis exprimere; adeo ut ipse etiam *ἱεροθεαμματαπύς* alas capiti habuerit affixas, teste Clemente Alexandrino; & plerumque dii in tabulis hieroglyphicis alati conspiciantur. σ. Stro.  
 Nec dubito quin Phœnices & Ægyptios Græci; hos Romani imitati sint; & si non omnes, at saltem multos deos fecerint alatos. Orpheus apud eundem Eusebium Iovi alas tribuit; L. 3. Præp.

— — Πέρυγες ἢ οἱ ἐξεφύοντο  
 Τῆς Ἐπὶ πάντων ποταμῶν. — —

Et, si viris eruditis credendum, *Jupiter Pluvius* alatus cernitur in Antonini Romæ columna.

*Musas, Sirenas, Victoriâ, Irin, Amorem & Mercurium* non aliter effinxerunt Græci: *Porphyrus*; τῶς ἢ Μῆσας ἐπέρω-

ων ἢ τὰς Σειρήνας : καὶ τὰ αὐτὰ ἢ τῶ Νικίῳ , ἢ τῶ Ἰένῳ , ἢ τῷ Ἐρωτῷ , ἢ τῶ Ἐριμῷ ; notandusque obiter error viri docti , qui ex verbis paulo post sequentibus colligit Pindarum omnes deos alatos facere; cum contra Porphyrius narret poetam cum canere, deos omnes à Typhone fugatos non in homines, sed alia animalia, vel, ut Hyginus loquitur, *in feras bestias se convertisse.*

Fab. 196. Ut autem *Sirenes* virgines alatas fuisse notissimum est, ita de Musis apud alium auctorem, qui quidem nunc occurrat, nihil tale legi. *Victoria* frequentissime pennata in nummis occurrit; neque aliter auctoribus describitur; Ovidius; *dubiisque volat Victoria pennis.* Ut enim eleganter Latinus Pacatus differit: *Recte profecto germana illa pictorum poetarumque commenta Victoriam finxere pennatam, quod hominum cum fortuna euntium non cursus est, sed volatus. Quin & albas alas illi tribuit Silius Italicus:*

*Mecum Honor, & laudes, & læto Gloria vultu,  
Et Decus, & niveis Victoria concolor alis.*

Lib. 1. Hanc tamen Athenienses ἀπτερον, id est *sine alis* coluerunt; ne eos deferere & alios populos petere posset: Pausanias: ἡ δεξιὰ ἐν πύλαισι, ἡ ἀριστερὰ ἐν τῷ αἴθρῳ, *Ad vestibuli dexteram*

Lib. 3. *Victoriae alis carentis facellum est, causam reddit Idem;* ἡ ἀριστερὰ ἐν τῷ αἴθρῳ, ἡ δεξιὰ ἐν τῷ αἴθρῳ, *Athenienses semper mansuram secum, quæ pinnis caret, Victoriam interpretantur:* illudque templum adhuc hodie Athenis cerni, testis est Jacobus Sponnius, qui etiam non inelegantem sed veterum auctoritate destitutam rationem reddit; ideo nempe exstructum, quia

T. 2. Itin.  
P. 138.

Thesei de Minotauro victoria tam tarde Atheniensibus nuntiata est, ut *Ægeus* se, è rupe proxima præcipitaverit. Callamis Mantinxæ ad exemplar Atheniensis illius, ἀπτερον *Victoriae* statuum fecit, apud Pausaniam; & existat elegans epigramma Pompei in *Victoriae* simulacrum, cui fulmen Romæ alas abstulit;

Ἦ ὤμῃ πεμθεσίλεια πρὸν κλέος ἔπειτ' ὀλέπει  
Νίκη γάρ σε Φυγεῖν ἀπτερον ἔδύναται.

*Roma, caput rerum, nunquam tua gloria abibit:*

*Nam nunquam te alis deseret orba Dea.*

Ac talis cernitur in nummo Posthumi cum inf. VICT. COMES AUG. & S. C. nec non in alio Constantini Magni cum titulo: SARMATIA DEVICTA apud Patinum; imo & ante eos in ære Titi, cum Inf. VIC. AUG. S. C. apud



apud Ducem Arschotanum. Fingit quoque eleganter Plu-  
 tarchus, Fortunam desertis Persis & Assyriis, cum leviter De For.  
R.  
 pervolasset Macedoniam, Ægyptum, Syriam, & Cartha-  
 ginem, transmissō Tiberi, alas & talaria posuisse, ac missō  
 volubili globo, Romam, tanquam ibi mansuram intrasse;  
 Καὶ μεταβαίνοντ' ἢ Θύμβριν (ὡς ἔοικεν) ἔθηκε τὰς πτέρυγας, ἐξέβη τ' πε-  
 δάλων, ἀπέλιπε τ' ἄπιστον ἢ παλίμβρολον σφῶαρον. ἕτως εἰσῆλθεν εἰς Ρώ-  
 μῳ ὡς ἠδύσα: Et transmissō Tiberi, ut videtur, alas posuit, talaria  
 exiit, reliquit infidum & volubilem globum; atque ita Romam, ut ibi  
 mansura est ingressa. Et antequam Victoria relicta ad alios alatos  
 deos me convertam, non ingratum fore Lectori existimo,  
 si inscriptionem veterem sæculo decimo Carthagine Sparta-  
 ria in Hispania visam Luitprando, & ab ipso in Adversariis  
 positam, verum non intellectam, subjiciam:

VICTORIÆ. AUGUSTISSIMÆ. C. VALE-  
 RIUS. FELIX. EX  
 VOTO. D. D. CURANTE. MAXIMIANO. UR-  
 BIS. TURBULA  
 NÆ. PATRONO.

Arbitratur ille hanc positam esse S. Victoriæ Virgini & Mar-  
 tyri domo Romanæ & passæ in civitate Turbela; eamque  
*Augustissimam* vocari propter egregiam ejus sanctitatem. Sed  
 falli virum non indoctum illo sæculo facile perspiciet is, qui  
 noverit Victoriā nominari *Augustam*, & vel à limine saluta-  
 vit marmora vetusta.

MINERVÆ talaria tribuit Cicero: *Quinta*, Minerva,  
*Pallantis filia, quæ patrem dicitur interemisse, Virginitatem suam vio-*  
*lare conantem, cui pinnarum talaria affingunt.* Et illi, quæ *Victoria* est  
 cognominata, Phornutus, vel Cornutus potius ex interpre-  
 tatione Jodoci Velarei: *Adhæc auxiliatricem & Agelaida*, id est,  
*prædatricem vocant, id quidem ab auxiliando deducentes: nam ad de-*  
*pellendam injuriam atque ferendam opem satis est instructa, unde &*  
 VICTORIA est appellata: Paulo post: *Deinde alata quoque in-*  
*ducitur ob acrem minimeque retrahendum ad res impetum.* Quin & A-  
 thenis in arce Ἀθηνῶν ἢ Νίης simulacrum fuisse alis aureis or-  
 natam ex Aristophonte Pythagorista, Aristophane, & Eu-  
 stathio probat Græcarum Antiquitatum promus condus  
 Joannes Meursius. Nonnus cum vocat ἀρηγόρα θήλον Ἀθήνων  
 Νίηω ἢ καλέσσι; quod cum Labino nollem vertere, *Marte*

Lib. de  
 N. Deor.

L. 1. Lecta.  
 Att. c. 20.  
 Lib. 27.

genitam, quippe quem nemo ejus patrem facit, verum auxiliatrix: illiusque meminit etiam Euripides;

Μὰ τῶ ἀδελφεῖσιν ἀρμασὶν ποτε

Νίκη Δ' ἦλ' ἂν Ζηνὶ γηγεῖς ἔπι :

Non per eam quæ quondam curru vecta tulit opem

Victoriam Minervam Iovi adversus terrigenas.

Lib. 3. Nec non Arnobius, si modo levissima mea eruditus placet mutatio: Quod si accipit, ait, res fidem, nulla est ergo (Minerva)

L. 3. c. 7.  
Cr. Arn.

Mentis filia, nulla Victorie, nulla Iovis enata de cerebro: Meursius faciebat Metis filia, nullave Coryfæ; verum cum nimium recedat à vulgata scriptura; cumque ve alteri voci junctum, orationem quasi interrumpat, fingebam nonnunquam: nulla VICTORIA, nulla; ita ut dicat, non esse Minervam,

I. lib. 2.  
Dion.

quam Victoriam cognominabant. Præterea, ut alii scribunt, Minervam cum Iove contra gigantes stetit, ita idem Victorie tribuit Nonnus:

Καὶ Διὸς μενωθέντι παρήγορ' ἔκετο Νίκη

Ἡ ἔρ' ἀνεῖ κέλευθα Νηλεΐδῃσιν πεδίω.

Aut Iovi soli relicta auxiliatrix Victoria

Aëris summas vias secans talaribus.

utque Minerva Iovis capite prognata, ita etiam Victoria, docente Judæo Philone; Μόν' ἢ, ὡς ἔφω, ὁ ἐπὶ ἔτε ἡμεῖς πεφύκεν, ἔτε ἡμεῖς; δι' ἡ αἰτίαν οἱ μὲν ἄλλοι φιλόσοφοι ἢ ἀεὶ θμὸν τῶν ἐξομοίῃσι τῇ ἀμύσει Νίκη ἢ παρθένη, ἡ δὲ ἐν τῷ Διὸς κεφαλῆς ἀναφανῆναι λόγ' ἔχει: Solus, ut dixi, septenarius nec natura gignit, neque gignitur. Quam ob causam alii quidem Philosophi numerum eum similem statuunt Victorie, matrem non habenti, atque Virgini, quam prognatam è Iovis capite vulgo ferunt: quanquam hic possit non tam Victoria, quam Minerva Victoria intelligi, quia alii tradunt numerum septenarium eandem ob causam Ἀθῶν appellari, τριπεθέριαν, Γλαυκῶπιν, Ἐργάνην, & aliis, quæ dea tulit, nominibus. Et vel ideo Minerva Victoria coli potuit, quia hæc plerumque est illius sive ingenii ac rationis opus, ut Aristides

Orat. in

Min.

Lib. 1.

Ep. 10.

Curr. l. 8.

c. I. & XI.

& auctor M. Etym. tradunt; quo pertinet Varronem apud Acronem Horatii Scholiastem tradere, Vacunam Sabinorum Deam esse Victoriam, & ea maxime eos gaudere, qui Sapientia vincunt: Alexandrum Magnum parta celebri victoria aras Minervæ simul & Victorie exstruxisse; & denique in Nummo Caracallæ apud Tristanum, & alio Pescennini Nigri apud Joannem

Vail-

Vaillant exhiberi MINERVAM VICTRICEM, dextra victoriolam tenentem; tanquam sola foret Νικηφόρος & victoriarum causa: quo pertinet apud Urfinum in Gente Hostilia cerni Victoriā alatam, & galeatam; humero sinistro impostum habentem tropæum, dextra manu gerentem caduceum.

Sequitur apud Porphyrium IRIS, quam *χευπέπτερον* vocat Homerus; cui etiam *alas* tribuit Virgilius;

*Ergo Iris croceis per cælum roscida pennis*

*Mille trahens varios adverso Sole colores*

*Devolat. — —*

& Apollonius Rhodius

— — ἢ δ' ἀνόρασεν

Ὀλυμπὸν δὲ θεῶσι μέγ' ἁρσίνην πτεροῦρασιν.

aliique poëtae.

AMOREM vel Cupidinem alatum esse notius est, quam ut probari debeat; *alas versicolores* ipsi tribuit poëta anonymus; In Cat.

*Marmoreusque tibi, Dea, versicoloribus alis*

*In morem picta stabit Amor pharetra.*

*alatos pedes* Eustathius l. 2. de Ism. & Ismenes Amor: τὴν πρὸς δὲ μὴ κατ' ἀνθρώπων ἦσαν τῶν μειοζυγίων, ἀλλ' ἔσαν πτερόν. *Quin & ipsa Venus alata est in gemma antiqua apud Leonardum Augustini centesima quinta decima partis primæ; & alia signatoria, si modo genuina est, apud Ramiresium ad Martialem.*

Exstat quoque elegans nummus inprimis apud Carolum Patinum, cuius una in area Alexander Magnus, diademate cinctus, in altera puerulus alatus, colliculo infidens, uvam dextra ostentans, sinistra manu vestem, qua superior corporis pars velatur, elevans cernitur. Hoc quid sibi ænigma velit, non facile adipisci esse fatetur vir Doctissimus: mihi autem nonnunquam videbatur artificem jungere voluisse duo numina, Bacchum & Cupidinem; quia, ut Terentius loquitur, *Sine Cerere & Baccho friget Venus.* Hoc est quare vinum vocet ἔρωτα & ποσὶν Achilles Tatius; quare Euripides *νεκρον*

*Ἀφροδίτην* esse dixerit Διονύσου δῖον καὶ Διμήνη τε; & quare Gnidi circa templum Veneris celeberrimum, omnes arbores vitibus maritata, teste Luciano, fuerint; adeo ut non incon-

cinne scribat Joannes Sarisberiensis, *Bacchum plerumque Venerem expugnare, & tamen in sacello voluptatis nemine reclamante convenire.*

Exstat hanc in rem elegantissima gemma apud Antiquarium

urbis præcipuum Leonardum Augustini; cerniturque in ea Venus compositis rite capillis decora & nuda plane, manu dextra tenens tres sagittas; sinistra vero lanceam sive thyrsum, quem ambit vineæ ramus racemis onustus, cujusque summitati impositæ sunt spicæ; ad indicandum scilicet Venerem absque illis rebus frigere. Uvas ore petit Cupido alatus, & ante eam sedet Cupido alius vel puerulus carenalis; quo ænigmate, licet vates non sim, arbitror significari amorem vulgarem Cerere ac Baccho ali, sæpissimeque castra mutare & dubiis volare pennis; at cælestem sive purum & pudicum stabilem esse, proptereaque alis carere ac federe. Et inde forte Bacchus  $\epsilon\rho\epsilon\beta\iota\upsilon\theta\iota\circ$ , narrantibus Suida, Hefychio, & Zenobio vocatus est; quia ut  $\epsilon\rho\epsilon\beta\iota\upsilon\theta\iota\circ$  est  $\epsilon\pi\epsilon\rho\gamma\epsilon\lambda\eta\delta\varsigma$   $\pi\epsilon\rho\varsigma$   $\tau\acute{\alpha}$   $\acute{\alpha}\phi\rho\omicron\delta\iota\sigma\iota\alpha$ , ita etiam ille ad Venerem excitat: ac Venus  $\mu\upsilon\varsigma\iota\varsigma$   $\nu\acute{\alpha}\mu\alpha\lambda\circ$  Anacreonti; licet ejus sensum nequaquam perceperit interpres, & Faber Tanaquillus, vir acerrimi ingenii, locum putaverit esse hiulcum & abruptum. Poëta poculum sibi cælandum describit, jubetque in eo effingi ver, rosas, comestationem; removet autem  $\pi\lambda\epsilon\tau\acute{\iota}\varsigma$ , quæ ad expiationem scelerum pertinent, tristemque mortis & suppliciorum imaginem continent: deinde mandat, ut  $\Delta\iota\omicron\varsigma$   $\gamma\acute{\omicron}\nu\omicron\nu$  Bacchum pingat; quia scilicet,

Car. 18.

$\mu\upsilon\varsigma\iota\varsigma$   $\nu\acute{\alpha}\mu\alpha\lambda\circ$   $\eta$   $\kappa\upsilon\pi\epsilon\iota\varsigma$   
 $\tau\acute{\iota}\mu\upsilon\alpha\iota\varsigma$   $\kappa\rho\tau\acute{\epsilon}\sigma\sigma\alpha$ .

id est, Venus hymenæos plaudens, vel nuptiis delectata, est mysta vini, initiata Baccho, sive sacrata Bacchi: utque hic  $\nu\acute{\alpha}\mu\alpha$  absolute de vino, ita & latex Virgilio usurpatur,

Dixit & in mensa LATICUM libavit honorem.

Bacchum præterea thyrsum tenentem & currui à tigribus tracto insidentem comitatur Cupido nescio quid manibus tenens, in Trajani apud Patinum; atque in Perperenorum nummo idem ebrius, titubansque & uvam supra caput tollens, à puero parvo alatoque sive Cupidine sustinetur. Quin & in ejusdem gentis numismate in honorem itidem Commodi signato apud Sirmondum, Cupido alatus, cantharum tenens sacratæ Baccho bestię, quam Satyrus ducit, insidet, non secus ac in alio L. Aurelii Cæsaris apud Æneam Vicum, jaculum manu continens, quorum est ypos exhibeo.

C. 6. Th.

In Anti-Trift.

Atque



Atque ita in marmore apud Boissardum, in annulo apud Gorlaeum primo & trigesimo puerili facie & statura Cupido, alatusque uvas tenet. Nisi tamen quis sentiat, Bacchum in Commodi numismate ipsum alatum esse, quia non modo cantharus facer deo illi, verum & Satyri perpetui comites, & dicatum animal adsunt. Sane *volitantem Bacchum* celebrat Catullus ;

Carm. xv

*At parte ex alia florens VOLITABAT Iacchus.*

*Cum thyaso Satyrorum & Nisigenis Silenis.*

nisi quis interpretari malit ; Bacchum florentem, sive ut Pausanias loquitur *ἀνθιον*, huc illuc, modo in hanc modo in illam partem se contulisse ; quo sensu frequentissime hæc vox usurpatur. Et Bacchus vel alatus erit, quia ut alæ aves, ita vinum homines attollit ; unde & à Doriensibus

Lib. i.

Ψίλας cognominatus est, Pausanias ; Θεῶν ἢ σέβασι οἱ ταύτη τὸν τε Ἀμυκλαῖον ἢ Διόνυσον ὀρθότατ' ἐμοὶ δοκεῖ, Ψίλαν ἐπονομάζοντες · Ψίλα γὰρ καλεῖσθιν οἱ Δωριεῖς τὰ πλεεῖσθ' ἀνθρώπων ἢ οἶν' ἐπαίρ' τε ἢ ἀνακυφί' ἢ γυώμω εἰδέν τι ἦσαν ἢ ὀνομάσθαι πλεεῖσθ' : Venerantur horum locorum incolæ præ ceteris Amyclæum & Liberum, quem optime Psilan nominant. Psila enim Dorienses alas vocant. Vinum vero homines, perinde ac volucres alæ, incitat & subleuat : vel ideo deus ille alis erit instructus, quia tam arcte Cupidini junctus est, atque, ut alio loco canit Eu-

Lib. 3.

οἶνε ἢ μηκέτ' ὄντω, ὅσκι ἐστιν Κύπελλος

οὐδ' ἄλλο τεροννὸν εἰδέν ἀνθρώποις ἐπι.

Nec, quod nonnulli forte objicient, insolens duorum vel plurium numinum proprietates & insignia uni dari. In numis

mis

Tit. 2.  
P. 42. 43.  
Tit. 3.  
p. 197. &c  
Tit. 1.  
P. 183.

mis apud Trifanum APOLLO, MERCURIUS, NEPTUNUS; CYBELE & MERCURIUS: ISIS & OSIRIS: JUPITER & NEPTUNUS: & in alio apud Patinum Juliae Mamææ, HERCULES & BACCHUS junguntur. Cujus superstitionis clarissimum exemplum Juno, quæ in templo Deæ Syriae culta fuit; Lucianus; Η ἡ Ἡρη σκοπέοντι τοι πολυειδέα μορφῶν ἐμφανέει· ἢ τὰ μὲν ἑξυμπαντῶ ἀτρεκέει λόγῳ Ἡρη ἐστὶ· ἔχει δὲ τὴν Ἀθλιωαίης, ἢ Ἀφροδίτης, ἢ Σελλωαίης, ἢ Πένης, ἢ Ἀστειμίδου ἢ Νεμείσου, ἢ Μοιρέων. Χεῖρὶ δὲ τῆ μὲν ἐτέρῃ σκῆπτρον ἔχει, τῆ ἐτέρῃ δὲ ἄτρακλον· ὅππὶ τῆ κεφαλῇ ἀκτῖνας τε Φορέει ἢ πύργον, ἢ κέσων, τῶ μὲν τῶ δὲ ἐργίαν νοσμέεισι; *Juno autem si propius contempleris, haudquaquam unius speciei formam præ se fert. Nam in univèrsum quidem, quod vere dixeris Juno est: ceterum habet quippiam & Minervæ, & Veneris, & Lunæ, & Rheæ, & Nemeſis & Porcarum. Ac altera quidem manu sceptrum tenet, altera colum, & in capite radios gerit, & turrim & cæstum habet, quo solum Cælestem exornant. Et nonnunquam suspicatus sum ejusmodi signa PANTHEA fuisse dicta; quale celebratur in Inscriptione antiqua. Neque enim existimo cum viro eruditissimo ejusmodi signum esse, quod unius quidem è legitimis & majorum gentium diis statua esset, eaque vastior, in ejus sive templo, sive æde constituta, sed reliquorum deorum icunculas hinc inde haberet anaglyptas, eo modo quo simulacra vel Victoriolam altera manu sustinere, vel habere posterganeam, vel capitibus supervolantem, ut in nummis quibusdam, videmus. Talia namque simulacra nec in nummis, nec in gemmis, nec in lapidibus occurrunt unquam; nemoque veterum eorum vel levissimam mentionem fecit; sed, ut docui, insignia variorum numinum uni, uti vel ex Harpocrate meo patet, dantur; atque per ista SIGNUM PANTHEUM efficitur; quod, uti in lemmate Aufoniani epigrammatis legitur, omnium Deorum argumenta habet.*

Lib. 2.  
Icon.

PLUTUS apud Rhodios alatus præterea cultus: Philostratus; Εὐθέσκει τῆ ἀκροπόλει ἢ ὁ δαίμων ὁ Πλάστου· γέγραπται πηλῶς μὲν, ὡς ἐν νεφῶν, χρυσοῦς δὲ ἀπὸ τῆ ὕλης, ἐν δὲ ἐφάνη· γέγραπται ἢ βλέπων· ἐν περὶ τῆς αὐτῶν ἀφῆλο: *Plutus quoque daemon arcis (Rhodiorum) præ est; pictus autem est alatus quidem, ut è nubibus aureus vero à materia, in qua apparuit; pictus etiam est oculatus; ad eos enim ex providentia accessit.*

**DIANAM** alatum in arca Cypseli fuisse testatur Pausanias; Ἀρεμὶς ἣ σὺν οἶδα ἐφ' ὅτῳ λόγῳ Πέρυγας ἔχουσι εἶναι τῶ ὤμων, ἢ τῇ μὲν δεξιᾷ κατέχει παράδειον, τῇ δ' ἑτέρᾳ τῶ χειρῶν λέοντα; *Fam vero Dianam quamobrem volucrem fecerint, non facile dixerim. Humeris ale applicite sunt, dextera pardalim tenet, leonem altera. Qualem in nummo Trajani curru à centauris tracto insistentem, arcu & sagittis armatam cerni arbitratur Trifanum: quo etiam per-*

Lib. 5.

Tit. 1.  
P. 404.  
Lib. 1.  
pag. 63.

**NEMESIS** alata laudatur Pausaniæ; Πτεροὶ δὲ ἔχον ἐδὲ τῆτο πὸ ἀγάλμα Νεμέσεως, ἕτε ἄλλο πεποιήσῃ τῶ δρχαίων. Ἐπειδὴ ἡ Σμυρναίοις τὰ ἀγνώτατα ἔδρανα ἔχον πτεροὶ οἶδα ὕπερον, ὅτι φαίνεται ἡ γῆ πῶ θεὸν μάλις ὅτι πῶς ἐρᾶν ἐφέλασιν, ὅτι τῶτων Νεμέσι πτεροὶ ὡσπερ Ἐρῶν ποῖσι; *Nemeseos neque hos neque aliud vetus signum alas habet. Apud Smyrnaeos, quæ maxima cum religione coluntur signa alas habere postea deprehendi; cuius rei causam suspicor esse, quod cum dea maxime amatoribus præsit, ei ut Amori alas addunt.*

**JUSTITIAM** alatum facit Æneas Sophista; & Pindarus; ut indicarent procul dubio, celeritatem vindictæ divinæ ad puniendam crimina.

Ep. pen.  
In Pyth.  
& Nem.

**MOMUM** reprehensionis & convitii deum Alcæus, Comicus antiquus; Μῶμος λαίψηρος ἐξέφυγεν Πέρυγας. quia nihil est tam volucrum, quam maledicentia, & carpendi alios tetra libido; nihilque citius excipitur, vel latius dissipatur.

**AURORAM** talem in nummo Gentis Plautiæ occurrere notat Antonius Augustinus. Et proculdubio respicit illum, in quo apud Urfinum Virgo alata in aëre quasi pendens, & quatuor equos contumaces coercens cernitur. Nam & illi equos roseos tribuit Ovidius: & Ionem Chium poetam dithyrambicum αἰσίον αἰσέρεξ *fidus eorum* vocarunt teste Aristophane in Pace; quia oden fecerat, cui principium erat; Ἀἰσίον ἀεροφοίτων αἰσέρεξ μείνομεν Ἀελίς λδκῆ Πέρυγι πρὸδρομον; *Eorum aëritvagum fidus expectamus, albis alis anteambulonem Solis*; uti legere apud Scholiastem licet; quanquam non plane eadem res sint stela, quam luciferum vocant, & aurora.

Dial. 5.

Lib. 1.  
Am. El. 5.

**FORTUNÆ** alas quoque tribuit Joannes Sarisberiensis; Quos Fortunæ gratia **ALARUM** suarum remigio ad sublimia subve-

L. 3. c. 6.

*bit, & extollit; & à quibus quælibet magna domus dispositionis suæ formalam trahit, & habitum mutuatur: qualis etiam cernitur in variis numismatis, quæ Suaresius & Kircherus luce publica donarunt.*

V E N T I alati cernuntur in turri marmorea, quam Athenis olim fecit Andronicus Cyrrethes, quamque Sponnius *ἀνδρόνικος* itinerario suo eruditissimo inseruit. Et quod notandum in Secundinorum monumento ad Mosellam in provincia Luciliburgensi, ventus alas, inter quas cornu oritur, capiti affixas habet, uti docet Wilthemius. Et ne poëtas omnes advocem, ecce Boreæ etiam alas tribuit Ovidius;

*Hæc Boreas, aut his non inferior a locutus*

*Excussit pennas — —*

Et mox

*— — parvidamque metu caligine tectus*

*Orythyan amans fulvis amplectitur alas.*

Noto Valer. Flac. Lib. 1.

*— Zephyrusque & nocti concolor alas*

*Nimborum cum prole Notus.*

adeoque sibi placuerunt in hoc figmento, ut & Boreæ filii Zeti & Calai alas tribuerent; uti Argonauticorum scriptores, & Ovidius docent.

P A C E M in Græcis Locrensiū nummis occurrere sedentis habitu & alatum, gerentem caduceum; cum Inf. ΕΙΡΗΝΗ testatur Antonius Augustinus: eademque talis cernitur in nummo Claudii Imp. cum Inf. P A C I A U G U S T Æ.

SOMNI alati effigiem edidit & illustravit nuper vir doctus; & Gruterus insuper testatur in marmore Romæ reperto cerni genium alatum, dormientem, dextra manu in humerum sinistrum, à quo velum retrorsum dependet, posita; sinistra mentum sustinente; crure sinistro in dextro imposito eumque faci inversæ inniti. Genius hic mihi vel somnus est, quia additur SOMNO ORESTILLA FILIA; vel GENIUS SOMNI in alia inscriptione laudatus. Verum, cum monumentum illud positum sit mortuis, arbitror SOMNUM hoc loco *mortem*, quæ in aliis inscriptionibus appellatur SOMNUS ÆTERNALIS, SOPOR, SOMNUS, ΥΠΝΟΣ; & figuram alatum inversæ faci innixam nihil aliud quam animam è corpore migrasse, denotare.

Est quoque simulacrum mulieris alatum, serpentum gyris



circumvolutum, & innixum hastæ in pictura hieroglyphica Camerarii; qui arbitratur eam esse naturam, leges quasdam sua naturali prudentia & rediviva procreatione omnibus rebus nascentibus præscribentem. Verum, quia Lunæ comes, & quia similis plane absque alis figura Soli additur, potest Nox esse. Illi alæ tribuuntur, quia celerrime fluit, & vix homines dormientes eam præteriisse sentiunt: quod plane contrarium in DIE, qui Soli additur, obtinet; quia ob labores & ærumnas pluribus mortalibus, rusticis maxime, longus videtur: Fulgent. lib. I. Myth.

*Tum nox stellato mundum circumlita peplo*

*Cærulea vorigeris pigrescere jussërat alis.*

LUNA quoque vel DIANA LUCIFERA in nummo apud Trifanum faciem accensam tenens, & alata, Faustina in cælum fert: & Julia Mammæa in Lunæ habitum vel Isis transformata, alas gerit in alio elegantissimo.

*Infamiae tribuit alas atras Silius Italicus*

*Ebrietas tibi fida comes, tibi luxus, & ATRIS*

*Circa te semper volitans Infamia PENNIS.*

Lib. 15.

Tandemque apud Boissardum in monumento ATHANIAE EPIERIDIS binæ figuræ muliebres nudæ & alatæ ex totidem cornucopiis emergunt; quæ quid sibi tamen velint, nondum satis perspicio. Et ne infernus mundus ejusmodi figmentis careret, *Eumenidibus* vel *Furiis* etiam alas dat Euripides;

Orest.  
276.

*A α, τίδ' ἔτι μέλει, ἔχων ἕξ' αἰθέρα*

*Πτεροῖς • τὰ πόδες δ' αἰνῶδες θεοφάτα,*

*Ab, ab, quid cunctamini; evolate in ætherem*

*Alis, & accusate oracula Phæbi;*

& alibi eas *δρυμαδας πτεροφόρας* appellat. Seneca Græcum Tragicum sequitur;

Her. Oct.  
1004.

*Quenam ista torquens angue vipereo comam*

*Temporibus atras squalidis pinnas quatit.*

Et apud Virgilium Aleæto modo *fufcas*, modo *fygiis alas* habet; quanquam aliter Furiae describantur Pausaniae, cernanturque in nummo M. Julii Philippi Caesaris ab Antiochensibus percussio apud Seguinum. Atque hæc quidem occasione TEMPORIS, ut in marmore occurrit, ALATI; quorum si multa ἀπεροδιόνοια sunt, in meliorem partem accipias, Lector, rogo; & quod paululum extra oleas, ut est τὸ λεγόμενον, vagatus sim, dona materiæ non plane injucundæ.

HOMERUS ipse *παντοίας σοφίας ἰδμων, ἢ τ' λόγων ἀνευρός*, uti appellatur Joanni Diacono in allegorica explicatione IV. primorum versuum Iliados libri quarti apud Lambecium Tom. VII. Bibl. Cæsareæ; vel ὁ σοφός, quo elogio eum ornat Julianus Epistola 39. hinc sequitur in terris Deus; quem honorem eruditionis præstantis viris habitum esse multis exemplis docui; firmatque itidem Empedocles, qui teste Laërtio, vivus à Selinuntiis in genua procumbentibus, tanquam Deus adoratus est; cuique Pausanias amicus monumentum fecit, ἢ ἀγαλματόπιον π, ἢ στήθιν οἶα θεῶ; aut imaginem quandam parvam, aut sacellum quasi Deo. Sedet autem tunicam indutus, cujus manicæ primis humeris hærent, vel quæ ad medios lacertos descendunt. Triplicem mihi tunicarum formam quoad brachia notavi; suntque vel manuleatæ, vel parvas manicas habent; vel denique plane iis carent. Ultimum genus cernere licet in Castore; & Edessæ regulo Abgaro apud Trifstanum; illudque colobium vocare solent, q. d. mutilum: Isidorus; Colobium dictum quia longum est & sine manicis; antiqui enim hoc magis utebantur; unde emendandæ Glossæ Arabicæ apud Vulcanium; Levitonarium est colobium lineum sine manicis; cum vulgo male scribatur, sine tunicis; alii tamen parvas iis manicas, quales in Homero observavi, & in plurimis marmoribus antiquis, tribuunt; Cassianus: Colobis quoque lineis induti, quæ vix ad cubitum ima pertingunt, nudas de reliquo circumferunt manus. TRAGOEDIA brachia usque ad manus velatas habet; quod apud Romanos infame olim fuisse, ex Gellio, Cicerone aliisque docuerunt viri docti. Græci χειρωτὲς χιτῶνας, vel κερπώτες dixerunt, id est, μεχει τ' κερπῶν χειρίδας ἔχοντας. Et quamvis iis probrosæ fuerint, utpote barbaris sive Persis propriæ, tamen Epicurus manuleatus à Seneca describitur; Hercules Tragicus apud Cæsarium non aliter vestitur, & denique Tragicis tribuit Lucianus, si virò docto fidem habemus: καὶ σπυ, ait, ἐμβάδας ἢ σπυ πδηρεὶς χιτῶνας ἢ χλαμύδας ἢ χειρίδας ἢ περσασπίδα ἢ σωματίνα; id est, vertente Vincentio Obsopœo: Calceos & tunicas ad pedes usque porrectas, & chlamydes & chitrothecas, & ventriculos & corpuscula. Eadem ornamenta tragica, exceptis περσασπίδοις recenset quoque Julius Pollux: verum σωματίον vel σωμαλίον ipsi exponitur stola; ἢ σιδλή μὲν ἢ τ' ὑποκελιῶν ἐσλή· ἢ δὲ αὐτὴ ἢ σωμαλίον ἐκαλεῖτο; alibi: σωματίον ἢ τ' ὑποκελιῶν σιδλή; videturque ita hæc vestis dicta esse, quia totum corpus cingebat &

in

Tom. 2.  
P. 268.  
& 519.

In Iove  
Trag.

Lib. 4.  
cap. 18.

involvebat: *περὶ ἀσπίδα redduntur ventriculi*, Minerva itidem, quemadmodum reor, invicta; quia potius fuere *ventralia* vel vestimenta brevia ad instar thoracis, muniendo ventri tunicæ subjecta; uti interpretatur Ferrarius. Sed quod idem alio loco vir eruditissimus interpretem carpit, & *χειρίδας* transposita voce *tunicas talares manuleatas* vertit, necdum approbare potui: potiusque suspicor, inter tragicum vel scenicum apparatus *chirothecas* fuisse. Semus sane Eleus, Grammaticus apud Suidam *Ithyballis* tribuit *chirothecas floridas*; οἱ ἡ ἰθὺφαλλοὶ περὶ σπονδα μέθυόντων εἶχον, ἢ χειρίδας ἀνθινὰς ἢ χιτῶνα μέγρε ἢ σφυρῶν; quod idem Lexicographus sine auctoris nomine tradit in v. *Φαίδοφοροί*. Quin & tragoedis eundem habitum tribuit D. Chrysostronus; *Τὰς ἡ χεῖρας καθάρτερες οἱ Τραγωδοί*, ἔτω μετ' ἀνελευθείας ἐνδιδούσι, ὥστε νομίζεῖν περὶ σπονδα μᾶλλον αὐταῖς; *Manus vero sicut Tragœdi tam accurate chirothecis muniunt* (virgines sacræ) *ut adnatas iis existimes*. Nec dubito idem tradere Pollucem loco eleganti admodum, sed viris eruditissimis, ut mea fert opinio, parum intellecto. Nam postquam varia tragicorum ornamenta, & cum iis chlamydem chlanamque recensuisset, addit; *Ἐφαπλῖς συσπρεμμάτιόν τι φοινικῶν ἢ πορφύρεν; ὃ πάλιν χεῖρας εἶχον οἱ πολεμῶντες ἢ οἱ θηρῶντες; involucrum quoddam puniceum purpureumve, quod manibus circumvolvebant milites vel venatores*. Janus Ulietius arbitrat *ἐφαπλῖδα* fuisse insigne histriionum, quo persona bellica vel venantis agnoscebatur, quale hodie fere milites in brachio etiam alligant: Scaliger interpretatur chlamydem, quam brachiis circumvolvebant milites cum scuto carerent. Sed hos refellit ipse Pollux; illum (ne dicam morem talem apud neminem veterum reperiri) quia non *brachium*, verum *χεῖρας* sive *manus* nominat; hunc vero, quia chlamydis vel chlanæ jam meminerat, nec de iis tanquam de re parvula, ut indicat *συσπρεμμάτιόν τι*, loqui censendus est. Neque tamen ignoro *ἐφαπλῖδα* chlamydem vel paludamentum significare. Nam, ne alios adducam, ita loquitur Eustathius; *ὃ μὲν δηλαδὴ ἢ αἱ χλαμύδες, ὡς ἐφαπλῖδας* Ad II. Π. p. 1016. *φαστὴν εἰρήδης ἀπὸ τῶν εἰπόντων, ὅτι εἶχον πορφύρας ἐφαπλῖδας, παιδοὶ δὲ ἢ ἀρχαῖοι ζώνες*: Auctor fragmenti, quod laudat, anonymus, est Athenæus; qui libro quinto his verbis utitur in describenda pompa Antiochi regis; & ex quo constat apud Eustathium scribi oportere, *ἀρχαῖοι ἢ ζωατοῖς*, id est, *paludamenta auro texta, & animalium figuris variegata*. Quid igitur?

Lib 1.  
cap. 18.  
p. 1. de  
Re vest.

Hom. 8.  
Es. pr.  
ad Tim.

AdNem.

Ad Varr.

Ad II. Π.  
p. 1016.

puto ἑπαπλίδα Pollucis esse *chirothecas*, non tales, qualibus hodie politiores vel rustici utuntur; sed fascias & lintea, quibus tota manus, & forte singuli digiti seorsim involuebantur.

Secm. 1. Hoc est quod tradit Musonius apud Stobæum; Ἀλλὰ τὸ εὐδαμῶς καλὸν ἔτε ἐδθήσει πηλοῦς καὶ ἀσιέπειν τὸ σῶμα, ἔτε ταινίας κατελεῖν, ἔτε χεῖρας τε καὶ πόδας περιδέσει πλινθῶν ἢ ὑφασμάτων πινῶν μαλακύνειν τὰς γὰρ μὴ νοσήνας; *Quare minime honestum est vestitu nimio operire corpus aut fasciis involvere, aut manus pedesque circumligatis pannis ac linteis quibusdam molles ac languidos reddere, cum morbo non sunt impliciti.* Ut enim apud Pollucem *συσπριμάτιον*, ita apud Stobæum *περίδεσις* sive *circumligatio* occurrit; utque pedes fasciis, quas *pedules* & *περιλήματα ποδῶν* vocant, involverunt, ita aliis manus, & forte, quemadmodum monui, digitos singulos. Et hæc quidem occasione tunicæ manicatæ, quam TRAGŒDIA induitur; quæque non secus ac exterior vestis humum verrit; quarumque de altera ita canit Ovidius

Lib. 3.  
Am. 1.

*Venit & ingenti violenta Tragædia passu*

*Fronte comæ torva, palla jacebat humi.*

Nam sive tunicam, sive pallium intelligas, nihil errabis; quia *palla* nonnunquam, quod negant viri eruditi, tunicam significat. Cornificius *chlamydem* i. e. vestem exterioriorem; & *pallam* i. e. interiorem, citharædo tribuit; *Ut citharædus cum procedit optime vestitus, PALLA inaurata INDUTUS, cum chlamyde purpurea coloribus variis intertexta*; neque aliter interpretandus

Lib. 3.  
ad Her.

Lib. 14. Ovidius est;

Met.

— — *pallamque induta nitentem*

*Insper aurato circumvelatur amictu.*

Nam non modo *amictui* vel *amiculo*, quod quia exterius vestimentum est, recte *circumvelare* dicitur, opponitur; verum etiam *induere* (quod verbum tunicæ convenit, ut apud Apulejum: *Habebat tunicam indutui, pallium amictui*; & Ovidium,

*Induiturque humeris cum lato purpura clavo*)

de ea usurpatur, non secus ac apud Plautum

— — *non ego te indutum foras*

*Exire vidi palla? —*

Ad talos autem usque descendisse, idem Ovidius alibi docet;

Lib. 3.  
Amor.  
El. 4.

*Ima videbatur talis illudere palla*

*Namque hæc in nitido corpore vestis erat.*

videantque eruditi; num *in nitido corpore positum sit pro, quod*

Gra-

Græci ἐν χερσὶ dicunt, seu *in nudo corpore*; quodque Apulejus exprimit per, *tunicam habere indutui ad corpus*. Hoc enim si verum foret, testimonium omni exceptione majus haberemus, constaretque *pallam* interdum interiorem vestem sive tunicam denotare. Neque tamen cum Rubenio Alberto, omnibus in locis *pallam* eo sensu sumi existimo; quia tot auctorum verba contrarium evidentissime evincunt, quos ne recenseam, facit Vir præstantissimus, & rei vestiaræ veterum peritissimus Octavius Ferrarius: quò pertinet Varronem *pallam* inde deducere quod *foras ac palam* gestetur, quæ quamvis tunicæ exteriori etiam conveniat derivatio, commodissime tamen de amiculo exponitur. Ut autem TRAGOEDIA tunicam ad pedes demissam induitur, palliumque trahit; ita eundem habitum Tragœdiarum actoribus tribuit Plutarchus: Ἄ ᾗ Δῆ-  
 εἰς ὁ Σάμιος Ἄλκιβιάδ᾽ Ἐλάων ἑστῶτον ἔειπεν περὶ στήθεσι τῆσσι, αὐ-  
 λείν μὲν εἰρησίαν τοῖς ἐλαύνεσι χρυσόγονον ἢ Πυθιονίκεω κελδύειν δὲ Καλλι-  
 πίδω ἢ τῷ τραγωιδῶν ἑποκρεπίῳ ΣΤΑΤΟΥΣ ἢ ΞΥΣΤΙΔᾶ ἢ  
 ἢ ἄλλον ἐναγώγιον ἀμπεχούμνον κόσμον; *Quæ vero his Samius Duris,*  
*stirpem ad Alcibiadem referens, addit; ad tibiam eum remos concitasse,*  
*classicum modulante Chrysogono Pythonice, hortatorem Callipedem fuisse*  
*tragœdiarum actorem, recta tunica & syrmatē, reliquoque cultu, quo*  
*prodire in scenam solet, ornatum, ea Theopompus non prodidit. Sed si*  
*ἄπο χιτῶνες* vel, ut alii loquuntur, *ἄποιοι* sive *ἄποιοῦχοι* sunt, in-  
 terprete Polluce & *ζωννύμοι* vel non cinctæ; in marmore con-  
 trarium observatur; Tragœdiaque tunicam cinctam induit;  
 quomodo Dio etiam Cassius *ἄποιοῦχοι* χιτῶνα Neroni tri-  
 buit; qui tamen in nummis citharœdico habitu insignis cin-  
 ctam itidem gerit; quæ quomodo conciliari possint, nisi  
 exponas *rectas tunicas, quæ sursum versus à stantibus* texebantur,  
 sagaciores excutiant.

cap. 25.  
Anacst.

In Alcib.

Lib. 63.

In ILIADE & ODYSSEIA nihil amplius notandum restat, nisi quod colorem cæruleum, *thalassicum* vocet Plautus; vestes ipsas *thalassinas* Lucretius;

*Scilicet & grandes viridi cum luce sinaragdi*  
*Auro includuntur, teriturque thalassina vestis*  
*Affidue & Veneris sudorem exercita potat.*

& Nonio Cumatilis color explicetur aut *marinus* aut *cæruleus*; tra-  
 ctumque scribat à Græco quasi *fluctuum* similis. *Fluctus enim Græce*  
*κυμαῖα* dicuntur. Gruterus & Mercerus existimant hoc nomen  
 vestibus dari non à colore, verum à textura representante  
 fluctus;

fluctus; indeque Varroni apud Nonium easdem *undulatas* appellari. Sed ne dicam fluctuum agitationem omnibus coloribus, ut hodie fieri amat, potuisse representari, Titinius *colorem cumatilem*, Plautus *thalassicum* celebrat, hicque ita exponit *ferrugineum*; & tandem Ovidius non obscure indicat *undulatas vestes à colore nomen habere*;

L. 3. Arr.

*Hic undas imitatur, habet quoque nomen ab undis  
Crediderim nymphas hac ego veste tegi.*

Nam deabus marinis sive nymphis cæruleas vestes dari, sat multis exemplis docui; & poëta de variis vestium coloribus agit, ut vel locum inspicienti patebit. Nec alio colore arbitrator fuisse *togam regiam undulatam* qua Servius Tullius, Plinio teste, fuerat usus, quam etiam celebrat Varro apud Nonium: *Et à quibusdam dicitur esse Virginis Fortunæ ab eo quod duabus UNDULATIS togis est opertum; proinde ut olim nostri reges UNDULATAS & prætextas togas soliti sint habere.*

Lib. 3.  
cap. 48.

Sed ut pergami, per mures, licet foli sint, non secus ac ranas apud Martialem posse intelligi Ranarum & Murium pugnam dubitanter affirmavi; nunc adde ultimam loquendi rationem usurpatam etiam esse Fulgentio,

Lib. 2.  
Myth.

*Quod Meonius ranarum*

*Cachinnavit prælio*

*Parrhasia candicanti*

*Dente lyra concrepet.*

quo ex loco insuper discimus, carmina *Meonidis* vel *Meonidis vatis*, sive *senis*, ut alii eum appellant, ad lyram fuisse decantata.

ΜΥΘΟΣ tunica caret, soloque pallio corpus, excepto pectore, humero & brachio sinistris velat; quomodo plane ex Lycurgi instituto Lacedæmoniorum pueri ab anno duodecimo, *ἀνδ' ἡτῶν ἤδη διετέλουν, ἐν ἰμάτιον εἰς τὸ ἐνιαυτὸν λαμβάνοντες*, sine tunica agebant, unum accipientes quotannis pallium, narrante Plutarcho; quod & firmat Agesilai historia apud Ælianum; nec non Justinus memoriæ mandans juvenibus Lycurgum non amplius una veste uti toto anno permisisse. Quin & *pallia* inter puerilia vestimenta numerat Ulpianus; *Puerilia vestimenta esse ait, quæ ad nullum usum pertinent nisi puerilem, veluti togæ prætextæ, aliculæ, chlamydes, PALLIA, quæ filiis nostris comparamus. Est præterea puerulus noster nudis pedibus; quem habitum*

In Lyc.  
Lib. 7.  
cap. 11.Tit de  
Aur. &  
arg. leg.

&amp; pue-

& pueris suis præscripsit Lycurgus ; & potuit hoc factum esse reverentiæ causa, uti in multis sacris fieri solere apud gentiles constat. Nam & inter Pythagoræ symbola fuit, *Ἀνυπόδητος* & *ἄποδῆτος* apud Jamblichum ; quod ex Mosaïca historia petiitum esse affirmat Ambrosius. Apud Cretenses ædem Dianæ Britomartys præterquam nudus vestigia, nullus licito ingreditur ; & matronæ Romanæ Vestæ ad ædem nudo pede descende-  
 Lib. 1.  
 Ep. 6.  
 L. 9. Th.  
 Statium, Solino & Ovidio testibus ; unde Glossæ Barthianæ ad Statium, narrantem Atalantam Parthenopœi matrem somni figuris turbatam plantis ex more solutis ad Ladonis undas ivisse, ut malum soporem vivente fluvio purgaret, notant : *Sacrificantium more nudaverat plantas*. Sed obvia talia sunt, & viris eruditus notata ; quapropter me ad alia convertam, Virginisque quæ faces tollit . habitum inspiciam. Nam præterquam quod *amiculo humeros onerat*, quod quid sit docuerunt Casaubonus, Ferrarius & ipse in observationibus, capillos  
 L. 2. c. 5.  
 in vertice nodo constrictos gerit, more Græcis usitatissimo. Hunc habitum Dianæ tribuit Ovidius ;

*Altera succinctæ religetur more Dianæ,*

*Ut solet attonitas cum petit illa feras.*

quæ propterea dea frequenter in moneta veterum talis occurrit ; ita tamen ut capillus interdum in duo membra vel *πλέγματα* dividatur, & alterum in summo vertice, alterum in occipitio religetur ; quemadmodum hi nummi testantur.



In viris ejusmodi ornatus *κρόβυλλος* ; in foeminis *κόρυμβος*, in pueris *σκορπίος*, notante Thucydidis Scholiaste dicebatur,

ac in genere Nicolaus Damascenus appellat *κόμην κεντρομυλωμένην*.

BOVI *luxata cornua* Plinium à me emendatum tribuere arbitror; nisi forte quis *luxata* interpretari malit, quæ boves pro libitu huc illuc movere instar aurium possunt; uti de *Phrygiæ* bubus memoriæ mandat Aristol. l. 3. c. 9. H. Anim. & de *Indicis* Solinus, Plinius atque Agatharchides.

COMOEDIA tunicam talarem sed per pulpita non tractam gerit, quam Græcos *συμμετρίαν* appellare reor. Sane Pollux illam Comicis tribuit; estque ipsi *χρῶν ποδῆρης ἀλουεργῆς κύκλω*; non secus ac Hesychio *ἐνδυμα γυναικείον ποδῆρης ἐκ ἔχρον σύμας*; *vestimentum muliebre talare sÿrma non habens*. Ut autem propter causas à me allatas Comœdiam foemina representat, ita non absque ratione eandem puero Theopompus designavit. Nam cum opera Æsculapii sanitati esset restitutus, iussit se ex Patrio marmore in lectulo jacentem sculpi, adstantibus salutaris manus porrigente deo, & puero *νεαρῶ* tenero subridente. Hunc Suidas vel is ex quo sua hausit, indicare arbitratur poetam jocosum esse amantem: *Ἐγὼ, αἶτ, σωήμι τ' φιλοπαίτιον* (ita legendum non *φιλοπαίσιον*, quomodo *ψηφοπαίτης* ac *ψηφοπαικτῆς* apud eundem & Pollucem inveniuntur) *ποιητιῶν ἑσπιδηλῶν*; adjicit deinde rationem: *γελαῖ γὰρ ἢ τ' κωμωδίας τὸ ἴδιον Διὸς συμφορῶν αἰνίττει*; *ridet enim, & comœdiæ proprium characterem per signa indicat*; scilicet & risus comœdiis tribuit Claudianus

Lib. 1.  
in Eurr.

*Quo focci superent RISUS, luctusque coturni.*

SAPIENTES vel *σοφῆς* Græcis dictos esse, qui in qualibet arte excellerent, docet insignis locus Aristotelis, qui exstat lib. v. *Moralium* ad Eudemum; *τιῶν ἢ σοφίαν ἐν τῷ τέχνῳ, πῶς ἀκραθεσῶν πῶς τῶν τέχνῳ ἀποδίδομεν*. ὅσον Φειδίαν λιθουργόν σφον. & Πολύκλειτον ἀνδραγαθοποιόν. ἐνταῦθα μὲν ἐν ἑφέν ἀλλο σημαίνοντες τῶν σοφίαν, ἢ ὅτι ἀρετὴ τέχνης ἐστίν: *Sapientiam autem in artibus attribueri illis solemus, qui in istis sunt exercitatissimi: unde Phidiam sapientem marmorarium, Polycletum sapientem statuarium dicimus; nihil aliud hic sapientiæ nomine, quam artis præstantiam significantes*. In marmore antiquo apud Reinesium centesimo quinto & septuagesimo classis xvii. non alio sensu Latinorum *DOCTUS* occurrit;



NOVERAT HIC DOCTA FABRICARE MONI-  
LIA DEXTRA  
ET MOLLE IN VARIAS AURUM DISPONE-  
RE GEMMAS.

quin & Synesius in Encomio calvitiei scribit canes, ὡν ὄπτα εἰ  
γαστρες ψαλαί, σφωπότερος τῶ κύνων εἶναι; & ita ipsam Sapientiam  
animalibus tribuit.

Atque hæc sunt quæ monere necessarium valde esse duxi,  
ut major lux vestibis non modo, quibus figuræ ornatae ince-  
dunt, verum etiam ipsi marmor affulgeret; & finem face-  
rem atque ad tertiam partem transirem, nisi quæ *vestium de*  
*clavis & patagio* mihi notata sunt, ut adjiciam hortaretur ma-  
teria ipsius elegantia.

PATAGIUM igitur cum viris eruditis esse arbitror lim-  
bum, fasciam vel segmentum, quod tunicæ circa collum  
vel fauces assuebatur; indeque recte Festo illud exponi, *quod*  
*ad summam tunicam assui solet*. Eodem sensu hanc vocem apud  
Apulejum occurrere censent nonnulli: *Uberes enim*, ait, *cri-* Lib. 2.  
*nes leniter emissos & cervicæ dependulos, & deinde per colla dispersos, sen-*  
*sifinque sinuato patagio residentes paulisper ad finem conglobatos in summum*  
*verticem nodus adstrinxerat*. Verum mihi Apulejus videtur ipsos  
crines à fronte usque in collum per tempora contortos, ut  
frequentissime in nummis animadvertere licet, *patagium* vo-  
care; quia scilicet & verum patagium circa illud erat. Hanc Sat. 8.  
ut firmet opinionem Rubenius adducit elegantem valde Ju-  
venalis locum;

*Credamus tunicæ, de faucibus aurea cum se*

*Porrigat; & longo jactetur spira galero.*

Vult dicere; si quis dubitat Gracchum, Saliari sacerdotio  
præditum, ut retiarium in arena pugnare, credat tunicæ  
Saliari purpureæ, & aureæ spiræ de faucibus tunicæ se porri-  
genti; uti explicat non inerudite Ferrarius; qui tamen Ru-  
benium reprehendit, quod *spiram* putaverit esse *patagium*; si-  
bique nondum exploratum esse fatetur, quomodo quæ de  
faucibus tunicæ se porrigebat, possit dici jactari longo gale-  
ro. At mihi nondum constat Rubenium existimasse *spiram* ita  
debere interpretari; quippe qui verba illa omittat, & hæc  
tantum ponat;

*Credamus tunicæ, de faucibus aurea cum se*

*Porrigat — —*

A a 2

id

id est, fidem habeamus tunicæ, hunc hominem in arena depugnantem Salium & Gracchum esse; quia illa circa fauces aurea est, vel aureum limbum sive patagium habet. Mox Satyricus alterum non leve minus argumentum subjicit, *spiram* n. *ιατρῆν* longo galero. Quod ut percipiatur, observandum; Salios gestasse apices vel pileos fastigiatos in coniformam: Dion. Halicarn. καὶ οὗτοι καλεμύνης ἀπικας ὀπικείμῃροι κεφαλαῖς, πῖλῆς ὑψηλῆς εἰς ἀγῆμα σωμαγομύνης κωνοειδῆς, ἕς ἑτέλλωες θεοσαγομύνης κελευσῆς: *Gestant etiam capitibus, quos vocant apices, fastigiatos in coniformam pileos: Græci appellant Κελευσῆς*. per *spiram* autem intellige fascias quibus apex sub mento stringi solebat (uti patet ex iis quæ notat Festus in v. *Apiculum* & *Offendices*; atque ad eum Scaliger) ne decideret; quas liberæ & per humeros fluitantes relinquebat Gracchus, non secus ac sacerdos in

Lib. 2.

Lib. 1.  
c. 29. de  
Vet. Jure  
Pont.

Pompiliæ Gentis nummo, prout editur à Jacobo Gutherio



Licet autem retiarii tunicati fuerint, non tamen illorum tunicæ aureis patagiis ornabantur; & si galerum gestarunt, iste nec offendices videtur habuisse, nec fuisse coniforma, unde facile Gracchus ab aliis distingui poterat, atque ab omnibus cognosci. Imo dubito adhuc, num galero, caput muniverint hujus generis gladiatores, uti arbitrantur viri eruditi; cum quia *nudum cultum* ipsis tribuunt Suetonius, Juvenalis, Valerius Maximus; tum quia Juvenalis verba, quibus de Graccho agit, omnibus retiariis aptari nequaquam possunt; & Suetonius, quem adducit Calderinus, non de Nerone retiario, sed nocte per popinas & loca ædilem metuentia vagante

te agit; tandemque quia nulli usui huic generi gladiatorum galerus fuit, quippe qui rete pugnabant, & illo adversarium in terram trahere conabantur. Sed cum *patagium* ornamentum sit, quod summæ tunicæ solebat adfui; qui factum est, ut Nonio explicetur *aureus clavus, qui pretiosis vestibus immitti solet?* Scilicet nulla inter *patagium* & *clavum* fuit differentia, nisi quod hic recte per vestes descenderet, illud vero transverse eas ornaret; ita ut ambæ forent lineæ diversum nomen propter diversum, quem occupabant in tunicis locum sortitæ. Nam verissime docuit Rubenius Albertus **CLAVUM**, nihil aliud esse, quam lineam vel latam vel angustam; unde & prisca ecclesiæ dalmaticis *clavos ex purpura* tribuit Isidorus, *Virgulas vero coccineas* Alcuinus. Atque ut *patagium clavus* exponitur Nonio, ita nonnulli apud Servium *nimbus*, vel *limbum* (ut scribendum videtur, quia res toto cælo diversæ sunt) interpretantur *clavum transversum in veste*; & Festus *ricinium* togam scribit esse muliebrem, *prætextam clavo purpureo*. Neque enim mihi fit verisimile, hos viros, quorum ultimus ætate aurea vixit, adeo rerum temporibus suis obviarum vixisse ignaros, ut quid fuerit **CLAVUS** vestium ignoraverint; sed cum viderent nullam aliam clavorum formam, quam lineæ transversarum & insularum esse, eodem nomine has designarunt addita differentia, quæ per se *transversum* & *prætextam* satis superque palam fit; cum contra clavi proprie & per excellentiam ita dicti recte descendant. **CLAVI** igitur lineæ sunt; unde alii eos **VIAS**, & **TRAMITES**, docente Rubenio, appellant; licet observaverim hæc nonnunquam auctoribus distingui: Auctor passionis S. S. perpetuæ & Felicitatis: *Et exivit vir quidam miræ magnitudinis, ut etiam excederet fastigium amphitheatri distinctatus purpuram inter duos CLAVOS per medium pectus, habens CALLICULAS multiformes ex auro & argento factas, efferens virgam quasi lanista & ramum viridem, in quo erant mala aurea*, Holstenio, viro doctissimo, *distinctatus purpuram inter duos clavos* exponitur purpuream vestem gerens clavis duobus vel fasciis distinctam sine zona; quæ interpretatio etsi vera sit, firmetque Rubenii de clavis sententiam; doceri tamen velim qua ratione dicatur *purpura inter duos clavos* pro veste purpurea duobus clavis ornata. Suspicio quapropter mihi nonnunquam oborta, verba hæc ita ordinanda esse:

*discinctatus purpuram*; inter duos clavos, per medium pectus, habens *calliculas multiformes*. Et *discinctatus purpuram* indicat, hunc virum indutum fuisse tunica purpurea discincta; uti apud Ciceronem *purpura usque ad talos demissa* de veste purpurea, vel purpura prætexta legitur; & *purpuram sumere* dicuntur Imperatores imperium, cujus vestis purpurea insigne, capeffentes: sequitur, *inter duos clavos, per medium pectus habens calliculas multiformes*; id est, tunicam gerebat duobus clavis ab utroque pectoris latere (ubi Rubenius docet fuisse clavos angustos) insignem; ipsumque pectus ornatum erat multiformibus calliculis id est, ut auguror, lineis, quas pariter Tibullus & Servius *vias*; Rabanus Maurus & Honorius Augustodunensis *tramites* vocaverunt. Nam ut ab *avis arvicula*, à *pellis pellicula*, à *cutis cuticula*, ita à *callis*, licet masculini generis sit, *callicula* videtur descendere.

Il. A. 24. Eodem sensu plane apud Homerum *οἶμοι* id est *vias* occurrunt, easque Scholiafies & Eustathius explicant *ὀδὸς, σίχυς ἢ ῥαῖες*; talemque fere vestem observasse videor in Roma Aringii subterranea, & *σαλαῖς σωλιωῶτας* nominat Georgius Cedrenus, explicante P. Jacobo Goar. Idem Auctor paulo ante ita loquitur: *pridie quam pugnavimus video in horomate hoc: venisse Pomponium Diaconum ad ostium carceris, & pulsare vehementer: & exivi ad eum, & aperui ei: qui erat vestitus distinctam (forte & hic scribendum distinctam) candidam, habens multas (alii multiplices) CALLICULAS: id est, vias, tramites, lineas in veste. Neque tamen ignoro, doctissimum Possinum arbitrari *calliculas* esse appendices rotundas, ornatus causa additas capitibus militarium thoracum in acumen desinentibus; quæ poterant ex bysso, purpura, & simili materia esse interdum è metallo, cujus generis erant tintinnabula & malo-granata in extrema ora summi sacerdotis posita. Quem ut refellere non est animus, maxime quia ejusmodi ornamenta dependent ex fasciis vel lineis per pectora Sampsonis, Methodii & Germanici descendentes apud Jacobum Goar; ita arbitror cum errare, dum *Galliculas* vel *ροχαῖδες*, ut in Glossis exponuntur, ad eum modum explicat; & aliquid rotundum & volubile fuisse, quia *ροχαῖς* vocatur *Gallicula*, putat. Nam *Gallicula* fuit calcei species, aliisque *Gallica* dicitur, uti ex Tertulliani carmine quod in Senatorem Ifiacum composuit; Gellio; Juvenalis Scholiafite, aliisque patet; & *ροχαῖδες* exponuntur Hesychio *συνδάλια ὑπὸ τῷ αἰγείῳ δέξ-**

Lib. 3.  
cap. 22.  
p. DLXXI.

In Rit.  
Gr.



A



δέματ. Sic in Ifidori Glossis *Kalones* explicantur *Gallicæ mulierum*; quod nullam ob causam in *Galeæ* mutat Vulcanius; quia, teste Festo, *calones* sunt *calcei ex ligno facti*. Nihil igitur commune hæc inter se loca habent; quia *Calliculæ* in Passione laudatæ sunt ornamenta vestium, sive lineæ, sive (facit enim loquendi ratio, ut ipse mihi cum nova interpretatione vix placeam) quid aliud; unde in Glossis MSS. apud Carolum du Fresne, virum eruditissimum, *Gallicula* exponuntur, *calciamenta pastorum*. *Gallicula signum vestis*. Quicquid sit, ex loco laudato constat binos clavos una in veste fuisse; quod non leviter firmat opinionem Rubenii; qui existimat totidem clavos angustos; latum vero non nisi unum fuisse per medium pectus demissum, prout canit poëta;

— & latum demisit pectore clavum.

sique verum est matronas in Asia olim, omnesque sacerdotes fere externarum religionum laticlaviam veste insignes fuisse; videtur cum observasse una cum patagio in figura fœminea, quæ existat in Caracallæ nummo, quam Tristanus Dianam Alphæam esse arbitratur. Eundem ornatum mihi notavi in pervetusta Urbis Romæ imagine apud Lambecium; variis imaginibus, quæ cum Imp. Leonis oraculis editæ sunt inter Historiæ Byzantinæ scriptores; Carolo Magno, cujus effigiem publici juris fecit Paulus Petavius, & denique multis figuris, quæ existant in Roma subterranea; quarum unam apponere visum fuit.

T. 3. Bibl.  
Vindob.

Tunica quidem laticlaviam cingitur contra morem Romanorum, uti docuit Manutius; sed firmat opinionem Rubenii in explicando Quintiliano; & quod reprehendit hic in angusticlaviam, illud in laticlaviam observo; eamque posse cingi, ut purpuræ, id est clavi angusti non recte descendant, vix sinit me dubitare figura laudata: Cui, ait, *laticlavii jus non erit, ita cingatur, ut tunicæ prioribus oris infra genua paulum, posterioribus ad medios poplites usque perveniant. Nam infra mulierum est, supra centurionum. Ut purpuræ recte descendant, levis cura est, notatur interim negligentia; id est, negligitur vulgo, ut clavi recte descendant, vel ut pars supra cincturam, respondeat ad amissum illi, quæ infra eam est; negligentisque eo nomine homines habentur; qui simplicissimus & verus istorum verborum sensus est. In eadem præterea Roma subterranea multæ cernuntur figuræ,*

Lib. 11.  
Inst. c. 3.

ræ, quæ tunicas binis clavis ornatas gerunt; ita ut eadem per humeros videantur descendere; & non leve pondus adjiciant Rubenii opinioni, censentis *angustos clavos* tam à posteriore, quam anteriore corporis parte fuisse. Sed & idem vir doctissimus ex Eucherio & Sedulio *pænulas clavatas* fuisse conatur probare. Hoc non videtur obtinuisse Rep. Romana vetere; sed tamen Christianos hunc ornatum iis addidisse, docet præterea elegans pænulæ figura, quam ex eadem Aringii Roma exhibeo.



Nam duo hic clavi visuntur; estque hæc vera pænulæ figura, non quam vir eruditus laudat, uti jam docuit literatissimus Ferrarius tam in *Analectis*, quam in *Libris de Re Vestitaria*, nec non Thomas Bartholinus, vir doctissimus & Daniæ suæ lumen in commentario de Pænula.

Quod tandem ad nomen artificis, marmoris inditum, attinget; observavi sæpe illud solum in secundo casu operibus, adponi, ΜΥΡΟΝΟΣ inscribitur basi statuæ Deæ tenentis cornucopiæ, teste Choquiero in *Antiquitatibus Viennensibus*: & nonnunquam suspicabar bina nomina, quæ gemmæ antiquæ cum aliis editæ à Marco Antonio Canini adjiciuntur, ΑΠΟΔΟΔΟΤΟΥ ΛΙΘΟΥ, non significare, *pietra* ò *gemma donata da Apollo*; verum primum esse nomen artificis; alterum nomen artis, & denotare λιθογλυφέα, vel λιθογλύφον id



id est sculptorem; qui non Aspasæ, ast Minervæ vultum gemmæ insculpsit. Neque enim quia in aliâ gemma, eodem vultu notabili, ΑΣΠΑΣΟΥ legitur, ambas ad Aspasiam referri debere persuasus sum. Quin potius ΑΣΠΑΣΟΥ mihi itidem nomen artificis est; galea, hasta, & ægis suadent Minervæ hanc περιποιώ esse; ut jam non dicam, nunquam Aspasiam Ἀσπασον appellari à veteribus; & in priore galeam ornari gryphe, quod animal ejusdem deæ galeæ tribuit Pausanias.

Jam finem explicationi marmoris imponerem, nisi cum eam typographo traditurus eram, ad me forent allatæ eruditissimæ & humanissimæ litteræ Nobilissimi Viri, & gestis legationibus perquam illustris, Ezechielis Spanhemii. Cum autem à tam præclaro Ingenio non nisi doctissima soleant proficisci, parili, Lector, mecum aviditate cognosces, quæ elucidationi Homericæ consecrationis inserviunt. Male scilicet me habebat vir palliatus prope antrum basi impositus; virum maximum & in hoc studiorum genere exercitum ad miraculum usque consului, atque ejusmodi responsum tuli:

„ Quod autem tuum de viro illo basi prope antrum insistentem, & qui tibi, ut ais, crucem figit, judicium ad arbitrium meum defers, in eo utinam voluntati tuæ obsequi, aut expectationi satisfacere mihi liceret. Verum cum & alio, tum & hoc ante omnia cupiditati hac in re meæ obfuisse, meisque ad te litteris unam inde moram adlatam noris, quod neque illius marmoris ectypum aut schema haberem hic loci, neque unde nanciscerer scirem, nisi quod demum ante diem unum vel alterum in Kircheri Latio sese mihi denuo videndum præbuit. Neque ideo tamen occurrat hætenus quicquam, quod animum meum in eo, de quo quæris ζητήματι abunde explicet, & in quo declarando me Oedipum audacter apud te venditarem. Philosophum equidem Græcum totus viri habitus, quadrata vestis, vultus, lumen quod manibus tenet, consentanea denique similibus palliatorum σφῶν, quæ adhuc Romæ aut alibi prostant, statuis aut iconibus, figura arguere mihi haud abs re videbatur. Quum vero operis illius artifex, pro more consueto, dicatur in eodem marmore Apollonius n. quidam patria Prienensis, ad Biantem continuo referebam statuam illam

B b

pallia-

palliatam, virum, ut nosti, primarium illius urbis decus, & cui delubrum etiam consecrassent Prienienses à Laërtio memineram. Unde nihil mirum aut insolitum videbatur, ut in eodem marmore, in quo nobilissimæ Artes ac Disciplinæ, imo ipsa rerum Natura, vario singulæ habitu ac ritu, ad commendationem Consecrationis illius Homericæ oculis usurpantur; in eodem tanti civis, magni Ionum, ut Biantis tumulo apud Prienienses insculptum, ornamentum, & inter septem Sapientes multorum iudicio præcipui, divinisque honoribus à conterraneis suis culti, effigies quoque, opportune ac decenti habitu & loco, à Prieniensi artifice signaretur. Neque Faces, quæ ab utroque viri latere occurrunt, quifquam mirabitur, qui eas in Græcorum Sacris ac delubris familiares haud ignorat, iisque non Cererem solum, aut Dianam Lunamve Luciferam, quod & arguunt obvii, ut nosti, veteres nummi, aut Panem cateroquin, sed & alios Deos ac Heroas ejusmodi *δαδελχίαις ἢ λαμπροφορμαίαις* frequenter ab iisdem cultos. De litera, quam vocant, Tautica, seu cruce ansata, quæ in monumentis Ægyptiis haud infrequens à Kirchero traditur, cur eadem capiti hujus viri appensa, aut quæ Sphærica veluti addita ei machina, haud ita, ut ingenue fatear, liquet. Tripodem quidem æneum memorant Auctores, cui nomen *sapientis* aut *sapientissimi* inscriptum singulari munere Bianti concessum. Sed neque machinæ illi cum Tripode convenit, neque tripus supra caput, sed ad pedes adponi in monumentis antiquis consuetus. An ad celebre illud Biantis effatum, *Omnia mecum porto*, quidquam eadem spectet machina, tu ipse videris, qui omnia nobis præclara hujus *Σοφιστείας* arcana, ut verus epopa, propinabis. Hæc sunt, quæ Vir Excellentissimus epistola laudata ad me misit; quæque ut erudita & elegantia sunt absque controversia; ita clare docent, multum lucis marmoris accessurum fuisse, si totum se illi elucidando voluisset tradere.

Postquam tam eruditam observationem ab illustrissimo Spanhemio accepi, misit etiam Antonius Magliabequius raræ eruditionis & humanitatis vir, natusque plane ad promovenda studia, ea quæ notaverat Raphael Fabretti, absque controversia Abbas doctissimus; quæ, quia mirum quantum marmor emendant & illustrent, omittere absque piaculo

non potui. Integrum Homericæ Apotheosis argumentum huic lapidi consignatum, habes, ait, apud Kircherium in suo La-  
 tio; Pag. 80. cuius explicationem ut examinare non vacat, ita in re non parvi momenti incuriam incidenter supplere in Homeri laudem, & veritatis assertionem, ac etiam ut V. C. Gisberto Cupero in eandem expositionem insudanti suppetias pro nostra tenuitate feramus pernecessarium duco. Quamobrem, totam Homeri sedentis imaginem hic repeto, quam Tab. III. alteri Bellorii sociam dedi. Hanc itaque quam ex autographo in ædibus Columnensibus Illustrissimus D. Marcellus Severolius semel & iterum mecum recognovit (ut eundem ob ingenii præstantiam & amœnorum studiorum societatem in examen omnium mearum cogitationum adhibere soleo) hanc, inquam, si cum Kircheriana conferas, in pluribus eam emendandam esse patebit. Et primo sub priori muliebri figura nos rupto marmore, ΚΟΥΜΕΝΗ, eoque suppleto ΟΙΚΟΥΜΕΝΗ, *Terram matrem, Cybelem, sive Rheam* plane & perspicue legimus: ipsi vero ΕΤΜΕΑΙΑ nescio unde emer-  
 sit; hancque ob *dulcia cantica* Homero coronam imponere fingit; quam nos *consensu totius orbis sibi traditam inferimus*. Cybeli autem seu Magnæ Matri, *capitis summi præclarum insigne*, Turrim nimirum emendatio nostra restituit, ubi apud Kircherium columna inter hanc & virum alatum stantem erecta est. Quod si Ægyptia interpretamenta cum Kircherio magis ar-  
 rideant, *Isidem* cum modio in capite, quam eandem cum Terra Servius & Macrobius constituunt, hic agnoscendam, retenta eadem significatione non abnuerim: & fortasse propior modio, quam turritæ coronæ hic capitis ornatus dici potest; utque distinctius comprehendatur, libet cum seorsim propria magnitudine exhibere. A.


Ad latus hujus ΟΙΚΟΥΜΕΝΗΣ ei jungitur ΧΡΟΝΟΣ, sive is Saturnus sit, & æternitatem significet, quod annis saturretur, ut Cicero & Lactantius dixerunt; sive tempus, utpote alas gestans, æternitatis itidem imaginem juxta Platonem & Pythagoricos; sive cælum ipsum, unum & idem cum Saturno ex Varrone; Kircherii interpretationem effugit; quia ipse nulla significatione ΚΙΡΟΝΟΣ legit. Nos igitur cæli terræque in Homeri veneratione consensum, seu utriusque poëmatis ejusdem (qualiter n. manu suam vo-

A.



lumen gestat) æternitatem & nunquam interituram memoriam, polliceri credimus.


Quos Kircherius ad Homericæ sellæ latera *genios astantes* Ægyptiaco vestitu & gestu, & in manu alterius flagellum ὀφιοειδὸν, symbolum energię in prostrigandis tyrannorum vitiiis, & vitiosorum hominum flagitiis, commentus fuit, nos mulierum specie; eam quæ ad dexteram, *Iliadem*, quæ ad sinistram *Odyssæam* ex subjectis titulis ΙΛΙΑΣ, ΟΔΥΣΣΕΙΑ, & ex utriusque symbolis, facili nec longe petita conjectura judicamus. Ensis namque hujus Heroum gesta, & *pugnata sacro bella sub Ilio*, exprimit; prout acrostolium sive aphlasta hujus formæ, B, in alterius manu navigationes & maritimos Ulyssis errores, atque adeo ipsam *Odyssæam* demonstrat. Acrostolium, inquam, quale in maritimæ potentię ostentationem Tyrios in nummis usurpasse, pluries observat Vaillant in *Historia Regum Syriæ*, & præsertim in *Demetrio Nicator*; & proprie ad maris trajectus significandos Neptunum cum eodem acrostolio in manu expressum videmus tam in nummo *Vespasiani*



ni quarto apud Trifanum, quam in alio Titi apud Oifelium, Tab. 36.  
pro reditu eorundem ex Oriente ad capeffendum imperium  
perculfis.

Adfcribitur quoque ab auctore hujus marmoris Homeri  
illud obfcure argumenti poematum Batrachyomachia (du-  
bitantibus fane vitæ Homeri fcriptoribus, hoc eft, tam Pro-  
clo, quam Auctore anonymo apud Allatium de Patria Ho-  
meri in fine fuæ præfationis) ut ex muribus in imo folio vo-  
lumen hinc inde arrodentibus infertur; quod nec pariter  
Kircherius advertit, Ægyptiis myfteriis, in Græco quam-  
vis poëta & ftatuario evolvendis intentus.

Index inflexus verfus fubditum orbem in fecunda fascia : C.



In throno illo in extremitate ejusdem secundæ fasciæ nullæ faces, sed apices huic similes tornatiles. D.

D.



Facies ejus, quam flaminicam Kircherius vocat, eadem throno insistente ita se habet. E.

E.



Tauro illi gibboso & monstrosæ, ut videtur, figuræ, si-  
Fig. 521. milem vide in nummo Gordiani III. apud Tristanum.

Ima fascia, in qua nomina illa ΟΙΚΟΤΜΕΝΗ, ΧΡΟ-  
ΝΟΣ, &c. latior est; ita ut quatuor hæc nomina, ita ut  
vides subdita capiat, & in voce illa ΑΡΕΤΗ versus desinit:

A P E T H  
M N H M H  
Π Ι Σ Τ Ι Σ  
Σ Ο Φ Ι Α.

Hæc à doctissimo Abbate notata misit ad me Illustris Ma-  
gliabequius; cujus eruditionem, virtutem, & humanita-  
tem singularis exempli ut admiror, ita publice ei nec non  
Raphaëli Fabretti gratias habeo, quod me monere tam præ-  
clara,

clara, & Kircherio, cujus fidem secutus eram, omiſſa, voluerint. Ut enim facili patet opera, totus terrarum orbis (nam, docente Aeliano, ejus poëmata linguam in vernaculam translata Indi etiam Perſarumque reges canebant) Homero, veluti poëtarum principi coronam imponit; *Tempusque* teſtatur carmina ejus non iri abolita, vel a bello Trojano primum certam fidem temporibus conſtitiffè. Nam Cybelem terram eſſe, & turritam coronam gerere ex Ovidio, Arnobio, Servio, aliisque, nummis, marmoribus docuerunt eruditi. Inde ipſa Dea *πυργόφορος* Græcis, *turrita* Propertio, *turrigera* Statio, & Claudiano vocatur. Hæc tamen corona nihil commune habet cum illa, quo eadem dea ornata eſt in nummis Lucillæ, Severi, & Juliæ Mamææ apud Triſtanum. Nam pinnis murorum diſtinguitur, noſtra vero tantum in altitudinem exſurgit, adeo ut *turrifera* non poſſit jure vocari quam Cybeli tribuit Naſo:

Lib. 12.  
cap. 48.

*At cur TURRIFERA caput eſt ornata corona?*

Lib. 4.  
Faſt.

*An Phrygiis turres urbibus illa dedit?*

Ego enim *turriferam coronam* exiſtimo murorum pinnis ornari, vel turribus integris, qualem obſervavi in nummo Claudii apud Seguinum & in Lepidi, Antonii, Auguſti apud alios; illam vero quæ deæ capiti imponitur, non incommode *turritam*, & cum Græcis *πύργον* poſſe appellari. Lucianus Deæ Syriæ tribuit *κέλευας ἢ πύργον ὅτι τῆ κεφαλῆς*; & matronæ nupturæ *coronam turritam* Lucanus, quæ forte in altitudinem exſtructa, & ſimilis fuit illi, quam Juno in Samiorum ære gerit apud Triſtanum, qui poteſt videri. Sic Hieronymus Epistoſa ad Demetriadem, ſcribit eam in ſæculo, *alienis capillis turratum verticem ſtruxiſſe*; & Nazianzenus vetat mulieres ita ſe exornare;

pag. 52.

Lib. 2.

Tom. 1.  
p. 738.

*Μὴ κεφαλὰς πυργῶτε νόθοις ἀλοκάμοις.*

His ex locis patet utique, *πύργον*, & *turratum verticem* ex capillis in altitudinem exſtructis factum eſſe, ideoque noſtram illam propter altitudinem *turritam coronam* optime vocari; qua, ut hoc addam, aliæ deæ complures præter Cybelem ornatae ſunt; ut Cybele & Diana Ephelia in Mytilenæorum, Proſerpina in Sardiæ, Furia in Philippi Cæſaris apud Abbatem Seguinum; & Magna Mater in Magnæſiorum nummis apud Patinum: quod multis in ſuper exemplis docere facili opera, ſi id ageretur,

poi-

possem. Notandum præterea Scaligerum ad Festum commentari, Lucanum loco modo laudato, *tutulum* describere; verum cum Varro *tutulos* exponat *crines convolutos ad verticem capitis*; & Festus *capitis ornamentum, quod fit vitta purpurea innexa crinibus in altitudinem exstructum*, ego illi opinioni manus dare necdum potui. Nam, quemadmodum ex verbis laudatis luce meridiana clarius patet, *tutulus* fiebat, quando *πλέμματα* vel naturalium vel adscititiorum crinium, vitta innexa sibi invicem in vertice imponebantur, & ita caput multis compagibus exstruebatur; uti, ni fallor, videre licet in nummo Heroïnæ Juliæ Proclæ, quem vulgavit Seguinus; at contra Lucanus plane coronam describit:

*Turritaque premens frontem matrona corona*

*Tralata vetuit contingere limina planta,*

cui, ut docui, utpotè longè aliâ, nihil commune cum tutulo, quem Nazianzenus & Hieronymus ante oculos habent, fuit. Atque hic tandem finem commentario meo imponam; & si nonnunquam aliena admiscui; scias, Lector, Homerum me imitatum esse, qui sæpe *ἐπεισόδια* pœmatibus suis interposuit; Homerum, inquam, quem de Heroum gestis *ταλινθέματα* scripsisse, memoriæ mandat Synesius; cui Scholiastes ejus Nicephorus narrat non secus ac Æsopo & Hesiodo venisse *σοφίαν ὅτε ἀγρῶν ἀπὸ τῶν Πρωτοίας*; cui *altam mentem* tribuit Claudianus in laudibus Serenæ Reginæ, quemque tantum admiratus est Theocritus, ut canat se *Musarum ἔριδας* sive Poëtas odisse

— — ὄσι πῶι Χῖον ἀοιδόν

*Ἀνλία κερκύροντες, ἐτώσια μοχθήζοντι.*

— — *quicumque contra Chium vatem*

*Ex adverso stridentes, incassum laborant.*

Enc.  
Calv.



EXPLICATIO  
GEMMÆ  
AUGUSTÆÆ.







## E X P L I C A T I O

## G E M M Æ

## A U G U S T Æ Æ.



Isit ad me insigne antiquitatis depositum, vel ectypum gemmæ antiquissimi operis celeberrimus idemque doctissimus vir Joannes Georgius Grævius; & simul rogavit, quæ mea esset de tam illustri vetustatis, ut sic loquar, spolio sententia. Et quanquam multis argumentis edoctus sim, neminem melius viro

tam exquisita eruditione prædito tot ænigmata vel certius explicare posse, morem tamen illi gessi, misique quæ putabam sufficere & epistolæ, & gemmæ explicandæ. Sed idem postea, ut fere fieri amat, argumentum retractanti, nonnulla sub manum, ut est τὸ λεγόμενον, nata sunt; quæ si publica donarem luce, rem me non ingrati lectori æquo, & antiquitatis studium æmulanti facturum nescio qua animi divinatione persuasus sum. Cernitur igitur in gemma, uti clarius ex ectypo patet, currus à binis centauris tractus. Insidet illi juvenis laureatus, tunicam & togam vel pallium indutus, & manu dextra fulmen tenet. Adsidet ipsi matrona gravis vultu, posterioremque capitis partem velo tecta; colloque ejus juvenis laureatus manum sinistram imponit. Hinc adstat in ipso curru puerulus galea ornatus, thoracem indutus, manu sinistra baculum tenens, illinc virgo adulta fere & vultu modestissimo. Superne advolat figura muliebris alata coronam protendens. Ante centauros jacent bini homines armati; unusque eorum eos quasi calcat & proterit, trophæum tenet vel humeris impositum, sive ut ex antiquiore gemmæ ejusdem ectypo, quem apud præstantissimum Heinsium vidi, patet, trabi quam brachio tenet, gerit, ac ambo ingentem clypeum manibus sustentant, tandemque prope currum cantharus, vel vas elegantis formæ. Quan-

tum autem & Grævio & mihi videtur, currui insident Augu-  
stus & Livia, illisque adstant Octavia & Marcellus; vel Julia  
atque Tiberius. Scilicet triumphantes solebant utriusque  
sexus liberos parvos currui triumphali imponere: Appianus  
triumphum in genere describens, libro de Bellis Punicis;

Ἐπιεπινοῖσι δὲ κούτων ἑπι τὸ ἄρμα παῖδες τε καὶ παρθέναι, καὶ ἑπι τῷ παρθό-  
ρων ἑκατέρωθεν ἡθροὶ συσφραεῖς. *Vehuntur eodem currui pueri virginesque &*

Lib. 2.  
An. c. 41.

*in funalibus equis adolescentes consanguinei. Apud Tacitum Germa-  
nici Cæsaris currus quinque liberis onustus est: apud Capitolinum*

Cap. 12.  
Ant.  
Phil.

*Lucius Verus & M. Antoninus Philofophus in triumpho liberos  
Marci utriusque sexus, secum vexerunt, ita tamen ut & puellas virgines  
veberent: & libera rep. P. Æmilius Paulus in aureo currui trium-  
phavit cum duobus filiis utroque latere adstantibus, uti loquitur Eutro-  
pius: quanquam Livius narret currum ejus secutos fuisse*

Lib. 4.  
Lib. 45.  
cap. 40.

*duos filios Q. Maximum & P. Scipionem in adoptionem aliis  
datos; minorem vero eorum, quos solos nominis, sacro-  
rum, familiæque hæredes retinuerat domi, quinque diebus  
ante; majorem triduo post triumphum decessisse; quos præ-  
textatos currui vehi cum patre, sibi ipsis similes prædestinantes triumphos,  
oportuerat; & Valerius Maximus scribat alterum tantum in currui  
triumphali fuisse conspectum. Editus insuper nummus est aureus  
Ducis Arschotani, in quo Antoninus Pius currui triumphali  
à quatuor æquis tracto cum duobus ex Faustina liberis  
insistit. AUGUSTUS fulmen tenet, repræsentatque pro-  
culdubio Iovem, quem eum esse ad adulationem proni ne-  
potes Romuli non verebantur scriptis suis testari. Scilicet jam  
pater ante videre sibi visus fuerat filium mortali specie ampliorem,  
cum fulmine & sceptro, exuviiisque Iovis Opt. Maximi ac radiata corona  
super laureatum currum, bis senis equis candore eximio trahentibus; uti  
narrat Suetonius; cujus verba vel ideo integra adscripsi,  
quia in mendo mihi cubare videntur, & vix perspicere pos-  
sum, quo sensu dicatur laureatus currus, & cur τὸ currum non  
jungatur vóci trahentibus. Notum quidem est triumphales cur-  
rus deauratos, aureos, eburnos dici, sed auctorem laureatorum præ-  
ter Suetonium novi neminem; & bona fide ignoro, num un-  
quam triumphantium currus laureis fertis fuerint ornati. In  
codicibus Fulvii Ursini legitur deauratum; suspicabarque non-  
nunquam unam vocem propter literarum similitudinem al-  
teram absorpsisse, & scribi debere; ac radiata corona super lau-  
reatam,*

reatam, deauratum currum; vel, super lauream; quomodo sensus longe erit clarior, & verba cohærebunt melius, quia hiulca plane sunt *bis senis equistrabentibus*. Sic radiata & laurea ornatus corona occurrit Cajus Cæsar, Augusti adoptivus filius in nummo Smyrnæorum apud Trifanum; Nero in Rhodiorum apud Patinum; Antoninus Caracalla & Alexander Severus apud Octavium Stradam. Iovis igitur FULGURATORIS, vel FULMINANTIS, ut in Ins. vetustis appellatur, specie sedet Augustus, Jupiterque à veteribus etiam appellatur; Auctor Consolationis ad Liviam;

*Nata quod es alte; quod fœtibus aucta duobus*

*Quodque etiam MAGNO consociata IOVI.*

id quod variis locis facit etiam Ovidius. Unde nihil mirum, fulmen ipsi ab eodem poëta tribui;

*Parce precor: FULMEN Q. tuum fera tela reconde*

*Heu nimium misero cognita tela mihi!*

alibi;

*Ignoscant augusta mihi loca, Dique locorum*

*Venit in hoc illa fulmen ab arce caput.*

Et mox arma, ac ignem appellat;

*Me quoque quæ sensu fateor IOVIS ARMA timere:*

*Me reor infesto, cum tonat, IGNE peti.*

quæ sane insignis est adulatio, & Augustum alterum Iovem facit. Sic elegantissime Seneca Timagenem Historicum, appellat *fulguritum*: quia Augustus ipsum domo interdixerat, illique erat iratus propter liberiora in ipsum, uxorem & domum totam dicta: *Nemo amicitiam ejus extimuit, nemo quasi FULGURITUM refugit: fuit qui præberet tam alte cadenti sinum*. Ut igitur irato Augusto tanquam Iovi fulmen tribuitur, ita & idem ipsi convenit hostes, ut in gemma repræsentatur, debellanti: quia Opt. ille Maximus Deus primum dicitur fulmen sumpsisse, cum gigantes puniret & dejiceret; Ovidius;

*Jupiter est juvenis, juveniles aspice vultus;*

*Aspice, deinde manu fulmina nulla tenet.*

*Fulmina post ausos cælum affectare gigantes*

*Sumpta Iovi; primo tempore inermis erat.*

Quo pertinet duces non modo fulmina appellari, ut Scipiones à Lucretio & Virgilio; verum etiam dici tonare & fulminare,

Tom. 1.

Cap. 6.  
Thef.

Lib. 1.

Tr. El. 3.

v. 128.

El. 4.

v. 78.

Lib. 2.

El. 1.

v. 35. &

alibi.

Lib. 2.

Trif.

v. 179.

Lib. 1.

Tr. El. 1.

L. 3. Fab.

Lib. 4.  
Geor.  
extr.

minare, quando bella gerunt, & hostes, ut in gemma Augustus, calcant; Virgil.

— — *Cæsar cum magnus ad altum*

*Fulminat Euphratem bello — —*

Diff. 2.  
cap. 13.

ubi alii Cajum Cæsarem genitum Agrippa & Julia intelligunt; alii ipsum Augustum; qui & in curru nostro fulminans sedet. Hos vera tradere, & nullum alium quam Augustum ipsum, A. V. C. 724. finito bello Actiaco, Asiam, quæ à partibus Antonii Triumviri steterat, in suam potestatem redigentem, designari à Virgilio pulchre docet vir Eruditissimus, & tam in Patribus, quam profanis auctoribus nec non antiquis nummis & inscriptionibus versatissimus HENRICUS NORIS in Illustratione Cenotaphiorum C. & L. Cæsarum. Sic Latinus Pacatus eodem sensu *fulmen* Imperatori tribuit: *Si qui forte sunt barbarorum, qui nondum virtutis tuæ fulmen exceperunt, nominis terrore percussi ac veluti afflati quiescant.*

L. 35. 12.

Lib. 4.  
Ep. 21. &  
Lib. 6.  
Ep. 23.

Cap. 5.  
Th. T. 3.

Jam olim Apelles Alexandrum Magnum, ut pateat ejusmodi adulationes vetustas esse, *pinxit fulmen tenentem in templo Ephesiae Dianæ viginti talentis auri*, teste Plinio. Domitianus illud in ære gerit apud Erizzum; ipsique tribuit Martialis. In nummo Antonini Pii Minerva idem à Vulcano petit vel accipit, ut scilicet Imperatori tanquam alteri Iovi donet, apud Patinum; Liciniusque in alio apud Tristinum fulmen manu tenet: & Caligula, Suetonio teste, conspectus est plerumque aurea barba fulmen tenens ac fuscinam aut caduceum deorum insignia. Atque ut Augustus Jupiter appellatur, ita & Gorgias Leontinus Xerxem vocavit Περσῶν Ζῆνα; quod nondum satis perspicio quare carpat Dionysius Longinus; maxime quia Auctor libri de Mundo memoriæ mandat Persarum regem Δεσπότῃν ἢ θεὸν appellari solere, Curtiusque & alii testantur deorum eos honoribus cultos esse; Post Augustum vero aliis etiam Imperatoribus vel *Iovis* nomen datum est, vel eo venerunt arrogantia, ut ipsi illud una cum insignibus sumerent. Caligula se ipse IOVEM LATIALEM vocavit; in templo Hierosolymitano statuam suam poni sub nomine *Iovis Optimi Maximi*; vel ΔΙΟΣ ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ ΝΕΟΥ, id est, *Novi Iovis præsentis sive manifesti*, voluit; uti narrant Suetonius, Hieronymus, Philo & Zonaras. Domitianus *Jupiter Ausonius* Statio appellatur, & Martialis illi tam strenue adulatur;

Lib. 3.  
Syl. 4.

Ad



*Ad cenam si me diversa vocaret in astra*

*Hinc invitator Cæsaris, inde Iovis:*

*Astra licet propius, pallatia longius essent,*

*Responsa ad superos hæc referenda darem:*

*Quærite, qui malit fieri convivæ Tonantis*

*Me meus in terris JUPITER; ecce, tenet.*

Lib. 9.  
Ep. 92.

atque in Inscriptione apud Zamoscium JUPITER DOMI- In Anali  
TOR ORBIS TERRARUM. CENS. P. P. P. si modo  
genuina illa est, vocatur. Trajano mortuo videtur, idem  
honus habitus fuisse; uti patet ex marmore antiquo apud P. XI.  
Gruter.

I. O. M.  
T R A I A N O  
P R O. S A L U T E. I M P.  
A N T O N I N I  
E T  
M. A U R E L I. C A E S  
M I L I T E S. C O N S I S T E N T E S.  
M U N I C I P I I  
P O S U E R U N T.

nisi vel Iovi dederint Trajani cognomen; vel potius particu-  
la copulativa, ut sæpissime fieri solet, subintelligatur. Ha-  
drianus in nummo apud Scaligerum & Spanhemium, ap-  
pellatur ΚΑΙΣΑΡ ΟΛΥΜΠΙΟΣ ΑΔΡΙΑΝΟΣ, mutuatus  
illud cognomen proculdubio à Iove Olympio. Neque aliter  
cum Thasii, Amphipolitæ, Abydeni, & Smyrnæi, ut vi-  
detur, appellant in Inscriptionibus Antiquis, quas diligen-  
tissimus & doctissimus Græciæ peragratior Sponius edidit; &  
ludi Smyrnæ agitati *Olympia Adriani*, teste Philostrato dicti P. 530.  
sunt. Similiter in Ephesiorum ære apud Spanhemium Com-  
modus appellatur, ΑΥ. ΚΑΙ. ΟΛΥΜΠΙΟΣ ΚΟΜΜΟΔΟΣ:  
atque ut Tristanus censet JUPITER JUVENIS, utque  
jam diu est quod animadverteram, & ad amicos miseram in  
alio apud Patinum, qui & ita explicat in Itinerario, JUPI-  
TER EXSUPERANTISSIMUS; quod Iovis veri cogno-  
men servat Inscriptio antiqua Ultrajecti reperta; & jam à  
Grævio edita;

I O V I.

I O V I . O . M . S U M M O  
 E X S U P E R A N T I S S I M O  
 S O L I . I N V I C T O . A P O L L I N I  
 L U N Æ . D I A N Æ . F O R T U N Æ  
 M A R T I . V I C T O R I Æ . P A C I  
 A N T I S T I U S A D V E N T U S  
 L E G . A U G . P R . P R .

D A T .

Pertinaci coloniam Helviam templum exstruxisse eumque vocasse IOVEM OPT. MAX. HELVIUM ex nummo conatur probare Trifanus; quanquam nihil causæ videam, cur non & ipse Jupiter possit intelligi; & ex interpretatione ejusdem viri eruditissimi in alio P. Cornelius Salonius Valerianus Cæsar JUPITER CRESCENS dictus est. Et tandem Diocletianus non modo IOVIUS dicitur, uti ex Inscriptionibus antiquis, Panegyricis & Lactantio constat, illudque cognomen ad successores Galerium, Maximinum, Licinium aliosque transmisit; sed etiam Jupiter appellatus est, uti ex nummis aliisque monumentis docuit omnis antiquitatis peritissimus, & Legationibus gestis Illustris Ezechiel Spanhemius. Verum ut Augustus Iovis Fulminantis, ita & Livia Junonis habitu sedet; quia scilicet mortalem Deo conjugem dare nefas erat. Non aliter eam vocat Ovidius;

Lib. 3. ex *Cum tibi contigerit vultum JUNONIS adire,*

Pon. EL. 1.

*Fac sis personæ, quam tueare, memor.*

Paulo ante Veneris eam formam, Junonis mores habere, solamque dignam esse repertam toro cælesti cecinit; & Octavius Falconerius æreum laudat nummum, cujus in anteriori parte circa caput Liviæ ΛΙΒΙΑΝ ΗΡΑΝ, in averfa vero, quæ Juliæ Augusti filiæ caput habet, ΙΟΥΔΙΑΝ ΑΦΡΟΔΙΤΗΝ occurrit. Sic Octaviæ adulatur nutrix apud Senecam,

Ad Inf.  
Ashl.

— tu quoque terris

*Alteræ Juno, soror Augusti,*

*Conjuxque, graves vince dolores.*

Lib. 1. de  
Nupt.  
Phil.

Liviam autem Junonem referre patet ex diademate, atque velo, quo posterior pars capitis velatur. Nam Junonem Maximam, ut Senecæ vocatur, plane describit ita Martianus Capella: *Hujus suggestivi Junonis subditus confessus, haud indecenter ornatus, ipsa vero TECTO CAPITE, lacteo quodam callymna-*

*Symmate prænitebat. Cui GEMMIS INSITUM DIADEMA PRECIOSIS: nam neque Scythidis virota, nec Cerauniorum vibrans fulguransque lumen, nec flucticolor hyacinthi credebatur abesse profunditas. Sed totum illud SERTUM CAPITIS FULGURANTIS Thaumantias obtulisse Reginae calitum ferebatur. Sic JUSTITIA in nummo Juliae vel Liviae Augustae apud Æneam Vicum diadema gerit, & Æternitati nec non philologiae in deorum ordinem adscribendae tribuit idem Martianus. Altera divinitatis nota est; pars posterior capitis tecta; qualis LIBERA vel Proserpina; Cybele sive Juno in Sardoniorum apud Seguinum; Ceres in Panormitanorum nummis apud Parutam; DIVA PAULINA: DIVA MARCIANA: C. JULIUS CÆSAR inter deos relatus, ne quis forte pontificem respicere ornatum illum existimet, Faustina, Constantius Chlorus & Constantinus Magnus apud Tristandum, aliique apud alios dii, Augustave occurrunt. Quin & ipse Jupiter non aliter describitur Martiano: *Tunc Jupiter publica & quæ senatum contracturus assumit indumenta percipiens, apponit primo vertici regalis ferti flammantem coronam, contegitque EX POSTICIS CAPUT QUODAM VELAMINE RUTILANTE, quod ei præsul operis Pallas ipsa texuerat: Augustus in Tiberiana gemma consecratus, & forte Iovem, cujus cum exuviis ac radiata corona eum in somno viderat pater Octavius, referens, velum capiti circumpositum habet; & tandem, uti tradit Fulgentius, velato capite Junonem ponunt, quod omnes divitiæ sint semper absconsæ: qui locus, licet ratio longe petita videatur, docet Junonem ita ornatam incedere. Neque tamen perpetuo Imp. qui inter Deos relati sunt, capitis posteriorem partem velatos fuisse multi nummi evincunt. Divus Romulus (ne quid de laureatis & radiatis dicam) filius Maxentii, capite plane nudo conspicitur in nummo apud Tristandum & Patinum: de quo quid sentiam, facere non possum, quin supponam. Eruditis igitur Antiquariis manus dare nequeo, qui rotundum ædificium, conspicuum in averfa area, templum Romuli esse contendunt; cum omnia evincant mausoleum potius vel monumentum, in quod relliquiæ ejus illatæ sunt, repræsentari. Ducit me eo vox MEMORIA, quæ numismati laudato inscribitur; quamque frequenter sepulchrum denotare monuerunt viri doctissimi: deinde**

Lib. I.

de aquila culmini ædificii in Patini nummo imposita, quæ animas Imp. in cælum, testibus Dione, Herodiano & plurimis monumentis antiquis, vehere putabatur; tandem structura ipsa, quæ magis sepulchrum, quam templum refert: utpote nullis statuis, columnis, aliisve rebus, quibus ædes sacræ decorari solent, ornata. Præcipuus autem mihi opinionis hujus fons, alius patris Maxentii nummus; cujus una in area conspiciendum sese offert ipse IMP. C. MAXENTIIUS. P. F. AUG. laureatus; in altera sumptuosissimum templum cum figura in eo seminuda galeata hastam tenente, nec non inscrip. CONSERV. URB. SUÆ. Neque enim bene arbitror Goltzium hinc epitheton Romæ expiscari, & censere eam appellari *Conservatricem urbis suæ*; aliumque virum doctissimum recte notare, Maxentium sese vocare CONSERVATOREM URBIS SUÆ; quia ita, Roma Romæ dicretur conservatrix; & Maxentius, quod nequaquam verisimile, sibi ipse vivus vidensque templum exstruxisset. Verum Romulus à patre fuit consecratus; uti vel ex inscriptione nummi patet; DIVO ROMULO. N. URBIS. CONS. id est, *nostræ urbis conservatori*; quomodo Diocletianus, Maximianus, & Constantius, CONSERVATORES URBIS SUÆ vel CARTHAGINIS appellantur: & Caracalla in lapide antiquo dicitur *aquam in SACRAM URBEM SUAM perducendam curasse*. Necdum enim probare possum eorum sententiam qui CONS. interpretantur CONSULEM, non modo in his, verum etiam in aliis nummis. Nam post Posthumum, Claudium, Numerianum, Diocletianum & Maximianum, quorum in nummis subinde occurrit, raro titulus CONSULIS Romanis Imp. datur; deinde ille per Cos. vel unum C. ut in nummo Commodi apud Joh. Vaillant, solet designari; vel si duo sunt, per Coss. (uti in lapide Genevensi, quem cum aliis elegantissimæ Genevensis Urbis descriptioni subjunxit Jacobus Sponius MESS. pro *Mensès*, occurrit) sive etiam per Cos. quemadmodum ex Inscript. antiquis patet & nummo C. & L. Cæsarum, quem vir doctissimus Henricus Noris exhibet in laudato modo opere. Adeo ut ego quovis pignore contendere paratus sim, CONS. nunquam in nummis *Consulem*, sed semper *Conservatorem* vel *Conservatricem* denotare. In Gallieni numismatis legimus: SOLI CONS. AUG. DIANÆ CONS. NEPTUNO  
CONS.

CONS. AUG. &c. In Saloninæ JUNONI CONS. AUG. quæ  
 si quis per *Consulem* interpretari velit, næ ille profecto ab  
 omni humanitate alienus foret. Et quanquam non ignorem  
 in Inscriptionibus *CONS.* interdum Consulatum vel  
 consulem denotare, tamen nihil tale in nummis unquam  
 observatum mihi fuit. Nam hic titulus frequentissime diis  
 tribuitur in nummis atque inscriptionibus; & integer legitur  
 in are Pertinacis, IANO CONSERVAT. in Julia Ma-  
 mæ, JUNO CONSERVATRIX, & Trajani, CON-  
 SERVATORI PATRIS PATRIÆ; ubi Jupiter Impera-  
 torem protegens intelligendus est. Et si quis forte existimet  
 aliam rationem deorum, aliam Augustorum esse, is, uti  
 spero, alia omnia sentiet, si velit ad examen revocare ea  
 quæ modo commentatus sum, & aliud illustre exemplum  
 diligenter inspicere. Nummus est Aureliani apud Trista- Tom. 3.  
 num; & in ejus una area cernitur juvenile caput comatum,  
 & SOL DOMINUS IMPERII ROMANI; in altera  
 Aurelianus stans, sceptrum tenens, & pateram aræ inver-  
 gens, nec non, AURELIANUS. AUG. CONS. Vir  
 doctissimus *Consulem* explicat: arbitraturque hæc omnia ita  
 jungi debere: *Aurelianus Augustus consul Sol Dominus imperii Roma-*  
*ni*: ut docerent eum esse consulem & Solem imperantem  
 Imperio. Verum elegantior longe hujus nummi sensus est;  
 nec dubito, quin hinc Sol, licet radiatus non sit, dicatur Pag. 34.  
*Dominus Romani Imperii*; quomodo idem DOMINUS appel-  
 latur in Inscriptione veteri apud Gruterum: inde vero Au-  
 relianus, tanquam deus in terris, & Solis quasi vicarius,  
 ejusdem Imperii CONSERVATOR; quia illud regebat,  
 & ab hostibus vindicabat, conservabatque; unde in alio  
 nummo dicitur RESTITUTOR ORBIS. Imo diu ante  
 Aurelianum & Romulum aliosque eorum temporum Imp-  
 ratores, Augustus eodem titulo in nummis ornatur; ut,  
 S. P. Q. R. PAREN. CONS. Suo. id est, *Parenti, Con-*  
*servatori*. Verum, ut ad institutum redeam, eodem cum  
 Augusto & Livia curru vehuntur, ut Grævio videbatur, Mar-  
 cellus & Octavia Augusti soror Marcellique mater. Hoc  
 quamvis probabile admodum sit, suspicabar tamen nonnun-  
 quam, Tiberium & Juliam potius repræsentari. Sculpta sane  
 hæc gemma fuit post A. V. C. DCCXVI. quo Livia matrimo-

monio Neronis abducta in penates Augusti transit; cumque Octavius ejus nec non Octaviae pater obierit A. DCXCIV: & Octavia ante fratrem, qui in lucem editus est A. DCXCI. genita possit videri, quia Suetonio priorē loco recensetur, sequitur Octaviam fuisse annorum fere triginta; quam aetatem curru prope Augustum insistsens virgo nequaquam repraesentat. At si tamen, neque enim ferram reciprocare meum est, Octaviam quis exhiberi existimet; poterit illa, ut diis dii jungantur, Minervam repraesentare, Marcellus vero vel Tiberius Martem. Illa enim, ut foemina prudens, & ἡπὶ κἀλλίῃ πρῶτῳ σεμνότιῳ ἢ νῦν ἐχρῆσα Plutarcho describitur in Antonio; eoque forte nomine templum meruit Corinthi, cujus meminit Pausanias; Ἦπὲρ ἧ τῶν ἀγορῶν ἐστὶν Ὁὐκράειας ναὸς ἀδελφῆς Ἀυγύστου βασιλεύσαντος Ῥωμαίων μὲν Καίσαρος τὸ οὐκράειον Κορίνθου τῶν νῦν; *Ultra forum Octaviae aedes est Augusti sororis, qui Caesari, à quo est restituta Corinthus, in imperio successit: nisi fuerit ab Octavia exstructum; quo sensu Metelli aedes, Antoniae templum, & Pompeji Magni aedes apud Plinium occurrunt. Puerulus autem Martem juvenem videtur repraesentare, quia totus armatus est, & in eum Livia tanquam spem Imperii Romani & PROPUGNATOREM digitum intendit. Et si Tiberius ille est, virgo vero Julia, immane quantum consortium hoc deorum illustratur; quia ut Minerva Iove, ita Julia Augusto; ut Mars Junone, ita Tiberius Livia A. V. C. 712 (unde patet aetatem valde convenire, cum Marcellus natus sit A. V. C. 708) genitus est. Premit autem baculum manu, in signum proculdubio imperii, vel ut indicarent eum ducem Romanorum exercituum futurum. Similem Aglibolus vel Malachbelus Deus tenet in marmore apud Sponium in Miscellaneis eruditae Antiquitatis: nec alium forte, sed argenteum, teste Floro, habuit bello servili Athenio Pastor: nisi tamen sceptrum, quod fuit instar hastae, significetur. Currus praeterea triumphalis non est, ut fere in nummis repraesentatur, rotundus, vel ut Zonaras loquitur ἐς πύργου περιφέρειας ἑξέτερας; sed oblongus & posteriorem partem apertus; non secus ac ille, ex quo Tiberius in gemma Augustea apud Rubenium descendit; priusquam forte in Capitolium flecteret, se praesidenti patri ad genua submittere volens; uti fere loquitur Suetonius. CENTAURI, qui curru juncti sunt, dubito num indicent Augustum ful-*

Lib. 35.  
cap. 5. &  
10. l. 34.  
cap. 8.

Lib. 3.  
cap. 19.

Cap. 20.

minare in Brutum & Cassium; vel certe uti ex armis patet, milites Romanos, qui eorum partes sequebantur. Verum hoc si sensit sculptor, una cum Floro, Manilio, Ovidio, Lucano campos Philippicos Thessaliæ, in quibus victus est Cn. Pompejus Magnus, & campos Philippicos Macedoniæ vel Thraciæ, in quibus adversam fortunam partibusque suis exitiabilem experti sunt Cassius & Brutus, videtur, quia centaury Thessaliæ proprii sunt, confundere. Res autem scitu non indigna est, quando primum Romani in nummis suis vel gemmis aliisve monumentis expresserint centauros currubus vel deorum vel triumphantium iunctos. Thessalia ut fabulantur, semiferos hos produxit indeque persuasus sum morem hunc originem suam debere victoriæ C. Julii Cæsaris Thessaliæ. Exstant enim apud Ursinum in Gente Aurelia nummi; cujus una in area cernitur caput muliebre galeatum, cui alæ affixæ sunt, & C O T A: in altera vero, currus cum agitatore tractus à binis centauris laureæ ramos sinistris manibus, dextris bacillos vel aliud quid gerentibus. Fatetur doctissimus Ursinus sibi obscurum esse, quo pertineant bigæ centaurorum signatæ: at mihi hic Julii de Pompejo victoria, quam in campis Thessaliæ Philippicis obtinuit, videtur designari. M. enim Aurelius Cotta cum cos. fuerit A. V. C. D C L X X X. vivere adhuc potuit (nisi alterius nomen in nummo legatur) A. D C C V. quo Thessalia funesta Magno fuit; & ut amico atque necessario, quemadmodum ex Suetonio constat, Cæsari honorem haberet; nummos signavit animali quidem fabuloso, sed quod Thessaliæ originem debebat. Quin & nummos hos percussos auguror statim post victum Pompejum, cum nondum decreto Senatus permissum Cæsari foret iis vultum suum, quod proculdubio alias fecisset Aurelius, imprimere. Ut enim narrat Dio post tam celebrem victoriam, varios Cæsari Senatus honores detulit, vocaveruntque *πατέρι τε αὐτὸν τὸ πατερίδον, ἢ ἐς τὰ νομισματὰ ἐνεχάραξαν*; *patrem patriæ, & ipsius imagine pecuniam signarunt.* Atque inde hoc ad alios transiit; ut ad Augustum, quemadmodum ex gemma patet. Cernuntur etiam currubus iuncti in Domitiani & Trajani nummis apud Tristanum & Patinum; qualem se in Gaza Farnesiana conspexisse testatur Illustri Spanhemius. Bacchum atque Isidem currui insiden-

Lib. 44.

tes trahunt in Juliae Severi nummo, quem edidit praestantissimus & vita longiore dignus Seguinus. Quin & Apollini consecrati sunt, uti constat ex Gallieni Imperatoris nummis; in quibus centaurus sagittarius, vel temonem & globum tenens cernitur cum Ins. APOLLINI CONS. AUG. quomodo non puto explicari debere Manilii versus;

*Et Phæbo sacer ades, & una gratus Iaccho*

*Crater, & duplici centaurus imagine fulget.*

Nam Poëta signa caelestia describit, & post navem Argo sequi canit *alitem* (scribendum enim *ales* cum melioribus Codd.) *Phæbo sacrum* sive corvum; prope ipsum esse: vel simul cum illo oriri Craterem & Centaurum. Quid autem CANTHARRUS, vel vas ansatum prope currum jacens significet, licet difficile dictu sit, arbitror tamen eum indicare Centauros *αἰνοπότας* & vino deditos esse, uti satis constat ex fabulari historia;

V. 1059.  
Aulid.

nuptiis Pirithoi & Deidamiae, nec non Euripide canente, *ἡρώων ἰπποβόταν κενταύρων* venire *ἤτι δαῖτα τῶ θεῶν καὶ τῶν τε βάρυς*. VICTORIA autem superne advolat coronam lauream imponere volens vel Liviae vel potius Augusto; qui quidem caput cinctum simili corona habet, sed hanc proculdubio tanquam Imperator gerit: illa ad eum defertur propter debellatos hostes. Et quod nequaquam omittendum est, nullae in ambabus *δαφνίδες* sive fructus apparent, adeo ut factae

Lib. 15.  
cap. 36.

ex lauru sterili sint; de qua ita loquitur Plinius: *Sterilem vero earum (quod maxime miror) triumphalem: eaque dicunt triumphantes uti. Nisi id à D. Augusto cæperit, ut docebimus ex ea lauru quæ ei missa à cælo minima altitudine, folio crispo ac brevi, inventu rara: quod quomodo factum sit mox docet: Sunt & circa D. Augustum euenta ejus digna memoratu. Namque Liviae Drusillæ, quæ postea Augusta matrimonii nomen accepit, cum pacta esset illa Cæsari, gallinam conspicui candoris sedenti aquila ex alto abiecit in gremium illæsam. Intrepideque miranti accessit miraculum, quoniam teneret rostro laureum ramum onustum suis baccis. Conservari alitem & subolem jussere aruspices, ramumque eum seri, ac rite custodiri. Quod factum est in villa Cæsarum fluvio Tiberi imposta juxta nonum lapidem Flaminia via, quæ ob id vocatur ad gallinas: mireque *στρυ* provenit. Ex ea triumphans postea Cæsar, laurum in manu tenuit, coronamque capite gessit, ac deinde Imperatores Cæsaris cuncti. Sed quia laureæ coronæ mentio incidit, veluti *παρρηγῶν* adjiciam, quæ olim de civica corona & lauru*

ante



ante fores palatii posita mihi ad virum Amplissimum, mihi-  
que amicissimum Henricum Copez, urbis Sylvæducentis  
Scabinum.

Si Imperator forem, observatos sacros Augustorum, pri-  
morumque civium vultus (servantur enim, quando eclypsis  
Antiquitatis studiosis mittuntur) civica te donarem. Nunc  
cum eam explicare, non autem dare queam, ferēs quæ mei  
juris & tui gustus sunt. *Civica* tamen erit, sed non ex querna  
fronde, verum variis Auctorum locis (in quibus explicandis  
glaucoma virorum eruditorum oculis offulum est) contexta.  
Nec de usu ejus libera Rep. (cui enim non dictus Hylas?) lo-  
quar, sed quid factum illi sit, postquam ad unum summa  
rerum fuit delata, docebo; ut pro Imperatoribus Impera-  
torum ornamenta remittam, & si non pari, haud absimili  
tamen munere munus tuum, quod mihi accidit gratissimum,  
pensẽm. Civica igitur CORONA erat quærnea, & daba-  
tur à cive servato illi, qui eum in prælio servasset, ut testem  
vitæ salutisque perceptæ, quemadmodum videre licet apud  
A. Gellium Lib. v. Noct. Attic. Cap. vi. Illa multos Roma-  
norum Libera Rep. donatos fuisse ex Livio, Dionysio, aliis-  
que patet; coronaturque procul dubio ea in nummo Ducis  
Arschorani rarissimo, M. Lepidus insidens equo & tropæum  
humeris gerens cum hac Ins. M. LEPIDUS. A. N. xv. P. R.  
H. O. C. S. id est, *Annorum xv. Prætextatus, hostem occidit,  
civem servavit.* Postquam ad unum res rediit, ei tanquam so-  
li civium conservatori cum aliis ornamentis civica corona da-  
ta est. Augusto eam decretam fuisse docet Dio; *Cæsari, quum* Lib. 35.  
*orationem de ejurando regno, ac dividendis provinciis habuisset, multi  
erant honores decreti, n. ut ante ipsius domum in palatio lauri ponerentur,  
ac super eas coronæ quærneæ suspenderentur, quod perpetuus esset hostium  
victor & civium servator.* Hæc verba docent laurus, & quidem  
virides accrescentes, ante fores collocatas fuisse; unde & in  
nummo Augusti apud Sebast: Erizzum binæ laurus occur-  
runt, quas recte ex hoc loco & instituto ille interpretatur:  
firmat idem Ovidius i. Metamorph.

*Postibus Augustis eadem fidissima custos*

*Ante fores stabis; mediamque tuebere quercum.*

Nam & hic stare ante fores, ut apud Dionem  $\alpha\epsilon\lambda\theta\epsilon\alpha\gamma\ \alpha\epsilon\lambda\theta\epsilon\alpha\gamma\ \alpha\epsilon\lambda\theta\epsilon\alpha\gamma$   
 $\sigma\iota\lambda\epsilon\iota\omega\gamma$ , ponere ante palatium legitur. Sed si fuere in loco patulo,  
dispi-

L. 7. c. 9.  
de Cor.Claud.  
37. Tib.  
26.

Ecl. 7.

dispiciendum sedulo, quomodo corona civica super eas potuerit suspendi; quod factum fuisse Dio narrat, cujusque rei respectu Ovidius eam *mediam*, q. in medio istarum arborum positam, appellat. Paschalius censet querceam coronam quæ ornabat postes domus Augustæ, lauro fuisse circumdatam, & propterea eam Ovidium *mediam* appellare: quod à veritate alienum plane esse omnes auctores testantur. Dio sane & Ovidius eas discernunt, & civicam suspensam fuisse clarissime docet Suetonius. Puto igitur ab utroque portæ palatinæ latere laurus fuisse, & propterea Poëtam eas *postibus Augustis* custodes apponere; inque medio earum supra fores in fronte ædium coronam civicam fuisse, eam inde *mediam* vocari, & recte dici *supra laurus* suspendi. Non igitur erant junctæ, sed vicinæ; altera n. laurus in terram defixa, virens, crescens, uti clarissimè patet ex verbis Ovidii mox laudandis; altera vero parieti affixa. Eo respiciens Calpurnius ultimam *vicinam arborem* videtur vocare;

*Me quoque facundo comitatus Apolline Cæsar  
Respiciat, montes nec dedignetur adire,  
Quos & Phæbus amat, quos Jupiter ipse tuetur:  
In quibus Augustos visuraque sæpe triumphos  
Laurus fructificat, VICINAQUE nascitur arbor.*

Alii tamen aliter sentiunt, & vel explicant de myrto, vel palma conjuge; vel legunt *divinaque* (quod defendit Reinefius in variis Lectionibus) vel *Erycinaque*. Sed mihi *vicina arbor* non nunquam esse videbatur quercus, ex qua coronæ civicæ fiebant, quæ ante fores Augusti erant lauro proximæ. Ovidius;

l. 3. Trist.  
El. 1.

*Singula dum miror, video fulgentibus armis  
Conspicuos postes, tectaque digna Deo.  
En, domus hæc, dixi, Jovis est, quod ut esse putarem  
Augurium menti QUERNA CORONA dabat.  
Cujus ut accepi dominum, non fallimur, inquam,  
Et magni verum est hanc Jovis esse domum.*

Eadem elegia mox *lauru apposita* canit postes velari, & illi civicam superponi.

*Cur tamen APPOSITA velatur jamna LAURO  
Cingit & Augustas arbor opaca fores?*

Num

Num quia perpetuos meruit domus ista triumphos

An quia Leucadio semper amata Deo?

Ipsane quod festa est, an quod facit omnia festa?

Quam tribuit terris, pacis, an ista nota est?

Utique VIRET semper laurus, nec fronde caduca

Carpitur æternum sic habet illa decus?

Causa superpositæ scripto testata coronæ,

Servatos cives indicat hujus ope.

Sed quid est causa scripto testata? I. c. addita erat inscripto OB CIVES SERVATOS, quæ in numismatis Augusti cum eadem corona cernitur. Postquam autem CIVICA cœpit appendi foribus Imp. quasi propria eorum & pars Majestatis habita: quod expendens Seneca, eam elegantissime describit: Nullum ornamentum principis fastigio dignius pulchriusque est, quam illa corona OB CIVES SERVATOS. Non hostilia arma detracta victis, non currus barbarorum sanguine cruenti, non parta bello spolia. Hæc divina potentia est, gratiam & publice servare; multos autem occidere & indiscretos incendi ac ruinæ potentia est: & Valerius

L. 2. c. 8.

Max. scribit corona ob cives servatos danda postes Augustæ domus sempiterna gloria triumphare. Atque ex eo, quod fuerit tantæ dignitatis, lucem capit jocus Augusti apud Quintil. uti recte interpretatur Casaubonus. Sed hæc cum ita sint, miraberis mecum procul dubio Paschalium tradere, coronam civicam super foribus privatorum suspensam fuisse, atque à domo principis ad eorum ædes sensim transisse, vel certe ibi visam fuisse civicam pictam, aut quavis alia ratione effigiatam. Nam hæc fidei totius Antiquitatis adversantur; & vel Cæsarem zelotypia, qui ægre ferebant insignia sua aliis dari, novam sententiam condemnat. Producit tamen Ovid. loquentem de sacris, augurio, & templis augustis.

L. 6. c. 3.

Inst.

Suer.

Aug.

cap. 25.

Lib. 7.

cap. 10.

Lib. 1.

Fast.

Augeat imperium nostri Ducis: augeat annos,

Protegat & nostras querna corona fores.

Nostras; id est; ejus ex mente, fores Ovidii; Sed protegat potest commode significare, defendat; deinde in uno Vaticano eleganter scribitur meritas; & in optimis codicibus vestras; ut ad Germanicum referatur, cujus tutelam gesturum Augustum hac loquendi forma, vel certe eum quoque Imperatorem fore optat. Quod ex Tertulliano affert, nihil ad rem facit; quia in publica latitia, omni frondium genere januas ornare & co-

ronare, solebant. Sed acrius telum ex Auctore carminis ad Pisonem petit;

*Hinc quoque servati contingit gloria civis  
Altaque victrices intexunt limina palmæ.*

Nam ut palma, ita & quercea corona, quæ est gloria servati civis, debuit suspendi, quomodo sane argumentariis debet, qui his ex verbis probabit, privatorum ædibus coronam civicam fuisse appensam. Sed hoc telum facili declinatione corporis eludam; omnisque ille conatus in fumum abibit, si præcedentes versus, sine quibus bini hi intelligi difficulter possunt, in medium afferantur. Ita igitur canit; quisquis est, non minimi nominis Poëta.

*Nos quoque pacata Pisonem laude nitentem  
Exæquamus avis; tamen etsi bella qui-er unt,  
Non periit virtus, licet exercere togatæ  
Munera militiæ, licet & sine sanguinis haustu  
Mitia legitimo sub iudice bella movere.  
Hinc quoque servati...*

Opponit militiam bellicam avorum, & togatam Pisonis; & licet illa quiescat, tamen hanc exercere, & sub iudice bella movere, id est, patroni muneri fungi, eosque in iudicio defendere, quæ maxima apud Romanos laus, eum posse canit: & hinc addit *contingere gloriam servati civis*; quando sc. causa patronus vincit; nec civicam coronam dicit esse foribus suspendendam, sed *palmas intexere alta limina*. Scilicet solebant Oratores & causidici victoriam in foro partam appensa pro foribus palma, ut ea via clientes plures pararent; quemadmodum loco eleganti docet Lucianus libello, quem Πῆτερων διδασκαλον inscripsit; quo etiam respicit Juvenalis

Sat. 7.

— rumpe miser tensum jecur, ut tibi lasso  
*Figantur virides scalarum gloria, palmæ.*

Adeo ut nihil Pascalius evincat, qui late quidem de coronis, sed non accurate scripsit, & cum iudicio ubique fere legendus est. Sed ut totum pensum bona fide absolvam, adjiciendum est, quid coronæ illi post Augustum, factum; & quaerendum, num privatis, ut Libera Rep. fieri solebat, data etiam sit. Tiberius, ut ex Suetonio constat, eam suscipere noluit; Caligula ea coronatus urbem intravit, docente eodem, primo die phalerato equo, insignisque quercica corona, & securi, &

Cap. 19.

ceiro,



tribuisset, *quæstus magis quam offensus*. Tiberius namque veluti manente libera Rep. omnia administrabat; eaque via dominationem sibi stabiliēbat; inde cum penes Imp̄p. solos *Civicae coronæ* dandæ jus esset, non offensus factō Apronii; sed *quæstus* quodammodo est, ut videretur proconsulibus jus se vetus relinquere: qua de re etiam præter Suetonium loquitur

Cap. 32.  
L. 5. c. 6. Gellius; qui docet, nisi alia historia sit, Apronium incertum quid ageret, Imperatorem consuluisse. Tempore Neronis eam M. Ostorius P. Ostorii legati filius meruit, tradente iterum Tacito. Nam locis illis de Ostorio filio, non patre & filio, ut censet Paschalius, loquitur; nec dicit eum non illico adeptum civicam esse; verum postea Romæ à Principe, quæ est sententia ejusdem. Nam & hoc inde probari nequaquam potest, & talia scribere est ariolari; quanquam à vero non alienum sit Principem eam more solenni concessisse: priore loco ita Tacitus loquitur: *Qua pugna filius legati M. Ostorius SERVATI CIVIS DECUS meruit*; altero eum esse dicit, *multa militari fama, & CIVICAM CORONAM apud Britanniam meritum*: agit de metu, quem Nero ex virtutibus Apronii conceperat, propter quas & eum occidi fecit; nec de patre potest Tacitus exponi; quia eum in provincia mortuum esse narraverat; filiusque hoc tempore longinquis in agris apud fines Ligurum agebat. Aliud exemplum datæ privatis coronæ civicæ sub Imp̄p. præbet nobis Inscriptio XX. Classis VIII. apud Reinesium; & in ea L. CORNELIUS L. F. dicitur IN CLASSE RAVENNATE (ita enim vir Doctus scribendum judicat) CORONAM CIVICAM meruisse.

Lib. 12.  
cap. 31.  
Lib. 16.  
cap. 15.

Lib. 12.  
A. c. 39.

NUMISMATA  
ANTIQUA  
EXPLICATA.


STAMM

ANTHONY

EXETER



NUMISMATA  
 ANTIQUA  
 EXPLICATA.



Irurum in modum me studium oblectat, quod numismatis vetustis illustrandis impenditur; & plurimam nec vulgarem sive translaticiam iis eruditionem contineri cum viris doctrina præstantibus persuasus plane sum. Hinc sæpe horas, quibus vaco à negotiis publicis, tam venerandis almæ antiquitatis reliquiis dare soleo; nec tantum miror manus artificum, verum etiam excutio, quid sibi ænigmata, quibus Græcorum & Romanorum nummi signati sint, velint. Natum hinc non spernendum spicilegium; factumque ut in nonnullos, qui mihi obscuriores, neque satis explicati videbantur esse, diligentius, si qua tamen in me diligentia est, inquisiverim. Et licet res sit difficilis admodum divinationibusque obnoxii argumenti, posthabitis tamen lividorum morsibus, & umbraticis ætatis nostræ Zoilis, operæ pretium me facturum existimavi, si lucubratiunculæ meæ specimen exhiberem, & nonnullis exemplis docere conarer, multa etiamnum superesse in hoc studii genere illustranda, doctissimosque viros aliis, ut sic loquar, lampada tradidisse.

Carolus igitur Patinus, raræ vir eruditionis, & antiquitatis egregius admirator, nummum elegantem edidit; in cuius una area conspiciuntur Hadriani & Sabinæ vultus; in altera, figura sinistra manu hastam, dextra binas spicas, quales etiam ad pedes ejus sunt, tenens cum Ins. Num. 1. CAΛΙΤΩΝ;

Hoc nomen mihi nequaquam mutilum, verum integrum esse, & referri debere videtur ad incolas oppidi Pannoniæ Inferioris, cui nomen apud Ptolomæum Lib. 2. cap. 16. Σελίς. *Spicas* figura, sive muliebris sive virilis, tenet, quia Pannonia frugum feracissima; atque, ut Solinus loquitur, *solo plano uberique*

*Dravo*

*Dravo Savoque inclitis annibus circumflua*; unde eodem symbolo  
 TRES GALLIÆ in Galbæ; ALEXANDRIA in Au-  
 gusti; AFRICA in Hadriani Imp. nummis ornata sunt.  
 T. 2. Hos quinetiam *Salitas* in Decii apud Trifanum numismate  
 Trif. *Salitas* appellari censeo; cumque cum eruditis antiquariis non  
 Patin. ad Hyrcaniæ populum, oppidum Σάλην inhabitantem; ve-  
 rum ad *Salitas* nostros refero; quia EI. & I. in marmoribus &  
 nummis, nisi in Patiniano E. extritum sit vetustate, promif-  
 cue frequenter ponuntur; & Decii oriundi erant Pannonia,  
 quam ob causam in patris nummo PANNONIÆ etiam  
 occurrunt. Neque enim mihi unquam fiet verisimile, Hyr-  
 canos in alio quasi orbe habitantes, & inimico Romano no-  
 mini imperio parentes, hunc honorem habuisse, vel habere  
 fuisse ausos Imperatori, penes quem veluti divisione orbis  
 cum Parthis facta, Occidentis erat imperium. Nec quicquam  
 id existimantibus favet Philippi nummus; in quo hinc ex  
 sententia Trifani cernitur dea veste ad pedes demissa, can-  
 tharum dextra, sinistra manu hastam tenens, & comitata  
 cane, cum Inscriptione ΤΡΚΑΝΩΝ; quippe qui ab Hyr-  
 canis, à quibus nomen habet Hyrcanum mare, percussus  
 nequaquam est. Conatur id quidem probare vir doctissimus,  
 sed infeliciter; simulque aliis erroribus, ut vara vibiam se-  
 quitur, sese implicat. Nam Hyrcani finitimi quidem sunt  
 Assyriis, teste Xenophonte; verum illam Assyriam nun-  
 quam Leuco-Syriam appellarunt veteres. Nomen istud da-  
 tum est Cappadociæ, regionisque ejus incolæ ab aliis Syri, ab  
 aliis *Assyrii* (hæc nomina sæpe confunduntur) & *Leuco-Syri* dicti  
 Lib. 12. sunt: quia habitantes extra Taurum Syri colore erant adusto,  
 & 16. uti memoriæ mandat Strabo. Deinde Arabia Petræa non  
 erat prope Hyrcaniam, nec propterea ejus caput *Hyrcana* in  
 honorem Philippi, qui natus erat Bostræ, nummum signare  
 potuit. Servius quidem *Hyrcaniam* facit *Arabia sylvarum*; & Vir-  
 giliii *Hyrcanas tigres* interpretatur *Arabicæ*; sed Grammaticum  
 doctissimum errare jam longum est, ex quo persuasus sum:  
 quamvis Maro alibi, ejusque exemplo Seneca *Hyrcanos* &  
*Arabas* jungant: quia, ut arbitror, gentes ambæ erant bel-  
 licosæ & longe remotæ: Arabiaque nec non Hyrcanica sylvis  
 ac feris abundabant. Sic nunquam probare potui *Κοδύρας*, In-  
 dia intra Gangem populum, in honorem Domitiani num-

mos signasse; id quod tamen affirmare non dubitat Tristanus; quia nummus inscribitur ΕΠΙΝΕΩΚΟΡΩΝΚΥΤΑΟΥΤΑ. Neque enim eousque reverentia Romani Imperii processit; & fabrica numismatis Græca plane est; sedetque in eo dea turritam coronam gerens capite, dextra tenens spicam & papaver, sinistra hastam. Quod si quis divinationi in re tam obscura locus; mihi videtur nomen populi, qui se *Neocoros* esse signat, omissum esse; Ἐπι Κυδάρτα significare nomen magistratus, & descendere Σοτὸ Κυδάρτας; uti in Inscriptione antiqua Theophrastus vocatur filius Μελαίντα, id est, Μελαίνης; & Lyttiorum urbs statuat erexit Matidiæ Augustæ, ΔΙΑΠΡΟΤΟΚΟΣΜΟΥΦΛΑΟΥΤΙΟΥΚΟΜΑΣΤΑ sive *Κομάσος*; qui genitivus primæ declinationis in multis nominibus usitatus est. Nec aliter ego equidem sentio de Indiæ sive vera sive fictitia *Nysa*; eamque urbem nunquam existimo nummos percussisse in honorem Romanorum Imp. Cernitur quidem Deus Lunus in nummo ΝΥΣΑΕΩΝ apud Patinum; sed nequaquam dubitandum est, num ad Nysam Armeniæ Minoris, vel Arabiæ, vel Thraciæ, vel Ægypti, vel denique Indiæ debeat referri, quia à fide plane alienum est, Indos tot fluminibus & maribus divisos hanc reverentiam habuisse Marco Aurelio. Idem statuendum de Caracallæ numismate in quo Satyrus hircum cornubus tenet, cum Inf. ΝΥΖΑΕΩΝ; maléque & hic ad Indiam decurritur; cum proculdubio ejusmodi nummi originem suam debeant urbibus majestatem Romanam colentibus. Illustris quapropter Spanhemius meliori jure Seguinianum numisma (in quo occurrit Deus Lunus, & ad pedes ejus caput bovis, cum ΕΠ. ΣΤΡ-ΜΕΝΑΝΔΡΟΥ. Β. ΝΥΣΑΕΩΝ) ad Eubiæ, cujus insigne caput bubulum, refert; & Tristanus alium Caracallæ ad Nysam urbem Arabiæ. Et hac occasione non omittendus Alexandri Magni nummus, cujus in averfa area cernitur monoceros cornu in cantharo Bacchi quiescente cum literis ΝΥΣΑΕΩΝ. Vir qui doctissimas lucubrationes de unicornu scripsit; notat illud ænigma ad Nysam Indicam, quæ Libero Patri sacra, posse referri, simulque dubitat, num sculptam potius fuerit ΝΙΚΑΙΕΩΝ in memoriam Nicææ urbis Bithyniæ ab Al. Magno ibi conditæ, teste Justino Libro duodecimo. Sed auctor ille non celebrat Nicæam Bithy-

niæ, verum Indiæ, quam Alexander ex nomine victoriæ condidit; deinde Nicæa Bithyniæ non posita est à Magno, neque ab eo nomen accepit. Lyfimachus urbem istam captam & restauratam post Alexandri mortem uxoris nomine *Nicæam* dixit, cum ante *Ancore*, (*Elicore* scribitur in Ordine Præcedentiæ Patriarcharum) vel *Antigonia* vocaretur, testibus Strabone & Stephano: tandemque de fide illius nummi una cum Spanhemio, certissimo harum rerum iudice, quia animal istud fabulosum est, dubito: nisi dicamus Macedones, quia antiquiores auctores monoceron celebraverant, ad captandam gratiam Principis sui, ejusmodi emblemate nummos signasse. In Philippi tandem nummo non præsentatur dea; sed Bacchus habitu plane & vultu fæmineo; cantharum, proprium insigne, dextra; sinistra hastam tenens, & comitem trahens pantheram. Ipse sic Dionysus eandem feram apud se habet in Severi & Commodi; curru insidet à binis pantheris tracto in Decii & nescio cujus populi nummis apud Tristanum & Patinum; inque nonnullis similiter plane cantharum manu tenet; adeo ut recte Arnobius celebret in *Liberi dextra pendentem pоторium cantharum*. His explicatis restat, ut qui *HYRCANI* nummum percusserint, aperiā. Stephanus *Hyrcañiam* scribit esse urbem Thraciæ, vicum Palæstinae prope Judæam; & *Hyrcañium* *πεδίων* Lydiæ attribuit. Bacchus sane à Thracibus & Asiæ Minoris incolis fuit admodum religiose cultus: unde dubium mihi equidem est, ad quem populum referri tam insigne monumentum debeat. Sed postquam omnia ad examen revocavi; ultimis illud adjudicandum esse censeo; quia Laodicensis, Coi, Thessalonicensis, Ephesii Philippi patris etiam vultu nummos signarunt; Antiochenique, Cycizeni, Magnetes unā cum *Hyrcañis* Juniorem Philippum æri indiderunt; duosque nummos, quorum in uno cernitur caput muliebre turratum & *ΤΡΚΑΝΗ*, in altero Dea tenens cornucopiæ & gubernaculum cum lit. *ΤΡΚΑΝΩΝ*, ad eandem gentem referre non dubitat Doctissimus Sponius. Hoc autem *Τραδίων* *πεδίων*, vel *Hyrcañus campus*, ut Livius loquitur, nomen accepit ab *Hyrcañis*, quos Persæ eo in coloniam deduxerant, teste Strabone; postea à permistis, ut verisimile est Macedonibus, *Macedones Hyrcani* fuerunt dicti, quemadmodum apud Plinium & Ta-

& Tacitum legere licet. Urbem *Hyrceaniam* vocat Eusebius vel Hieronymus; *Ἰγκανίω* nummus; & in Ordine Præfidentiarum Patriarcharum, quam post alios Beveregius edidit, celebratur in Lydia Episcopus *Ἰγκανίδης*. Ne cui autem mirum videatur, Bacchum foemineo ornatu exhiberi, breviter expediam, quid veteres de deorum suorum natura senserint. In ea Orpheum secuti erant opinione deos, utriusque sexus participes, sive mares & foeminas esse. Lactantius: *Nisi forte existimabimus, Deum; sicut Orpheus putavit, & marem esse & foeminam, quod aliter generare nequiverit nisi haberet vim sexus utriusque: Servius: Secundum eos, qui dicunt utriusque sexus participationem habere numma: rursus: Non mirum est cum supra dixerimus ἄστρον ἡλίου esse omnes deos; alibi: Numina utriusque sexus videntur ideo, quia incorporea sunt, & quod volunt, assumunt corpus. Atque hoc de ipso etiam Iove persuasum habebant tam Græci quam Latini, uti præter Valerium Soranum & Varronem apud Augustinum, quorum verba laudavit Doctissimus Voilius Pater, docet Euagrius, & Julius Firmicus: Hi quoque, ait hic, Iovem in duas dividunt potestates, naturam ejus ad utriusque sexus transferentes, & viri & foeminae simulacra ignis substantiam deputantes: nec non Orpheus apud Auctorem libri de Mundo;*

L. 5. 30.  
lib. 2.  
An. 47.

L. 4. c. 8

Ad 1. 2. 6.  
& 7. Æn.

L. 6. c. 7.  
Th. Gent.  
L. 1. H.  
Eccl.  
c. 11.

*Ζὼς ἀρσένω φρετο, Ζὼς ἀμειβοῦσι ἐπλετο νύμφη.*  
id est, vertente Apulejo;

*Jupiter & mas est, estque etiam nympha perennis:*

Et, ne dicam Macrobiū *Μετρωῦν*; Petronium *Fortunam*; Virgilium *Venerem*, de qua videri possunt Vossius, Seldenus & Meursius, DEUM appellare, Plutarchus tradit *Μητιοῦ πτωσελλω* ἡ κέσμος ῥύσιν ἔχειν ἀρσενόθην. Orpheo Minerva dicitur esse ἄρσεν ἢ θήλυς; à Brachmanibus Deum coli, cujus dextrum latus virile, sinistrum muliebri erat, Porphyrius in fragmento libri de Styge, quod exstat apud Stobæum, & plenius editum est ab Holstenio: Albricus Philosophus Mercurium de viro in foeminam & de foemina in masculum se mutasse, cum volebat, & ideo pictum esse cum utroque sexu: & lanceam pro virili columque pro muliebri sexu illi tribui tradunt. Et denique de *Fortuna* ita loquitur Lactantius *verum Philosophi ne aliquando errent, in re stulta volunt esse sapientes: qui Fortune sexum mutant; eamque non DEAM, sicut vulgus, sed DEUM esse dicunt; ubi nullam ob causam nodum in scirpo*

L. 3. c. 29.

Lib. 1.  
& L. 1.  
Anal.  
cap. xi.  
de D. Syr.  
l. 1. c. 8.  
Cypri.  
Lib. de Is.  
& Osir.

L. 3. c. 7.  
H. Eccl.

Betulejus quærit, multaque de *Fortuna mascula* addit, quæ nihil ad rem faciunt. Atque ita Aristides Bacchum narrat esse ἄρβυλα καὶ θῆλυα; Porphyrius apud Eusebium θηλύμορφον; talemque effingi solere auctor est Phornutus. In Bacchico sane triumpho, quem præfert vetus marmor in ædibus Hasdrubalis Matthæi, Bacchus ipse curru vehitur cultu & vultu muliebri, teste Hieronymo Alejandro, eumque *muliebri & delicato corpore* pictum fuisse testatur Isidorus in Originibus. Neque aliter occurrit in nummo Alexandri Severi, quem COLONIA AUGUSTA PIA METROPOLIS SIDON percussit, vel in alio ΑΒΩΝΟΤΕΙΧΙΤΩΝ apud Patinum & Spanhemium, Theodoretus quoque memoriæ mandat Emefæ gentiles ecclesiam Διονύσω τῶ γυνιδι sive *semimari*; ac in ea simulacrum κατὰ γέλασον καὶ ἀνδρόγμων. consecrasse; & denique Bochartus opinatur, Arabes cam ob rationem deum *Baccham* appellare, adeo ut nihil mirum sit Liberum ita ornatum in nummis occurrere; & Hipparchum Stagiritam, Aristotelis, teste Suida, propinquum inquisivisse olim: πὶ τὸ ἄρβεν καὶ θῆλυ ὡς εἰ θεοῖς.

II. Alius apud Patinum nummus est; cujus una in area cernitur Domitianus Imperator laureatus, & IMP. CÆS. DOMIT. AUG. GERM. IMP. P. P. VIII. CENS. PER. P. P. in altera vero sacrificium; ara ardens; virtogatus & libans; citharæodus; alius corollam tenens; victimarius vel popa; hostia, figura muliebris jacens & gerens cornucopiæ cum Inf. CONSECRATIO. & S. C.



Et

Et primo quidem vel vitio cælatoris, vel ejus qui nummum delineavit, male scribitur, IMP. P. P. VIII. cum debeat esse, IMP. TR. P. VIII. quemadmodum non modo ipsa ratio suadet, verum etiam alius Domitiani nummus cum eadem plane epigraphæ apud Erizzum. Deinde in nummo præter CONSECRATIONEM sacrificium exhiberi pulcherrimum, inque eo Imperatorem stare habitu sacrificantis: spectandam esse notam S. C. quæ tempus cusi nummi indicat; huc spectare Suetonii verba. *Occisum enim Domitianum populus indifferenter, miles gravissime tulit, statimque eum DIVUM appellare conatus: paratus & ulcisci, nisi duces defuissent: quod quidem paulo post fuit: ego certe non perspicio quo pertineant; nisi forte existimet vir eximius Domitianum à Senatu inter Deos esse relatum. Verum hæc si ejus fuit mens, non videtur animadvertisse Tranquillum narrare, Senatum adeo lætatum esse, ut repleta certatim curia non temperaret, quin mortuum contumeliosissimo atque acerbissimo acclamationum genere laceraret; scalas etiam inferri, clypeosque & imagines ejus coram detrabi, & ibidem solo affligi juberet: novissime eradendos ubique titulos, abolendumque omnem memoriam decerneret. Non igitur CONSECratio ad Domitianum potest referri, qui ne quidem à militibus, quippe qui conati tantum sunt id facere, consecratus est; sed ad alium; cujus consecratio eo notabilior, quia incidit in annum, quo Domitianus ludos sæculares fecit, sive imperii septimum. Si quis igitur divinationi locus; arbitror vel JULIÆ vel filii Domitiani parvuli, quem ex Domitia sustulit, CONSECRATIONEM nobis ob oculos poni. Nam Domitianus Juliam D. Titi filiam perditæ amatam, & ex abortu mortuam diis adscripsit. DIVA JULIA vocatur eam ob causam in Nummis & à Martiale; qui alibi eleganter fingit Juliam, inter deos n. relatam, filio Domitiani parvulo necturam aurea fila;*

Lib. 9.  
Ep. 1.  
Lib. 6.  
Ep. 3.

*Ipsa tibi niveo trahet aurea pollice fila  
Et totam Phœxi Julia nebit ovem.*

id est, Parcæ munere fungetur, & vitam longissimam, beatissimamque, licet inimica Domitiæ matri, unde additur *ipsa*, sit, tibi tribuet. Et quia Juliam mentio, facere non possum, quin nummum ejus, quantum equidem scio, ineditum, quem mecum communicavit pietatis & doctrinæ egregius.

gius vir Joannes Smetius, adjiciam. Cernitur in una area Juliae vultus, & JULIA. TITI. IMP. F. in altera elegans sacrificium, quod celebrat ipse Imperator paludatus & armatus parazonio; sacerdos pateram in aram incensam effundens, adjectis tribus aliis figuris cum victima; quemadmodum ex ætippo clarissime patebit.



Cep. 18.  
Anast.  
Childer.  
in Gem.  
Basil.

Hoc Sacrificium quo referendum sit, fateor me ignorare: nam quo minus Juliae consecrationem repræsentari credam; facit  $\pi$  DIVA omisium; adeo ut vel ob concordiam conjugalem, vel aliam causam signatus nummus videatur. Est autem ille, uti apparet, perforatus; quod num à veteribus, quos Chiffletius & Joannes Macarius credunt nummos remedii loco è collo suspendisse; an vero à recentioribus factum sit, alijs discutiendum relinquo. Verum, ut eo, unde digressus sum redeam, filium Domitiani consecratum esse, non modo nummi, in quibus vocatur DIVUS CÆSAR IMP. DOMITIANI. F. & stellis illatus insidet globo cælesti; Domitriaque sacrificans, appellatur DIVI CÆS. MATER; verum etiam Statius, Martialis, & Silius Italicus, quorum verba alijs sunt laudata, testantur. Atque hinc semper existimavi Cæsarum (ita voco hæredes imperii designatos) primum consecratum non fuisse Saloninum Valerianum, (qui, cum foret Gallieni & Saloninae filius, à Valeriano Imp. est factus Cæsar, & in numismatis appellatur DIVUS CÆSAR VALERIANUS PRINCEPS JUVENTUTIS; cujusque CONSECRATIO aquila in cœlum ipsum ferente denotatur) sed Domitiani filium parvulum. Nec quicquam est, quod miremur infantem DIVIS adscriptum esse; cum & Senatus quondam censuerit filiolarum Poppææ, quartum intra mensem defunctæ honorem DIVI VÆ, & pulvinar ædemque & sacerdotem decernendum; teste Tacito; apud quem propterea Nero eam *Divinam*

Lib. 15.  
S. 33.  
Lib. 16.  
c. 6.



*infantem* in laudatione Poppæ, appellare non dubitavit.

III. Singularis raritatis & elegantiæ nummus exstat apud Seguinum; illiusque in una area cernitur Tiberius laureatus, & ΤΙΒΕΡΙΩ. ΚΑΙΣΑΡΙ. ΣΕΒΑΣΤΩ. ΓΟΡΤΥΝΙΩ. in altera Augustus radiatus, &, ΚΑΙΣΑΡΙ. ΣΕΒΑΣΤΩ. ΚΡΗΤΕΣ ΕΚΟΡΑΥ; non secus ac in alio: ΚΑΙΣΑΡΙ. ΣΕΒΑΣΤΩ. Κ. ΓΗΓΩΝ ΕΚΟΡΑΥ.

Quid ultimæ sibi litteræ velint fatetur se ignorare vir doctissimus: at Joannes Vaillant ex aliis integrioribusque nummis explicat ΕΠΙ ΚΟΡΑΥΠΟΥ. putatque signatos eos esse; *sub prætore Corlupo*. Insolentia nominis, quippe quod nec Græcum nec Latinum est, movet me, ut credam alia hic via utendum esse. Distinguo igitur Ε. ΚΟΙ. Α. vel Ε. ΚΟΡ. ΑΥ. vel ΕΠΙ. ΚΟΡ. ΑΥΗΟΥ. id est: *sub Cornelio Lupo*. Hic proculdubio pro-consule, vel pro-pratore, quem cum

παρέρω sive *Adfessore* Cretæ Tiberius, teste Dione, præfecit, eam provinciam rexit; & forte est Cornelius Lupus, Claudii tempore artibus Suillii damnatus, uti Tacitus narrat, quique absolute *Lupus*, Claudii amicus & Consularis dicitur Senecæ. Nihil autem frequentius in nummis quam vox *Tri*, tempus signans quo nummus signatus est. Nec sane hoc monerem, nisi, antequam pergami in explicando Tiberiano nummo, alios aliquot ad examen revocare constituissem. In Claudii enim cernitur figura alata hastam puram tenens, & ante ejus pedes serpens cum inf. ΧΡΕΣΧΙΟΥ ΨΙΛΩΠΑΤ: mire fluctuat eruditissimus Tristanus; & quantum videat deletam particulam Ε π, & nummum signatum esse *sub Chrescio*, nullus tamen intelligit, quid sibi *psilo patria* velit; & ad insulam loniæ proximam decurrit: cum *Chreschius* cognomen *Psilopataris*, vel, uti scribendum iudico, *Philopataris* tulerit. Elegantissimus alius Britannici ita distinguendus est: ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΣ (ΠΡΟ ΪΣ) ΒΑΛΟΙΟΥ: ΕΠΙ. ΜΙΝΑΙΟΥ; ita ut sub Minæo, vel Minæo præfecto sit signatus. Elagabali apud Patinum numismata inscribuntur. ΕΠ. ΝΟΥΒΙΟΥ ΡΟΥΦΟΥ, *sub Nobio Ruso*, ut vertit vir doctissimus. Verum *Nobia* gens nulla Romæ; intelligendusque est *Novius Rufus*: sic Βαλέριος est *Valerius*, Βιργίλιος, *Virgilius*; Βιττιλιών, *Vitalio*; Οκταβία *Octavia*, Σεβήρος, *Severus*, tam in nummis quam marmoribus. Et alius; ex majoribus forte nostri, eodem nomi-

Lib. 57.  
Lib. 13.  
cap. 46.  
in Apoc.

cap. 13. ne occisus est à Septimio Severo, teste Spartiano; quem arbitror laudari in inscriptione tempore Pertinacis posita:

SENTENTIAM. QUAM. TULIT  
L. NOVIUS. RUFUS. LEG. AUG.

In nummo Decii Junioris ΕΠΙ ΔΟΥΛΛΟΥ, nihil aliud significat, quam nummum eo vel urbi Sali, vel Pannoniis imposito signatum esse; adeo ut mirer Patinum existimare obscurum hoc esse, cum & hoc Tristanus animadverterit, & *Dorilaus* etiam nomen proprium sit apud Strabonem libro decimo. In altera nummi nostri area Tiberius vocatur ΓΟΡΤΥΝΙΟΣ: sed mihi videtur vel extrita vel omiſſa esse littera N. ita ut idem sit quod ΓΟΡΤΥΝΙΩΝ, à quibus ille signatus. Neque enim mihi unquam fiet verisimile, id cognomen datum esse Tiberio cum jure civitatis (ita commentatur præstantissimus antiquarius) à Gortyniis donaretur; vel Imperatorem Romanæ urbis, cujus jam dominus erat, cognomine se voluisse appellari. Firmat plane conjecturam meam C. Cæsaris apud Patinum nummus; qui hinc exhibet ΓΑΙΟΝ. ΚΑΙΣΑΡΑ. ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΝ. ΣΕΒΑΣΤΟΝ laureatum; inde ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΝ. ΚΑΙΣΑΡΑ itidem laurea corona ornatum, & ΓΟΡΤΥΝΙΩΝ; eamque scripturam nullam ob causam in dubium vocat doctissimus editor; cum significet Gortynios nummum signasse. Atque ita sæpissime populorum nomina in nummis obvia sunt: quod cum minus observarint viri eruditi, subinde lapsi sunt. In Claudii numismate legitur ΤΙ. ΚΛΑΥΔΙΟΣ. ΚΑΙΣΑΡ. & in altera ejus area; ΜΑΚΕΔΟΝΩΝ ΣΕΒΑΣΤΟΣ. Erizus arbitratur Claudium dictum *Macedonum Augustum* sive *Principem*; propterque similem epigraphen Tristanus Vitellium, Patinus Neronem faciunt *Augustum Macedonum*; cum tamen vox *Μακεδονων* absolute ponatur, nihilque aliud significet, quam nummos eos à Macedonibus percussos esse; Αὐγυς autem pertineat ad alteram nummi partem, jungique debeat cum illa hoc modo ΤΙ. ΚΛΑΥΔΙΟΣ. ΚΑΙΣΑΡ. ΣΕΒΑΣΤΟΣ, inde accedit, ΜΑΚΕΔΟΝΩΝ. Similiter Domitiani nummus inscribitur ΔΟΜΙΤΙΑΝΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΣΑΜΙΩΝ, non quia *Cæsar Samiorum*, quod ridiculum foret, fuit vocatus; sed quia æs à Samiis signatum est. Sic recte Spanhemius, vir Illustris, judicat nummos gazæ Mediceæ, cum

cum Ins. ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΣΙΔΟΝΙΩΝ, aut ΤΥΡΙΩΝ percussos esse à Sidoniis & Tyriis in honorem Demetrii Regis Syriae; non autem referri debere ad peculiarem aliquem Sidonis vel Tyri regem. Nec omittendus insignis Neronis nummus; cujus una in area cernitur Solis caput radiatum, & ΡΟΔΙΩΝ ΝΕΡΩΝ ΣΕΒΑΣΤΩΝ, id est, *Tristano interprete, Rhodiorum Neronensium Augustorum*; quæ quid sibi velint fateor me ignorare. Nec est quod de scriptura cum alio dubitemus; quippe quæ integerrima est, & nullo vitio laborat. Sed, quod miror oculos homines fugisse, alio legenda est scriptura ordine; ut ΤΩΝ ΡΟΔΙΩΝ, qui nummum scilicet feriendum curaverunt; & ΝΕΡΩΝ ΣΕΒΑΣ, id est, *Νέρων Σεβάστ.* Sic nunquam probare potui in nummis Hispaniæ jungi à viris doctis TARRACO vel TOLETO PIU; licet una in area conspiciantur binæ istæ voces; verum persuasus sum PIU. vel PIUS, referri debere ad nomen regis, quod in altera area est; licet urbes nonnunquam PIÆ appellentur; & parum accurati in observandis generibus tunc temporis fuerint. Huc pertinet Antonii nummus apud Joh. Vaillant; cujus in aversa parte cernitur, prora navis & astrum cum Ins. IMP. CN. DOMIT. ΑΗΝΟΒΑΡΒΥΣ. IMP. Nam π IMP. quod primo loco ponitur, referendum est ad Antonium, qui in altera nummi area cernitur; vel incuria artificis bis exprimitur, quia in nummo Ducis Arschoani omittitur. Hanc autem vocum transpositionem, quam modo in Rhodiorum nummo vidimus, & distinctionem, cum non observaret Nonnius in explicanda Goltzii Græcia, bis insigniter lapsus est. In Delphorum enim nummo putat exstare *Ευρηδέλων Δήμ*; cum faciendum sit, quamvis vox *δέλων* in medio ponatur, *Ευρηδήμ*. *δέλων*: quorum illud nomen magistratus est, qui ita & in aliis sæpe occurrit monumentis. Faustinae nummo inscribitur Τ. ΑΙΑΙΟΣ ΔΙΟΝΥΣΙΟΣ ΔΑΘΔΙΚΕΩΝ. M. Aurelii ΚΑΜΠΕΙΤΗΣ (si modo viri nomen proprium) ΝΥΤΑΙΕΩΝ; Lepidi; ΔΙΟΦΑΝΤΟΣ ΚΩΙΩΝ. Augusti; ΚΑΛΛΙΠΙΔΗΣ ΚΩΙΩΝ. Neronis Γαΐος Ποσειμ. Δαοδιέων; quod & in aliis apud Tristanum, Erizzum & Patinum observare licet. Idem Nonnus in Atheniensium ære scribebat ΙΩΝ ΑΘΗΝΑ, quo alludi putat ad Ionem Xuthi filium,

Lib. 1.  
Sect. 6.  
Mon. Pat.  
335.

qui olim Athenis imperavit, & terram Atticam *Ioniam* vocavit; cum aliunde initio sumpto legendum sit ΑΘΗΝΑΙΩΝ. Atque ut clarius pateat, quas turbas det non observata in nummis & marmoribus distinguendi ratio, adjiciam inscriptionem, quæ existat apud Sertorium Urfatum.

D. M.

P A R T H E N O  
P E O. A U G.  
D I S P U E R N E  
F E S T A. C O N  
J U N C X. E T  
M E R C U R I  
A L I S. V I R  
E J U S. B. M  
F E C E R U N T.

Ex quarta linea vir doctissimus facit vel *DISPUERNA*, vel melius *DISPUERNEA FESTA*: hocque fabrili imperitia mendum irrepsisse credit, quia nihil *DISPUERNE* cum *FESTA*; cujus alterum putat esse prænomen; ex *AUG.* tandem facit *AUGUSTALI*, intelligitque sacerdotem Augusto dicatum & à Tiberio institutum, vel Augustanum militem. Nolo hæc multis refellere; verum ita hæc verba distinguenda & legenda existimo: *PARTHENOPEO. AUGUSTI. DISP. VERNE.* id est *Dispensatori vernæ.* E pro *Æ.* ponitur; illudque in nummis & marmoribus obviam esse inter omnes constat, & ego alio loco doceo. Quin & idem titulus in aliis apud Gruterum marmoribus occurrit; ut,

IAS. 3.  
p. 78. &  
7. p. 13.

PIETATI  
FORTUNÆ. PRIMIG  
VOTIS. SUSCEPTIS  
SALVIS. AUGUSTIS  
M. AURELIO. ANTONINO. ET  
L. AELIO. AURELIO  
FORTUNATUS. VERNA  
DISP. EORUM  
ET. AURELIA. SUSCEPTA. LIB.

IOVI. O. M.  
CONSERVATORI  
CALLISTUS. AUG.  
NOSTRI. VER  
NA. DISPEN  
SATOR. ET. COR  
NELIA. EJUS  
PRO. SE. ET. SUIS.

Id. 67.

Et in alio lapide laudatur *ANTROCIUS VERNA EXDISP.* id est, *exdispensator* Augustorum; adeo ut hinc explicatio marmoris Patavini plane firmetur.

IV. Apud Goltzium nummus est æreus *Nisæorum*; in-  
que

que ejus una area cernitur spica cum littera M. & voce ΟΒΟΛΟΣ; in altera homo fere nudus, scaphæ insistentis & nummum porrigens cum Inf. ΝΙΣΑΙΩΝ. Sæpe mecum putavi, quid hoc ænigma sibi vellet; & licet conjectura nata sit, tamen adhuc hæreo; nec sententiam meam proferrem; nisi crederem licere etiam dubia interdum extrudere, ut alii incitentur ad diligentius ea illustranda. Veteres igitur mortuorum ori nummum vel obolum imponebant, ut Charonti naulum persolverent, quemadmodum ex Luciano, Juvenale, Apulejo, Propertio, Aristophane, Etymologici Auctore, Suida & Callimacho docuit Meursius. Hujus superstitionis arbitror hic splendida vestigia existare. Nam homo cymbæ insistit, nudus fere est, obolum manu porrigit, tanquam vecturæ pretium. Præterea ΟΒΟΛΟΣ inscribitur; quomodo & nummum vocat Lucianus non solum loco

à Meursio laudato, verum etiam alibi: *Divitibus autem, ô lepidissimum caput, hæc nostro nomine annuncies quæso: Quid, ô vani, aurum tantopere custoditis? quid excruciatis vos ipsos suppantes usuras & talentum aliud super aliud accumulantes, ες χεῖρῶν ὄβολον ἔχοντες ἤκειν μετ' ὀλίγον, quos unum obolum habentes oportet post parvum tempus venire.*

In Dial.  
Mort.

Diodorus Siculus narrat Græcorum de inferis fabulas cum Ægyptiorum ritibus convenire atque inde Philosphos sua sumpsisse; ad hæc vere apud eos portitorem vel eum qui cadavera trans Nilum vehit, vocari Charontem, πρὸ ὀπίσθερον νόμισμα τὸν ὄβολον τῷ περθευτῇ δίδουσι: Joannes Sarisber.

Lib. 1.  
Bibl.  
P. 87.

*Experto crede in manus eorum millies incidi, & ut aliquid de fabulis mutuemur, portitor immitis Charon, qui nemini pepercit unquam, istis longe clementior est. Stipe siquidem vel triente solet esse contentus.* Proprio cæteroquin nomine Δανακή vocabatur, uti præter Auctorem

L. 5. c. x.  
Polucr.

M. Etym. & Suidam, quos laudat Meursius, docet alio loco idem Suidas; *Est λίμην ἐν ἄδου, ἢ ὀπίσθερον νόμισμα ὅπερ ΔΑΝΑΚΗ καλεῖται τῷ περθευτῇ διδόντες: Hesychius Δανακή... ἐλέγχετο ἢ ἐν ὀπίσθερον νόμισμα ὅπερ ὄβολος.* Præterea nominabatur καραδάδοντα, nisi Suidas in ea voce corruptus sit.

In v. A.  
ἔραστα.

Colligere vectigal illud fingebatur Æacus; Lucianus: *καὶ ὁ πελώνης Αἰακὸς ἀγαπητὸς, μηδ' ὄβολον ἐμπλῶν; Et Æacus qui colligendo vectigali præest stomachabitur, quod tanto tempore ne obolum quidem lucrifecerit.* Soli autem ab hoc tributo immunes erant Ægienses Peloponnesi incolæ; quia Ceres filiam Proserpinam

In Char.

quærens, quid illi factum esset, ex iis (*Hermionenses* tamen hoc fecisse memoriae mandat Zenob. Cent. i. Prov. 7., cognovit, quemadmodum docet Suidas: Περθεμνίον αἶτ, ὁ μισθὸς τῆ καλλιμαχίας

Τένεκα ἢ νέυες περθεμνίον εἴπι φέρον, Ἐν Αἰγυπτῷ ἴδ' κατὰ θεοτόν ἐστιν ἄδης, ἐς ὃ ἀπελθῶσα ἡ Δημήτηρ ἔμαθε πῶς τῷ πελοκῶν πλεῖ τ' ἕρης, καὶ ἐδώρησατο αὐτοῖς, ὡς λέγει, ἀφ' ἑσιν τῆ περθεμνίας: *Nautæ merces, naulum: Callimachus,*

*Ideo etiam mortui naulum nullum afferunt.*

*In Ægypto enim est descensus ad inferos, in quem descendens Ceres, ex accolis, ubi Proserpina esset, cognovit: ipsiſque, ut canit Callimachus; nauli remissionem donavit: Qui Callimachi locus integrior legitur apud Auctorem M. Etym. corrigiturque à Casaubono & Cantero, sed tamen absque Suida difficulter intelligi potest. Goltzii insuper nummus æreus est, & obolus Charonti datus, ex eodem metallo fuit: Lucianus: Δια τῆσ' ὧ εἰρήμῃ, τὸ μὴ πολὺ τῆ χαλκῆς ἀφ' ἑρόν: οἶδα ἴδ' τ' χαλκῶν, ὄβολον ὡς οἶδα πῶς τ' κατὰ πλεόντων ἕκαστα ἐκλέγων: Propter hoc ne ὁ Mercuri, quod parum ipsi auri (aurum) præstat? Nam æs novi, uti qui à singulis vectoribus (quod & tu ipse non ignoras) obolum colligam: æreosque obolos laudat auctor anonymus apud Suidam in v. Στάτης.*

V. Nummum exhibeo, qui licet supposititiuus & malæ notæ sit, dignus tamen mihi visus est ut post Reinertum Reineccium, qui eum mutilum valde exhibet in Historia Julia, edatur; quia ansam dabit inquirendi diligentius in sepulchrum memoratissimum dignatumque inter VII. omnium terrarum spectacula memorari, ut Gellius; vel monumentum usque ad VII. miracula provecum, ut Val. Maximus loquitur;



Cernitur ipsa Artemisia vultu decoro & regio, diademate vel certe ornata multæbri frontem ornata, posterioremque capitis partem velata amiculo, cum Inf. ΑΡΤΕΜΙΣΙΑΣ ΒΑΞΙΛΙΣΣΑ; in altera vero parte monumentum superbum, tribus zonis exurgens, quarum infima columnis, media statuis, suprema statuis itidem aliisque rebus, & , ni fallor, navibus est decorata; angulis, qui videri possunt, summi ædificii binis binæ statuæ, ita ut in aliis etiam totidem fuisse videantur, insistent; toti molei tectum fastigiatum gradibus in pyramidis formam sese attollens; illique currus, cui quatuor equi juncti sunt, imponitur; curru vehitur vir cui figura alata coronam, ut equidem conjicio, imponit; & infra scribitur ΜΑΥΣΩΛΕΙΟΝ. Mausolus igitur Cariæ regulus, ubi fato perfunctus inter lamenta & manus uxoris funere magnifico sepultus est: Artemisia luctu atque desiderio mariti flagrans uxor ossa cineremque ejus mixta odoribus contusaque in faciem pulveris, aquæ indidit ebibitque: multaque alia violenti amoris indicia fecisse dicitur. molita quoque est ingenti impetu operis, conservanda mariti memoriæ SEPULCHRUM ILLUD MEMORATISSIMUM DIGNATUMQUE NUMERARI INTER VII. OMNIUM TERRARUM SPECTACULA, uti loquitur A. Gellius. In dialogis mortuorum fingit Lucianus Mausolum se reliquis defunctis apud inferos præferre, quia Cariæ partisque Lydiæ rex fuerat, insulas nonnullas subegerat, Miletum usque, Ionia vastata, progressus & forma decorus bellicisque rebus clarus fuerat; τὸ δὲ μέγιστον ὅτι ἐν Ἀλικαρνασσῶ μνήμα παμμέγεθες ἔχει θηρικείμενον, ἡλίγων ὄντων ἀλλ' ὅτι νεκρὸς, ἀλλ' ἔσθ' ἔτιως ἐς καλὸν ὅτι ἐξησκημένον ἰσσοῦν ἢ ἀνδρῶν ἐς τὸ ἀκρετέστατον εἰκασμένων λίθου δὲ καλίστου. οἷον ἔδ' ἐ νεῶν ὄρη τις ἀν' ἐαδίως; Quodque est omnium maximum, Halicarnassi monumentum habebat singulari magnitudine sibi impositum, quale mortuorum nemo possidet, neque ejusmodi pulchritudine exstructum, equis atque viris, pulcherrimo è saxo absolutissimo artificio expressis, adeo ut quis haud facile simile templum inventurus sit. Sed opere pretium est audire celeberrimum Naturalis Historiæ scriptorem Plinium: Scopas, ait, habuit æmulos eadem ætate Bryaxin & Timotheum, & Leocharem, de quibus simul dicendum est, quoniam pariter cælaverunt Mausoleum. Sepulchrum hoc est ab uxore Artemisia factum Mausolo Cariæ regulo, qui obiit Olympiadis centesimæ anno secundo. Opus id, ut esset inter VII. miracula, ii maxime artifices fecere: patet

Lib. 10.  
cap. 19.

Lib. 36.  
cap. 5.

ab austro & septentrione sexagenos ternos pedes, brevius à frontibus, toto circuitu pedes quadringentos XI. attollitur altitudine XXV. cubitis: cingitur columnis XXXVI. Ab oriente cœlarvit Scopas, à septentrione Bryaxis, à meridie Timotheus, ab occasu Leochares: priusquam peragerent regina Artemisia, quæ mariti memoriæ id opus exstrui jusserat, obiit. Non tamen recesserunt, nisi absoluto jam, id gloriæ ipsorum artisque monumentum judicantes: hodieque certant manus. Accessit & quintus artifex. Nam supra pteron pyramis altitudine inferiorem æquavit XXIIII. gradibus in metæ cacumen se contrahens. In summo est quadriga marmorea, quam fecit Pythis. Hæc adjuncta CXL. pedum altitudine totum opus includit.

Quæ verba proculdubio ante oculos habuit nummi ingeniosus admodum artifex; & revera mentem eorum optime & clarissime percepit. Nam & columnæ hic sunt. quadrigæ, quatuor facies, & supra pteron pyramis. Græci ἑπερὶ, eorumque exemplo Plinius, appellant omnem extremitatem & summitatem corporum, montium, ædificiorum, aliarumque rerum: nec absurde viri eruditi ἑπερυγιον, cui D. N. Jesum Christum diabolus imposuit suspicantur Josepho ἀνερον, id est, summitatem vocari. Super pteron igitur vel super summos Mausolei muros exstructa pyramis est. Pyramides per excellentiam vocantur moles, certamine & opibus Ægyptiorum rum igitur, unde eleganter eas Plinius vocat, illorum pecuniæ otiosam ac stultam ostentationem, exstructæ; & una cum Mausoleo VII. orbis miraculis annumeratæ; à lato in angustum definentes. Et ita Pyramidem recte vocat Plinius fastigium vel testum Mausoleo impositum, quod erat quadratum ad formam inferioris ædificii, quodque in acumen se contrahebat gradibus viginti quatuor: qui paulo decrecentes Pyramidem efficiebant. Errat Dalechampius, quique eum sequitur Leo Allatius, dum gradus à Pyramide separant; neque enim video quid sibi aliud hæc verba velint: *viginti gradibus ad Pyramidis basin collocatis*. At nulli gradus ad Pyramidis basin; ipsa Pyramis gradibus XXIV. ascendebatur, hique Pyramidem efficiebant, uti clare verba Plinii demonstrant, & nummus ad eorum sensum à nescio quo artifice factus. Sed in nummo IV. vel V. gradus sunt; Plinius memorat quatuor & viginti; adhæc Pyramis non æquat inferius ædificium; quod tamen eam fecisse satis clare narrat naturalis historiæ conditor. Verum tam exiguo spatio magnificentissimum

opus

Lib. 15.  
cap. 14.  
Ant.

Lib. 35.  
cap. 12.



opus comprehendere nullo modo potuit; & præcipua ac potior ejus pars est expressa; quia *Pyramis*, licet altior fuerit, & suppositam sibi molem æquaverit, eadem tamen forma fuit; & ex quatuor vel quinque gradibus, tota qualis fuerit, facile potest perspici. Quinimo si circino rationem inimus, palam fiet hos quinque gradus quinquies auctos reliqui sepulchri altitudinem plane æquare. Verum restat major difficultas, non absque ratione mora à Dalechampio atque Leone Allatio. Cum n. altitudo inferioris ædificii fuerit pedum 37½. Pyramidisque par celsitas; & numerus is duplicatus faciat pedes LXXV; reliqui LXV. tribuendi sunt soli quadrigæ; cujus tantam altitudinem fuisse non est verisimile. Cubitum viri præstantissimi affirmant complecti pedem & dimidium; quos Plinius alio loco sequi illustri exemplo clarum utriusque fiet. Nam colossum Rhodium altum scribit fuisse *septuaginta cubitos*; at illo antiquior Festus eidem *centum & quinque pedes* tribuit; recteque notat Dalechampius, quicquid tandem commentetur Allatius, idem esse *LXX cubitorum*, & *pedum centum ac quinque*. Cubitus enim, ut vel docent Vitruvii verba, *E cubito enim cum dempti sunt palmi duo, relinquitur pes quatuor palmarum*, valet pedem cum dimidio; & si addere placet triginta quinque pedes illis LXX. exacte pedes centum & quinque fient. Alii tamen cubitum faciunt pedum duorum: cornu monocerotis Plinio *media fronte cubitorum duum eminet*, Solino vero *ad longitudinem pedum quatuor*; & Heroni δ πῆχους cubitus dicitur ἔχειν πέντε δὲ τοὺς ἑκατὸν πεντήκοντα pedes duos. Hanc mensurandi rationem si Plinius sequitur, restabunt pedes XL. qui, cum etiam ingentem fati altitudinem faciant; vel dicendum est; quadrigas has opere mirabili fuisse, vel numeros apud Plinium esse corruptos. Quicquid sit, non plane insolita fastigia in Pyramidem gradibus ascendente Asiaticis fuisse, docet templum Iovis, quod Mylasæ hodie etiamnum existat; atque ab eruditissimo Sponio Itinerario suo insertum est. Satis igitur puto me illustrasse *dives sepulchrum*; finemque scribendi facerem; nisi hæc omnia immane quantum turbaret Virruvius; describatque nobis Mausoleum alia longe forma, quam Plinius. *In media*, ait, *Mausoleum, ita egregiis operibus est factum, ut in VII. spectaculis numeretur. In summa arce media Martis fanum habens statuam Colossi, quam acrolithon dicunt, nobili manu Leocharis factam. Hanc autem statuam alii*

Lib. 34.  
cap. 4.

L. 3. c. 1.

Part. 1.  
P. 362.

L. 2. c. 3.

Telo-


Telocharis, alii Timothei putant esse, in cornu autem summo dextro Veneris & Mercurii fanum ad ipsum Salmacidis fontem: & infra: Relinquitur nunc quoniam ad explicationem manium eorum sum inuectus, tota, uti sunt definitio. Quemadmodum enim dextra parte fanum est Veneris & fons superscriptus, ita in sinistro cornu regia domus: quam Rex Mausolus ad suam rationem collocavit. Conspicitur enim ex ea ad dextram partem forum, & portus, maniumque tota definitio, sub sinistra secretus sub montibus latens portus; ita ut nemo possit, quid in eo geratur adspicere, nec scire, ut rex ipse de sua domo remigibus & militibus sine ullo sciente, quæ opus essent, imperaret. Sane Doctissimus Allatius his verbis scribit Vitruvium faciem Mausolei aperire; quod si verum, nihil tam alienum à descriptione Plinii esse, unusquisque mecum proculdubio sentiet. Verum ille præter Mausoleum alia insignia opera, quæ Halicarnassi spectabantur, describit; & nulla quam hæc verba: *In media Mausoleum, ita egregiis operibus est factum, ut in septem spectaculis numeretur; monumento nostro conveniunt; reliqua alio referenda, & plane, ut ajunt, ἀπεριόριστα* sunt. Scilicet Vitruvius de domibus lateritiis verba faciens, recenset etiam illam, quam Mausolus rex ædificavit: Item Halicarnassi potentissimi regis Mausoli domus cum Proconnesio marmore omnia haberet ornata, parietes habet latere structos, qui ad hoc tempus egregiam præstant firmitatem; ita tectoriis operibus perpoliti, ut vitri perluciditatem videantur habere. Hæc eadem domus, quam verbis laudatis scribit in sinistro cornu fuisse; nihilque commune cum Mausolo habet, ut pote à vivo Mausolo exstructa; quemadmodum etiam docet Plinius: *Antiquissima quod equidem inveniam, Halicarnassi Mausoli domus Proconnesio marmore exculta est, lateritiis parietibus.* Inde Vitruvius pergit narrare Mausolum magno acumine & sollertia ad ædificandum fuisse; natum Mylassis animadvertisse Halicarnassi locum naturaliter esse munitum, emporium idoneum, portum utilem locumque theatri curvaturæ similem: Itaque, addit, *in imo secundum portum forum est constitutum, per mediam autem altitudinis curvaturam præcinctioemque platea ampla latitudine facta, in qua media Mausoleum.*

L. 36. c. 6.

Lib. 3.

Non igitur sepulchrum magnificentissimum, vel *ἄγρον ἢ ἐς κατὰ πόντον περιέχοντα*, uti vocatur Pausaniæ, describit solum; sed locum à Mausolo electum, & mox arcem dictum: quæ omnia clarius ex schemate, quod delineavi, patebunt.

A A. Cur-



A A. Curvatura & præinçtio ex montibus, ut credo, naturaliter facta: vel, locus similis curvaturæ theatri.

B. Media altitudinis curvatura.

C. Martis fanum in summa arce media.

D. Platea lata.

E. Mausoleum. F. Forum. G. Portus. H. Domus regia. I. portus obscurus sub montibus. L. Cornu summum sinistrum. M. Cornu summum dextrum. N. Veneris & Martis fanum, & fons Salmacidis, memoratus etiam Straboni.

Atque ex his clarum est, Vitruvium Plinio nequaquam ad-  
versari; & aliquid humani pati eruditos, qui tot illum ver-  
ba sepulchro describendo impendere arbitrantur. Verum  
nunc videndum restat, num Artemisæ nostræ meminisse  
Aristophanes, numque Mausoleum contemnere potuerit  
Anaxagoras Philosophus. Ita igitur Comicus in *Lysistrata* per  
interpretem loquitur:

H h

Quippe

Quippe si quis vel pusillam fœminis ansam duit  
 Nil remittent impudentis postmodum ferocia ;  
 Quin statim instruentque classem , seque mox ad prælium  
 Comparabunt navigantes instar Artemisïæ.

Q. Sept. Florens de Artemisïa Mausoli conjugæ scribit Aristophanem loqui ; & magni ingenii judicii que vir Leo Allatius dubitat , num de Artemisïa Lygdamidis filia intelligendus sit : quæ velim viris doctis non excidissent. Nam licet non satis constet , quo anno obierit Aristophanes , nullus tamen Artemisïam Mausoli conjugem imperantem attingere potuit : cum mortuus sit vel fine Olympiadis xcvii vel initio sequentis. Ecce fabularum ultima fuit *Plutus* , acta anno iv. Olymp. xcvii. nec multo post eum legem mortalitatis explevisse veteres Grammatici notant : ἐν τῷ τῷ δὲ ἐξέμοι σωέσησε , ajunt , τῷ πλεῖστῷ ἢ ἕδον ἀερότα , ἢ ἔτω μετήλαξε τὸ βίον , παῖδας καὶ ἀλιπῶν τέττις : *Hac fabula populo filium Ararota commendavit , & ita mortuus est , liberos tres relinquens* : deinde Lysistrata acta est anno quarto Olympiadis xcii , uti docet Samuel Petitus , quo tempore Ecatomnus Mausoli & Artemisïæ pater adhuc in vivis erat. Mausolus autem in sua principia resolutus est Olympiade cvi. (male enim arbitror Plinium mortem ejus adscribere anno secundo Olympiadis centesimæ , & auctorem Olympiadum anonymum anno primo Olymp. ciii. uti facile ex annorum , quibus Carix reges usque Alexandrum Magnum regnarunt , numero , si id ageretur , probari posset) illique succedens Artemisïa binis , quibus Reip. gubernaculis admota fuit , annis Mausoleum exstruere cepit ; Idrieumque anno lxxvii. Olymp. cvii. successorem habuit. His adde Aristophanem dicere non simpliciter , ut interpretes vertit , *navigantes* ; verum *ναυμαχεῖν ἢ πλεῖν ἐφ' ἡμᾶς*. id est , *adversus nos* , Athenienses , *prælio navili decertare* ; quod cum nunquam fecerit Mausoli soror , neque etiam temporum ratio conveniat . nullo jure viri eruditi de illa agere arbitrantur Comicum ; & æque male dubitant ; cum non alia quam Artemisïa Lygdamidis filia , quæ cum Xerxe Græciæ bellum intulit , & fortissime ad Salamina pugnavit , vel possit vel debeat intelligi. Anaxagoram Philosophum Mausoleum adspicientem scribit Diogenes Laërtius dixisse : *Τάφος πολυτελὴς λελιθωμένης ἐστὶν ἑσίας εἰδωλον* ; *Sepulcrum magnifice constructum lapidearum est divitiarum imago*. Sed & hoc num  
 fic

fieri potuerit, dispiciendum sedulo est. Ut enim Diogenes testatur, Anaxagoras vigesimum, cum Xerxes in Græciam trajiceret, ætatis annum egit, vixitque duos & septuaginta. Rex ille Regum Græciam invasit, Atticam vastavit, Athenas incendit a. I. Olymp. 75. quo tempore Anaxagoras viginti annorum erat; quibus si addas annos LII. ut fiant LXXII. non ultra Olympiadem LXXXVIII. superstes fuisse potuit; cum Mausoleum exstructum primum sit Olymp. CVII. Imo Apollodorus ἐν τοῖς χρονικοῖς apud eundem Laërtium, diserte scribit, Anaxagoram natum esse Olympiade LXX. mortuum vero primo *οβηνagesimæ οβταυαε*, quod intervallum duobus & LXX. annis constat. Quum igitur ratio temporum luce meridiana clarius ostendat, Anaxagoram videre non potuisse Mausoleum; sequitur vel Diog. Laërtium putasse illud à priorè Artemisia, quomodo & Plinius alicubi easdem reginas confundit, exstructum esse; vel potius Anaxagoræ Clazomenio tribuere, quod alterius & junioris est.

VI. Nummum nunc optimæ notæ & argenteum exhibeo, cujus ectypum à Joanne Menningio consulis urbis hujus filio nactus sum. Raritate sua est notabilis admodum, cum quia nondum ab ullo, quod sciam, editus; tum quia præter templum sumptuosissimum exhibet Antinoi vultum cum Inf. ANTINOOC ΔΙΥΟΣ.



Nihil opus est docere quis fuerit *Antinoiis*, & quo cultu eum affecerit Hadrianus, variique in Imperatoris gratiam populi. Hoc templum proculdubio unum ex iis est, quæ in variis oppidis ipsi extracta tanquam Deo vel Heroi sunt; ut Mantineæ in Arcadia, teste Pausania; Antinoiæ, quæ urbs fuit Ægypti.

Lib. 3.

pti ab Antinoo ita dictæ; D. Hieron. *Tumulos mortuis templaque fecerunt, sicut usque hodie videmus. E quibus est Antinous servus Hadriani Cæsaris, cujus & Gymnicus agone exercetur Antinoius, civitatem ex ejus nomine condidit, & statuit prophetas in templo.* Quæ proculdubio in aliis multis præterea exstructa fuerunt locis. Sed præcipue notandum in nummo *Hadriani Ganymedem*, ut vocatur Prudentio, appellari DIVUM; & Latinam vocem Græca civitate donatam esse. In aliis nummis ΗΡΩΣ, vel ΑΓΑΘΟΣ ΗΡΩΣ, vel ΘΕΟΣ, confuso Heroum atque Deorum cultu, quem alioquin distinctum fuisse multis iisque haud vulgaribus auctorum locis docere possem, nominatur. Sed & Græci, quos Latini DIVOS, & DIVAS dicere solebant ΘΕΟΥΣ & ΘΕΑΣ appellabant. Nummus apud Erizzum inscribitur; ΘΕΟΣ ΘΕΟΥΤΙΟΣ, id est, DIVUS AUG. DIVI JULII FILIUS; & apud Goltzium ΓΙΟΥΔΑΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΘΕΟΣ; alius Claudii; ΘΕΑ ΔΡΟΥΣΙΑΔΑ & ΘΕΑ ΣΕΒΑΣΤΗ: Tiberii in Creta percussus ΘΕΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΣ ΕΛΕΥΘ. Sic Publius Carvilius Marinus, qui tempore Philipporum Pannoniæ & Mœsiæ legionibus præfuit, imperatorque ab iis est salutatus, testibus Zosimo & Zonara, vocatur ΘΕΟΣ ΜΑΡΙΝΟΣ apud Seguinum; quem nummum ediderunt etiam Strada & Georgius Chanlerus, sed male eum *Mapinum* nominant, Græcasque litteras in Latinas transformant. Nec Latini hunc morem respuerunt; & in nummis legimus: DEO AUGUSTO; cum alioquin, ut monui, Imperatores DIVI, Augustæ DIVÆ nominarentur; quod ultimum Græci interdum per ΘΕΙΟΣ & ΘΕΙΑ expriment, ut nummis ex multis apud Goltzium constat. Cæterum quia Antinoi mentio, non possum facere quin meam de marmore à Leonardo Agostini, viro eruditissimo edito, sententiam aperiam. Cernitur in eo juvenis intacto capite caduceum tenens, jacens in arietis dorso nudus, fere ita ut ab eo ferri vel in cælum vel in aliam regionem videatur. Doctissimus editor *Mercurium* esse arbitratur, quia Pausanias narrat Corinthi fuisse æneam Mercurii statuam, cui appositus erat aries. Verum mihi diligenter vultus lineamenta perpendiculari, & consideranti, nec talaria nec tempora alata sive petasum hic cerni; nonnunquam suborta opinio, ANTI-NOUM repræsentari. Sane eodem plane vultu, eodem capilli-

pillitio decorus non modo in nummis variis, verum etiam in gemma alibi apud Agostini occurrit. *Caduceum* autem tenet, quia Mercurii in habitu effictus est, vel Mercurius esse putabatur. Sic idem insigne gerens in nummis equo insidet; vel conatur domare pegasus, vel pedum pastorale gerit; bovi adstat & talaria pedibus habet annexa; inque unius adversa area cernitur *aries* apud Erizzum, Stradam, Tristanum & alios antiquarios. Ut enim ex innumeris auctoribus monumentisque antiquis constat, *caduceus* insigne Mercurii proprium est, non modo apud Græcos & Romanos, verum & Ægyptios. Nam & horum Mercurius canino capite (ridicule Gutherius lib. 1. cap. 25. Jur. Pontificii scribit, se nummum Isis matris subjicere, quæ equino capite denotatur) insignis sitrum atque caduceum gerit in nummis Faustinae ac Juliani, & talis describitur Apuleio: *Nec mora, cum dei dignati pedibus humanis incedere prodeunt: hic horrendum attollens canis cervices arduas, ille superum commeator & inferum, nunc atra nunc aurea facie sublimis, læva caduceum gerens: & Servio: Qui capite canino pingitur, hunc volunt esse Mercurium, ideo quia nihil est cane sagacius.* Lucianus quoque refert Mercurium, postquam dux fuisset Isis in Ægyptum trajicienti, ex adolescente se fecisse *νωσπεσσωπν*; adeo ut nihil mirum sit Albricum Philosophum memoriae mandare, *aliquos eum cum capite canino pinxisse*; quod non ita pervulgatum esse, miror notare doctissimum virum; cum nihil frequentius in Ægyptiorum, quos per *aliquos* intelligere debemus, factis sit. Nec mirum Antinoum Mercurii in habitum formari videbitur, si quis repetere velit, quæ hac de superstitione, & more mutandi mortuorum statuas in deorum speciem notavi ad Apotheosin: quibus adde Theocritum canere, Venerem non permisisse ut Ptolomæi uxor Berenice Acheruntem transfiret, verum eam in templo collocasse, & suos honores tribuisse illi, id est fecisse ut iisdem statuis & sacrificiis coleretur,

Gem. 46.  
Part. 1.

Lib. 11.  
Met.

Id. 17.

Ες τῶν κατέθηκας, ἕως δ' ἀπεδάσασο πινῆς.

Quin & Antinoi simulacra Bacchum referebant apud Mantienses, Pausanias: *αἱ ἧ ἑνὸς εἰσὶν αἱ πολλὰ Διονύσῳ μάλα εἰκασμῶναι: Antinoi imagines multa Liberum Patrem referunt*; atque in nummis *Pan* appellatur. Octavius enim Falconerius nummum testatur in Musco Barberino reperiri, cujus in anteriori parte An-

Lib. 8.

tinoi effigies pectore tenus, sinistra baculum retortum humeris innixum tenentis, cum Inf. ANTINOΩ ΠΑΝΙ: in averfa vero Victoria gradiens, & circa eam VICTORIA AUG. Nullus ego dubito, quin hic nummus à Mantinensibus percussus fit. Arcades enim præcipua religione Panem colebant; unde *Deus Arcadiæ* Maroni; πῶς Ἀρκάσι θρησκόμενος θεὸς Παυσανίας; aliisque à locis regionis laudatæ, in quibus adorabatur, *Menalius* ac *Tegeæus* appellatus fuit. Pedum autem gerit, quia Pan custos ovium armentorumque: Ipse apud Lucianum: ἢ τὰ ποιμνία ἢ εἰ θεάσσοι μὲς ὅπως πρὸς Τεγέαν ἢ ἀνά τῃ Παρθενίῳ ἔχω, πᾶντο ἠδ' ἡσθη· ἀρχὸν γὰρ Ἐκ Ἀρκადίας ἀπίσσης; *Jam greges ovium si videas, quot in Tegea & Parthenio habeo, valde delectaveris: impero enim toti Arcadiæ: Inde ovium custos* Virgilio, Græcisque Νόμιον, Ἀγέλον, Ἀγρότης vel Ἀγρότης, quo ultimo nomine Athenis colebatur testibus Apollodoro apud Hesychium & Auctore M. Etymol. appellatur. Nec aliam ob causam Antinous Mercurio assimulatus in Bithyniensium nummo, apud Tristanum, baculum gerit pastoralem. Nam Mercurius apud Arcadas natus est, & cum populo pascendis gregibus pecoribusque dedito eandem proculdubio artem exercebat; nisi dicamus utriusque Dei Panis n. & Mercurii insignia, id quod fieri sæpe solere docui, Hadriani deliciis tributa esse. Observandum autem præterea, in alia area nummi VICTORIAM repræsentari, illamque acceptam quasi Antinoo Pani ferri. Nam *Pan nemorum bellique potens* est apud Flac. Valerium; *σπαλιώτης*, bellator Longo dicitur; ante prælium invocatur apud Diod. Siculum; *σπατηγός*, Poliano teste, fuit, primus aciem invenit, phalangi nomen dedit; cornu dextrum instituit & sinistrum; & tandem Athenienses ipsi adscribebant victoriam Marathoniam, uti videre licet apud Herodotum, Paufaniam & Lucianum. Cæterum quemadmodum in ΔΙΥΟΣ retinetur Latinorum V. ita eadem remansit in voce Græca; sed quæ usurpata est Martiali, Aufonio aliisque ad Suetonii Augustum laudatis Casaubono auctoribus. Nam in Philippi patris nummo scribitur: ΕΦΕΣΙΩΝ. Α. id est, πρώτων. ΚΑΤΑΠΛΥΕ, id est, *classis, adventus navis*, uti vox ea in Isidori glossis exponitur, vel κατὰ πλῆξ, ut Græci loquebantur; neque vocem corruptam esse cum Patino existimo; sed ut ita explicem, facit triremis illi addi-

Lib. I. C.

Lib. I.



addita. In Valeriani numismate apud Seguinum, ΜΕΝΑΝΔΡΟΥ & ΝΥΣΑΕΩΝ Latinam scribendi rationem servant: in Inscriptione contra apud Sponium Latina, Y. frequenter, pro V. ponitur; ut SECYNDINYS. REPYRGARI, &c.

VII. In Constantini Hugonii, Nobilissimi & Doctissimi Viri, Serenissimo Araufionensium Principi à Secretis, gazophylacio nummum inspexi elegantissimum, cujus una in area cernitur caput foeminae cum Inf. IMP. DOMIT. COS XV. in altera avis insistens ramo olivæ:



Putabam ineditum hoc cimelium esse, sed postea deprehendi Franciscum Angelonum illud lectissimis nummis suis inseruisse atque explicasse. Ita enim commentatur: Come fascesse, stampare à se stesso la seguente medaglia, non so comprendere.: poiche l'effigie e del Domitiano: ma la capigliatura è affatto lunga, crespa, inanellata, & acconcia in guisa, che altro, ch' esseredi femina, non puo guidicarsi. Vi ha sopra una gentil corona d'alloro, e lettere descritte con Cos. xv. ergendosi, dal fornire della gola un ramoscello, non so se d'alloro o di palma: & ha nel rovescio una cornacchia su un ramo di lauro, in atto di gracchiare, con S. C. nel disotto. Simile animale fu già amato da Minerva, havendolo fatto diventare uccello, di bella giovane, che egli era per prima, e ciò per defendere quella da Nettuno, che n'era innamorato e servissene fin, che mosse dallo sdegno, per l'accusa fatta contra le figlioli di Cecrope, di branco, che egli era, la cangio in nero, come hora si vede; e discacciolla, togliendo in suo luogo la Civetta. Volse forse Domitiano esprimere tal favola in simile rovescio, come quegli; che si studiava di rappresentare Minerva in vari modi.

no voluto, che la cornacchia sia simbolo di concordia, pe-  
 roche congiunt il mascher è la femina, una volta insieme,  
 si osservano inviolabile fede, mentre vivono, non usando  
 giamai alcuno d'essi con altri, ne essendo morto l'uno, si ac-  
 compagna più quel, che rimane: anzi se nesta in luoghi so-  
 litari, fuggendo qualunque compagnia. Verum ex linea-  
 mentis vultus diligenter inspectis conjecturam feci deam  
 hanc FORTUNAM PRAENESTINAM esse; quæ Dom-  
 mitiano *toto imperii spatio annum novum commendanti letam eandem-  
 que semper sortem dare assuetam, extremo tristissimam reddidit*, quemad-  
 modum loquitur Suetonius: quæque talis plane cernitur in  
 nummo gentis Platorix apud Ursinum. Nec insolens nomi-  
 ni Cæsaris, non vultum ejus, sed aliud quid addi in una e-  
 demque area. Apud Seguinum Claudii nummus inscribitur,  
 ΚΛΑΥΔΙΟΥ ΣΕΒΑΣΤΟΥ, & in superiore parte ΥΠΕ-  
 ΡΙΩΝ, cum capite muliebri turrata: quæ ut ipsam urbem  
 representat vel insulam Rhodum; ita ΥΠΕΡΙΩΝ referri  
 debet ad Solem in altera area coronam tropæo imponen-  
 tem; vel gignendi casu vox hæc legenda, ita ut ad Clau-  
 dium referatur, isque dicatur esse Sol vel ἡΰλιον. Similiter  
 junguntur, AUGUSTO. DIVI. F. & tria signa milita-  
 ria LEG. IV. LEG. VI. LEG. X. apud eundem; at-  
 que apud Patinum ΚΑΙΣΑΡΟΣ & spica, id quod in mul-  
 tis Græcis observare etiam licet; & præcipue in *Pylæmenis  
 Evergetæ*, Cappadociæ regis nummo, quem non ita pridem  
 edidit Sebastianus Fæschius. Nam cernitur in eo caduceus &  
 ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΠΥΛΑΙΜΕΝΟΥ ΕΥΕΡΓΕΤΟΥ. Quin &  
 idem vir eruditus testatur in nummis quos ipse servat caput  
 Dianæ adscriptum habere, ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ  
 ΘΕΟΥ ΦΙΛΑΔΕΛΦΟΥ. ΝΙΚΑΤΟΡΟΣ; nec non Hercu-  
 lem stantem ΒΑΣΙΛΗΟΣ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ ΘΕΟΥ ΝΙΚΑ-  
 ΤΟΡΟΣ ΣΩΤΗΡΟΣ. Et similia in aliis Domitiani num-  
 mis observare licet; Cererisque capiti adscribitur, IMP.  
 DOMIT. AUG. GERM. & Minervæ, IMP. DOMIT.  
 AUGUST. GERM. COS. XII. Quæ in altera area cernitur  
 avis, non *cornix*; sed *corvus* est; quem sæpissime videmus  
 ramo lauri pedibus insistere, uti præter nummos docent  
 gemmæ apud Gortæum. Erat scilicet avis auguralis, & Apol-  
 linis comes; unde frequentissime tam in numismatis quam  
 lapi-

lapidibus tripodibus jungitur; Statio vocatur *comes tripodum*; Plinio dicitur, *in auspiciis solus habere intellectum significationum suarum*: & Æliano appellatur  $\Theta\epsilon\sigma\iota\pi\omega\nu$  &  $\alpha\iota\kappa\lambda\alpha\theta$  & Apollinis. L. I. An. C. 47. 48. Hic autem non *cornix*, ut scribit vir Doctissimus, album colorem nigro mutare coactus est; quia Coronidis adulterium Apollini nuntiaverat, uti præter Hyginum Ovidius F. 202. narrat;

*Sperantemque sibi non falsæ præmia linguæ  
Inter aves albas vetuit considerare corvum.*

Cornix autem, quæ ante Coronis dicta fuerat, filia Coronæ, in avem mutata à Minerva, factaque comes illius inculcata est; cum Neptunus eam comprimere in littore spatiantem vellet; sed in locum ejus successit noctua, quia avis facta Minervæ nuntiaverat Cecropis filias cistam, in quâ clausus erat Erichthonius, aperuisse & inspexisse; Ovidius;

*Acta deæ refero. pro quo mihi gratia talis  
Redditur, ut dicar tutela pulsa Minervæ  
Et ponar post noctis avem. mea pœna volucres  
Admonuisse potest —*

Mentem poëtæ non satis cepit Lactantius Placidus; maleque putat Coronidem virginem etiamnum, cistulam laxatam vidisse; quemadmodum ex ejus verbis patet: *Coronis supra dicta, nobilissima virginum, custodibus laxatam cistulam & inspectam, cum draconem reperissent, (n. filia Cecropis custodes cistæ) divulgavit: quomobrem dea eam à se alienavit. Quæ cum solitudine in litore oblectaretur, Neptunus procul conspecta, Venere ejus incaluit. cui cum vim afferret, ab eadem dea propter virginitatem tenaciter custoditam in avem cornicem conversa est; ita ut templo deæ submoveretur. Sed hæc, ut monui, ab Ovidii mente aliena plane sunt; quippe qui canit eam in avem mutatam, vidisse cistam à Cecropis filiabus aperiri. Mirum igitur nequaquam est corvum addi deæ præsidi oraculi celeberrimi in Italia: Suetonius, *Vicina vero urbi oracula etiam disjicere conatus est: sed majestate Prænestinarum sortium territus, destitit: cum ob signatas de vectasque Romam non reperisset in arca, nisi relatas rursus ad templum.* Strabo:  $\Pi\epsilon\sigma\iota\nu\epsilon\varsigma$  &  $\delta' \epsilon\sigma\iota\nu \delta\pi\alpha\tau\epsilon\rho\tau\epsilon\tau\upsilon\chi\eta\varsigma$   $\epsilon\sigma\theta\rho\nu\delta\eta\pi\iota\sigma\iota\mu\omicron\nu\chi\epsilon\tau\eta\sigma\eta\lambda\alpha\zeta\omicron\nu$ ; *Apud Præneste autem fanum & oraculum Fortunæ est celebre: quibus addatur omnino Ci-**

Cap. 63.  
Tib.

Lib. 7.  
Myl

cero libro secundo de Divinatione. Et notatu insuper dignissimum est, ante deam non modo lauri ramum cerni, verum etiam eam corona ex eadem arbore caput cinctum habere. Est enim laurus, uti docet præter alios Fulgentius, Apollini dicata & fatidica; persuasumque habebant comestam conferre ad numinis afflatum, & vaticinantes inde *δαφνὴ φάλαξι* dixere, uti Scholiastes Hesiodi observat. Apollo ipse in gemma apud Gorlæum tertia ramum lauri manu tenet; & Martianus Capella scribit Delium *ramale laureum* gestare, vocatque *divinatricem eandem conjecturatricemque virgam*. Apud Val. Flaccum Mopsus vaticinaturus

Lib. 1.

— *Vittamque comamque per auras*

*Surgentem laurusque rotat* —

Alibi de eodem canit;

*Hic vatis Phœbique fides non vana parentis*

*Mopsus: puniceo cui circumfusa coturno*

*Palla ima ferit alba pedes, vittataque frontem*

*Cassis, & in summo laurus Peneia cono.*

Et rursus cum Jason Phineum oraret, ut iter edoceret; diceretque inter cetera *Iovis optimam prolem*, id est, Palladem, non Herculem, ut quidam nugatur, ipsi puppim instituisse;

Lib. 4.

*Ille ducem nec ferre preces, nec dicere passus*

*Amplius; hic demum vittas laurumque capessit,*

*Numina nota ciens.* —

VIII. In Antonini Pii nummo, quem Doctissimus Patinus edidit cernitur Diana multimammia, qualis in Ephesiorum, & multorum aliorum populorum vel auro vel argento vel ære occurrit cum Ins. *ACTYPHNE*.

Lib. 13.

Hæc vox licet obscura valde sit & necdum, quod equidem sciam, explicata, mihi videtur esse Dianæ cognomen, à loco, in quo colebatur, & cujus incolæ nummum proculdubio signarunt, desumptum. Strabo Troadem describens testis erit omni exceptione major; *Ἐπι τῆς Ἀστύρας κώμης ἐν ἄλλοις τῆς Ἀστυρηνῆς Ἀρετίμιδος ἱερὸν*; Deinde *Astyra pagus*, & *lucus Astyrenæ Dianæ sacer*: iterum: *Mysia propinquum pagum Astyra vocant: ὡς ἢ πελίκην ποτε, ἐν ἣ τὸ τῆς Ἀστυρηνῆς Ἀρετίμιδος ἱερὸν ἐν ἄλλοις*: *Erat olim oppidulum, in quo Dianæ Astyrenæ templum in luco*. Ab hac,

non

non autem Italiae urbe *Astyra*, ut Stephanum scribere commentatur Gyraldus, Diana nomen accepit. Neque enim tale quid Ethnicographus tradit; sed postquam dixit *Astyram* etiam esse Italiae regionem; adjicit vocis *Astyrae* esse gentile *Astyrenis*, & ab eo gentili descendere Dianae *Astyrenae* cognomento templum. Ἔστι ἢ χώρα Ἰταλίας. τὸ ἔθνην Ἀστυρηνός. ἀφ' ἧ τὸ Ἐ Αστυρηνός Ἀστέμιδος ἱερὸν. Nec quemquam movere debet in nummo nostro Ε. ΡΟΗ. poni; cum nihil tam in iis quam marmoribus frequentius sit. In Atheniensium nummis ΑΘΕ ΡΡΟ ΑΘΗ, seu ΑΘΗΝΑΙΩΝ: in Thebanorum ΘΕΒΗ ΡΡΟ ΘΗΒΗ; Phæsti urbis Cretæ, ΘΕΣΕΥΣ ΡΡΟ ΘΗ. & in aliis ΜΕΤΡΟΠ. ΡΡΟ ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΣ: quomodo in Latinis nummis eadem littera pro Æ occurrit; ut in Gordiani ΑΜΒΡΟCΙΕ ΡΕΤΡΕ, pro *Ambrosiae Petrae*; in Ciceronis, quem Lambecius in Commentario de Bibliotheca Cæsarea Vindobonensi edidit, ΜΙΝΕΡΥΕ ΡΡΟ ΜΙΝΕΡΥÆ: in Vespasiani apud Spanhemium; ΡΑCΙ ΟΡΒ. ΡΕΡΡ. ΑC. ΕΤ. Ι. Ε. *Æterna*: qualia etiam ex marmoribus facili opera adduci possent. Sed mihi ad *ASTYRENAM DIANAM* redeundum esse sentio; si monuerim Ε ΡΡΟ ΑΙ in nummis non modo Græcis ultimi ævi, verum in longe vetustioribus etiam occurrere, ut in Caracallæ apud Tristanium; ΚΟΜΟΔΟΥ ΚΕ ΑΝΤΩΝΕΙΝΟΥ. Diana autem, si modo T. 2. integra, nec ætate attrita nummi nostri inscriptio est, ΑCΤΥΡΗΝΕ absolute vocatur; quomodo deorum dearumque cognomina absque prænominibus, sæpe additis vocibus *Deus* & *Dea*, apud auctores, & in numismatis marmoribusque occurrunt. Apud doctissimum Seguinum ΠΕΡCΙΚΗ est *Diana Persica*; apud Goltzium ΑCΤΙΑCΥC Apollo, ΕΡΥCΙΝΑ Venus & ΜΑΡΑΘΩΝΙΟC Hercules; in nummo Caracallæ ex sententia Tristiani ΑΑΦ. vel ΑΑΦΑΙΑ *Diana Alphaea*; in Deliorum ΔΗΛΙΟC Apollo, ΔΗΛΙΑ *Diana*: in Trajani ΒΥΖΑΝΤΙΝΑ ΖΩΤΥΡΑ *Diana* vel *Hecate*: in Valeriani: ΘΕΑ ΚΛΑΖΟΜΕΝΗ, dea ibi, nisi ipsa urbs designetur, culta; & forte *Diana*, quam urbis effigies in alio apud Lambecium manu tenet, cum Inf. ΘΕΑ ΚΛΑΖΟΜΕΝΙΩΝ. in Augusti, & Neronis ΘΕΑC CΙΔΩΝΟC, vel *Europa* vel alia; unde simul patet recte Stephanum notare CΙΔΩΝ etiam esse gentile. Livius, ut in Apotheosi monui,

celebrat *Deum Peninum*; & *Servius Deam* eodem nomine; *Denique loca ipsa, quæ rupit, Apeninæ Alpes vocantur; quamvis legatur a Penina dea, quæ ibi colitur Alpes vocari.* In via Appia repertum est signum *Minervæ* cum basi, cui inscriptum erat:

ΘΕΑΝ ΜΑΓΑΡΣΙΔΑ

Τ. ΙΟΥΔΑΙΟΣ...

ΑΝΕΘΗΚΕΝ.

L. 2.

per quam *Minervam* designari patet ex sacrificio quod ei apud Arrianum obtulit Alexander; uti recte in notis ad Stephanum de Urbibus monet Holstenius; quæ propediem cura Theodori Rycquii digestæ & auctæ in lucem prodibunt. *DEA CYRRHÆSTICA* vel *SYRISCA* celebratur in lapide antiquo, ex opinione Reinesii; *DEA AVENTIA* Avantici oppido Helvetiæ culta in aliis apud Patinum: *DEUS NISÆUS* est *Bacchus*; uti constat ex collari pantheræ captæ in Pamphylia; cui inscriptum erat Armenia lingua, teste Philostrato: ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΑΡΣΑΚΗΣ

L. 1. c. 1.  
de vita  
Apol.

In Peri-  
plo.

L. 2. de  
V. Sop.

Grut.

p. 139.

ΘΕΩ ΝΥΣΑΙΩ: apud Colchos fuit culta à Phaside fluvio proculdubio dicta *Φασαυή θεά*, quam *Rheam* esse ex cymbalo, quod tenet, & leonibus *ἔπὸ τῶ θεῶνα* arbitratur non absque ratione Arrianus: *Dianam Pergæ* cultam *περγαίαν* vocat Philostratus: Callimacho *Μυυχίη* est *Diana Mumichia*: in Excerptis ex lexicis veteribus *Isis* exponitur *φαῖλα*; & absolute ita etiam vocatur in Calend. Rustico, quæ alias, uti ex nummis palam est, *ISIS PHARIA* vel *FARIA* appellatur; *Dea Hyblæa* culta Hyblis in Sicilia laudatur Pausaniæ; illaque forte cernitur in nummo apud Goltzium quam *Hyblam* majorem signasse ex inscriptione ΜΕΓΑΛΑΣ ΤΒΛΑΣ constat: & tandem *Cybele* in inscriptione apud eundem Reinesium, virum maximum appellatur ΘΕΑ ΔΙΝΔΥΜΕΝΑ. Ceresque absque ulla adjectione Α' ΕΛΕΥΣΙΝΑ: Et ne vulgata *moncam*, *Mercurium Cyllenium*, *Venerem Cypriam*, *Nemesin Rhammusiam*, *Herculem Oetæum Deum*; *Neptunum Tænarium Deum*, *Apollinem Clarium* appellari; ipsa hæc *Astyrene Diana*, nisi plane fallor, cernitur in gemma apud Leonardum Augustini, quam Claudius Menetretius cum aliis imaginibus subjunxit Symbolicæ *Dianæ Ephesinæ* statuæ explicationi. Nam Α C T. sunt priores nominis *deæ* litteræ, & commode explicari possunt Α C Τ Τ Ρ Η Η.

Ecly-

1847



Sketch of the monument to the memory of the late General Sir John Moore, Bart. at the entrance of the Park of Malvern, Worcestershire.



*Apud Leonar Augustinum in Gemma*



Ætÿpium apposui, cum quia liber ille inter rarissimos est, tum quia Diana mihi ansam præbet emendandi nobilem admodum Eusebii locum. Scilicet observare hic licet Dianam multis mammis circa pectus pendentibus in orbem, qualis & alia ejusdem numinis vel Isidis in laudato libro conspicitur statua, ornatam. Nullam enim ego præter Dianam & Isidem, cujus Macrobius *continuatis uberibus corpus omne densari, quia terræ vel rerum naturæ altu nutritur universitas scribit*, Deam ita effingi solere novi, nisi quod in marmore apud Boissardum talis occurrit  $\Phi \Upsilon \Sigma \Sigma \Pi \Lambda \Nu \text{A} \text{I} \text{O} \Delta \text{O} \text{C}$ . Eruditissimis eam ob causam viris Giphanio & P. Fabro, qui Cererem *mammosam* explicant *multimammiam*, nunquam assensum dare potui; semperque existimavi magnam inter hæc vocabula esse differentiam. Nam *multimammia* dea est, quæ multas; *mammosa* vero mulier, quæ non multas, sed grandes mammas habet. Sic *labiosus* qui ingentia labia: *lacertosus*, *torosus*, qui magnos solidosque lacertos & toros; *ventriosus* apud Plautum qui magnum ventrem & extantem habet, vel cui, ut Persius canit,

*Pinguis aqualiculus propenso sesquipede extat.*

Vicus *Fortunæ Mammosæ* laudatur in regione urbis XII. Lucretius virginem crassam & mammis cum grandibus appellat *geminam & mammosam*; canitque eam ab iis qui vera rerum vocabula abjiciunt, & foeminis tribuunt, quæ non sunt illis commoda, appellari *Cererem*; quia Ceres scilicet ita solebat pingi.

*At gemina & mammosa, Ceres est ipsa ab Iaccho:*

*Simula, Silena ac Saturæ est: labiosa, Philema.*

Nam Cererem *gravem*, *fœminam* vel *geminam* facit Martianus Capella: *Cum his grata Ceres, admodum GRAVIS fœmina, alumnaque terrarum ac nutrix mortalium videtur: tanque mammosam fuisse docet unus instar omnium Arnobius: Æsculapius baculo, Ceres mammis cum grandibus; alibique idem scribit Lucræti Musam prædicare ab Iaccho Cererem mammosam; quanquam poëta non celebret Cererem mammosam; verum virginem vel mulierem geminam & mammosam canat appellari Cererem ab Iaccho, à blandientibus sexui fœmineo. Mammosam autem eo, quo dixi, sensu sumi debere satis evincit Laberius, qui exoptat fœminam non mammosam, non annosam, non bibosam, non procacem apud A. Gellium. Neque aliter Vesta, quam candem*

Lib. 3.  
Præp.  
Euang.

dem cum Cerere faciebant Theologi gentilium, describitur Porphyrio apud Eusebium; sed ejus verba ita corrupta sunt, ut sensum nullum recipiant: Καὶ τὸ μὲν, ait, ἡρμῶνικόν τ' ἡθονίας δυναμείας, Ἐστία κέκληθ' ἥς ἀγαθὰ παρθενικὸν ἐφ' ἑστίας ἰδρυμένον καθ' ἣ γέννησθ' ἢ δύναμις, σημαίνεσιν αὐτῶν γυναικὸς εἶδος πρὸς μασθ: Id quod est in terrena vi princeps atque primarium, Vestæ nominatur, cujus simulacrum virginea specie juxta focum excitari collocarique solet: quatenus autem fecunda vis illa est, eandem uberum tenuis muliebri forma expressam voluerunt. Verum si Vestæ usque ad mammas fuit forma muliebri; inde sequi videtur vel avem vel piscem vel anguem vel aliud monstrum inferiori parte corporis retulisse; cum tamen ab omnibus, tanquam foemina optimo jure describatur. Legendum igitur conjunctis vocibus πρῆμασθ; & mulier πρῆμασθός est *mammōsa*, quæ grandes habet mammas, instar mulierum vel gravidarum, vel infantibus suis juxta PIETATEM ROMANAM, quemadmodum nummis inscribi voluit Flavia Maximiana Theodora, uxor Constantii Chlori, ubera præbentium. Inde postea τροφός vel nutritrix vocatur; Atque hunc ad modum vim illam terræ tot symbolorum varietate explicatam venerantur: ὡς μὲν παρθένθ ἢ Ἐστία ἢ κεντροφόρθ; ὡς ἢ πεκάς ἢ τροφός; ac virginis quidem Vestæ nomine, quatenus ea centrum universi complectitur: parentis, quatenus nutrit. Quibus in verbis, non secus ac in aliis Vestæ virgo, & Vestæ MATER, quemadmodum Ciceroni, in nummo D. Juliæ piæ, & Inscriptione apud Gruterum vocatur, describuntur; ita tamen ut mihi dubium valde sit, quid illa cum centro universi habeat commune. Scio quidem Philolaum apud Stobæum πῦρ ἐν μέσῳ πρὸς τὸ κέντρον constituere, cumque ἐστὶν ἕ παντός καλεῖν, ἢ Διὸς οἶκον, ἢ μητέρα θεῶν; sed nihil hoc cum Eusebii loco videtur habere commune; uti vel patet ex iis quæ ex opinione Pythagoricorum de eodem argumento disputant Aristoteles & Plutarchus. Suspiciatus quapropter nonnunquam sum, scribi oportere

Orat. pro  
Dom.

Cap. 25.  
Lc. physf.

L. 2. c. 13.  
de Cælo.  
in v.  
Numz.

δενδροφόρθ; quia virides arbores signum quasi sunt virginittatis & virginis terræ, pauloque post Ceres propter fruges & res sativas dicitur esse terra χλοηφόρθ. Ut autem πρῆμασθός mihi est mulier mammōsa; ita eadem Græcis pari ratione appellatur μεγαλόμασθ; quomodo etiam ventrosus in Glossis exponitur πρῶσθωρ & πρῶσθιλ; & πρῶχιλ est labiosus; vel

vel prominentibus labiis & crassis homo. Atque hæc quidem occasione Aſtyrenæ, & Multimammæ, vel POLY-  
MAMMÆ DIANÆ, quas voces in antiquis numismatis, à me tamen necdum viſis vel ulli antiquario memoratis, reperiri ſcribit Voſſius, mihi notata ſunt, illanque relinquere niſi monendus fores, Lector, Stephanum notare in urbe Caria vel Phœnicia, uti illa vocatur Corinnæ & Bacchylidi, ex quibus recte Ethnicographum interpretatur Bochartus, Minervam cognomine Ἀστυρην fuiſſe cultam. Ἐστὶ δὲ πόλις Φοινίκης καὶ Ρόδου, ἐν ἣ ἐπίματο ἡ Ἀθηναῖ Ἀστυρῆς: deinde multa adhuc in Eufebio reſtare illuſtranda, uti binis inſuper exemplis docere breviter conabor: τῶν ἡκαρῶν, αἰτ, σύμβολα οἱ Κε. ἡγετες, τὸ Κρόνον βυκλαῖνες: *Occaſionum varietatem Curetes Saturni nutriticii repræſentant.* Sed neminem ego novi veterum, qui memoria mandet Curetas Saturnum educaſſe; putoque verba hæc verti debere: *Saturnum fallentes*: nam, uti ex hiſtoria fabulari, ipſiſque adeo nummis notum eſt, Curetes occultantes armorum ſonitu Iovis pueri vagitum, ſefellerunt Iovem; qui ipſum inſtar aliorum devorare volebat. Hinc *Iovis nutritores* dicuntur; & βυκλαῖνω *decipio* non ſolum Luciano ſignificat; verum etiam Heſychius ita commentatur: βυκλαῖνοι ἄπατωντες: βυκλαῖνων ἀπατων, σοφιζόμενοι. Altero loco agit de Bacchi matre: Τίς γὰρ ἡ τῶν γυνήσασα, εἴτε Σελήνη τις λέγοιτο, εἴτε Περσεφόνη: *primum qua matre genitum eſſe Bacchum dicent, Luna an Proſerpina.* Scio Ciceronem varios Dionyſos vel Bacchos recensere; interque eos unum, natum Iove & Proſerpina, unum itidem Iove & Luna: ſed ut mirari ſolco Conſulem Romanum optimum, & oratorem deſertiffimum non meminiffe Bacchi ex *Semele* geniti; ita apud Eufebium particula τις mihi auctor quaſi eſt, ut reſcribam Σεμέλη. Nam de Luna non ita puto eum locuturum, quia una tantum & omnibus nota eſt; cum contra plures Semelæ, & omnes æque ignotæ eſſe potuerint.

IX. Neronis apud eundem Virum Doctiſſimum ſignatur nummus figura muliebri ſuperiorem corporis partem nuda, haſtam & cornucopiæ tenens, cum Inf. ΔΗΜΟΣ ΡΩΜΑΙΩΝ. Hunc in Thracia parte, quæ *Romania* dicitur, ſignatum nequaquam judico; quia Neronis Imp. tempore Byzantium nec *Novæ Roma*, nec regio ſuburbicaria, ut ſic loquar,

Lib. 2.  
c. 25. de  
Idol.

Lib. eod:  
p. 11.

Lib. 3 de  
N. Deor.

*Romania* dicta fuit. Nullus igitur alius, ut mihi equidem videtur, potest intelligi populus quam ROMANUS; qui Græca epigraphæ usus est, quia Nero Græcis valde delectabatur. Huc pertinet & Commodi Imp. numisma inscribi ΡΩΜΑΙΩΝ ΗΡΑΚΛΕΙΩΝ; quod factum à Romanis, non quia Byzantini appellati fuerunt *Herculei*; (quod tamen adhuc quæro) sed quia Commodus dici voluit *Romanus Hercules*, testibus Dione & Lampridio.

X. Nummus Constantini inscribitur CONSTANTINIANA DAFNE: inque illo sedet victoria alata ramos tenens utraque manu; & ante eam fixum est trophæum cum captivo, cujus manus post tergum revinctæ sunt. Hæc verba quid sibi velint, non explicat vir eruditus, & Oedipo opus esse putat. Ego nullus dubito quin cum Valesio & Spanhemio intelligendum sit castrum DAPHNE, quod Constantinus Magnus ad ripam Danubii exstruxit in Mœsia; à quo milites in notitia imperii CONSTANTINI DAPHNENSES & BALISTARII DAFNENSES nominari sunt. Et, nisi fallor plane, castrum hoc sive *φρούριον*, uti appellat Procopius, cernitur in alio Constantini nummo, cui inscribitur PROVIDENTIA AUGG. quia maxima pars Providentiæ Imperatoriæ est, limites bene munitos servare; unde Procopius scribit Constantinum *ὅσην ἀσύμφορον* judicasse *ταύτην*. Daphne *φυλάσσεσθαι τὸ ποταμὸν ἐκατέρωθεν*. Et proculdubio Victoria sedet in nummo, quia Gothos atque Sarmatas Thraciam diripientes profligavit; quo spectat SARMATIA DEVICTA, uti in aliis nummis scribitur. Fuit etiam DAPHNE suburbium Constantinopoleos; cujus Stephanus meminit: *Ἐστὶ καὶ περὶ τὴν Δάφνην ἐν τῷ εὐναλίῳ ἢ Πόντῳ, ἐν δεξιερῇ ὁρῇ τῆς ἀναπλευρῆς ἀνίστανται, ὃ λέγεται Σέργιον; Est & suburbium Daphne in ore Ponti ad sinistram sursum navigantibus, quod dicitur Sergium*. Hic est, ubi Constantinus Helenæ Matris suæ statuam collocavit, & locum *Ἀυγυστίον* dixit: Suidas: *Ἐστῆσε ἡ καὶ ὁ Μέγας Κωνσταντῖνος εἰς τὸ ἀσκηπῆς τῆς Δάφνης στήλην τῆς ἑαυτῆς μητρὸς; ἐξ ἧς ἀνόμισσε τὸ τόπον Αὐγυστίον: Erexit Constantinus Magnus in aperto Daphnes loco statuam suæ Matris, à qua locum Augustæum nominavit*. Neque enim puto Cardinalem Baronium recte ex his verbis docere; apud Antiochiam ad Daphnidis lucum celebrem memoriam Helenæ fuisse, dictam *Augustale*; ibique Imp. Constantinum Matris suæ statuam collo-

locasse. Nam *Daphne* hæc fuit prope Constantinopolim; uti constat ex Hesychio Milesio & Auctore Chronici Alexandrini, qui narrant insuper Constantinum Matris suæ statuam columnæ imposuisse, & locum *Αὐγυσαίου* appellasse.

Atque hæc quidem speciminis loco sunt; finemque numismatum explicationi imponerem, nisi censerem reip. litterariæ interessè, si ante examinarem opinionem Nicolai Bergerii. Virille doctissimus libro raræ eruditionis & Gallici idiomatis conscripsit historiam viarum militarium Romanorum; inque eo tradere non dubitat Asinium Pollionem primum fuisse Romæ, qui bibliothecam numismatis (*Medailles*, quasi dicas, *Metallas*, vel *Metalliones* appellat) ornavit. Utque doceat, non hodie aut heri primum eruditos ejusmodi thesauris colligendis operam dedisse, addit Atticum Ciceronis familiarem de iis librum conscripsisse; & inter doctissimi Romanorum Varronis opera, unum esse de *Metallionibus*, in quo non solum nomina; verum etiam imaginum virorum illustrium ex nummis delineatas publicaverit. Error insignis originem suam debet male intellectæ voci **IMAGO**; qua arbitratur Latinos effigies hominum nummis impressas proprie designasse. Plinium ita interpretatur; *Transit & à diis ad hominum statuas atque imagines multis modis*. Sed illo, ut & proximis capitibus historiæ naturalis scriptor ne quidem nummorum mentionem facit; statuasque & imagines, sive pictæ, sive fictæ, sive ex ære, aliave materia duriore factæ fuerint, recenset. Sic cum Cicero scribit, *Demosthenis imaginem se in ære vidisse*, ad nummos nullam ob causam recurrit: & Suetonium narrat memoriæ mandare, se vidisse numisma Augusti, in quo Turinus vocabatur; *Thurinum*, inquit, *cognominatum certa probatione tradiderim, nactus puerilem imagunculam ejus æream veterem ferreis ac pæne exolescentibus litteris, hoc nomine inscriptam: que dono à me Principi (Hadriano) data inter cubiculares colitur: qua interpretatione, licet & eadem placuerit Sebastiano Erizzo, nihil absurdus, vel a mente auctoris alienius est; uti unusquisque facili deprehendet opera. IMAGO* quin etiam vox generalis est, & de omni effigie usurpatur; ut de *picta*, apud Plinium: *Imagines adeo similitudinis indiscretæ pinxit*. de ærea vel ex alia materia facta apud eundem: *Alexandrum amicorumque ejus imagines summa*

Lib. 5.  
c. 15.

Lib. 34.  
c. 4.

In Orat.

In Diss.  
de Num.

Lib. 35.  
c. 13.

L. 34. 8.

Orat. pro *omnium similitudine expressit.* Cicero Tanagræ meretricis sta-  
 Domo. *tuam, modo simulacrum è marmore, modo signum, modo ima-*  
 In vita *ginem appellat; Tacitus imagines quæ marmore aut ære finguntur*  
 Agr. *celebrat; & inscriptio antiqua imagines argenteas; cereamque*  
 L. 35, 2. *effigiem Plinius non aliter nominat. Varro præterea & At-*  
 L. 35, 2. *ticus de Imaginibus libros ediderunt, inque iis magnorum*  
*virorum effigies maximam proculdubio partem ex statuis &*  
*pieturis desumptas repræsentarunt: Plinius; Imaginum amore*  
*flagrassè quosdam testes sunt & Atticus ille Ciceronis edito de his volu-*  
*mine; & Marcus Varro benignissimo invento insertis voluminum suorum*  
*fecunditati non nominibus tantum septingentorum illustrium, sed &*  
*aliquo modo imaginibus non passus intercidere figuras, aut vetustatem*  
*ævi contra homines valere. Quod si quis existimet has doctorum*  
*effigies ex nummis expressas esse, næ ille toto, quod ajunt,*  
*erraret cælo. Nam plerique Græcorum nummi, in quibus*  
*viri illustres ducesque cernuntur supposititii sunt; & Romæ*  
*ante tempora C. Julii Cæsaris nullius  $\omega\epsilon\tau\alpha\upsilon\iota$  nummis est in-*  
*ditæ; statuarumque apud utrumque populum sive æræ sive mar-*  
*moræ, sive cereæ frequentissimæ fuerunt.*

INSCRIPTIONES  
ET  
MARMORA  
ANTIQUA  
EXPOSITA ET ILLUSTRATA.

REVISION OF

1

MAFLORA

AUSTRIA

BY DR. JOHANNES BURDET



## INSCRIPTIONES

E T

M A R M O R A  
A N T I Q U A

EXPOSITA ET ILLUSTRATA.



**P**urimum inservire priscis locis intelligendis marmora antiqua, sive ea figuris, sive inscriptionibus sint notabilia, tot exemplis docuerunt viri eruditi, ut ea de re dubitare sit hominis ignari plane & ab omni humanitate alieni. Et si forte quis ejusmodi ingenio præditus inveniatur; inveniet hic, ut spero, unde meliora discere, & quod omnes præstantis ingenii homines affirmarunt, etiam, si tanti, amplecti possit. *Avem* igitur *Stymphalidem* in nummo Gentis Valeriæ apud Ursinum arbitrantur exhiberi viri eruditissimi: verum ego persuasus sum veram earum avium effigiem nobis exhibere marmor Oxoniense centesimum nonum & trigessimum, in quo, quemadmodum ex ectypo patet, Hercules unam clava occidit.

I. Fundus mihi hujus opinionis Pausanias, Arabiæ volucres, quibus idem nomen erat, describens: *Αὐτῶν μέγεθος μὲν καὶ γέρας ἴσον αἰ ὄρνιθες, εἰκόεσι δὲ ἴσῃσι, ῥάμφη δὲ ἀκκιμώτερη Φέρεσι, καὶ σκολιὰ ὡσπερ αἰ Ἰβῆες: Gruibus quidem illæ sunt magnitudine pares, forma ibibus persimiles; rostra tamen validiora, neque ut ibes adunca habent. Optima revera hæc marmori conveniunt; estque gruibus avis illa par magnitudine, & Ibi similis; neque tamen rostrum tam incurvum habet, uti haud difficulter ex Mensa Pignorii Isthacæ patet. Et quamquam Pausanias dubitet, num Arabiæ atque Arcadiæ *Stymphalides**

eadem fuerint forma; nondum tamen video, ad quem alium laborem Herculis hoc marmor possit referri; non fecus ac aliud quod in monumentis Romæ non ita pridem editis existat, quodque exhibet Herculem sagittis tres aves eadem magnitudine ac forma, qua nostra illa est, perentem; uti memini me apud Heinsum τὴ μακαρίτω, omnisque quondam humanitatis & eruditionis promptuarium ἐν ἐμφυχον βιβλιοθήκῃν videre. Ipsas quidem paulo post Stymphalidas πρὸς τῷ ὀρέφῳ templi Dianæ Stymphaliæ sculptas esse Pausanias scribit; sed qua forma fuerint, memoriæ non mandat; & in postica parte templi adjicit virgines esse è candido marmore, cruribus ὀρνίθων insignes. Hæ quamvis aliquantum Valeriæ Gentis numismati conveniant, tamen si perpendiculariter accuratius, patebit diversas plane esse, & nihil cum ave Stymphalide, ut docti existimant viri, habere commune. Nam in nummo signata avis toto corpore excepta πρὸς τῷ κορμῇ corvum refert; Pausaniæ vero virgines nil nisi σκέλη avium habuerunt, atque à Stymphalidibus, quod diligenter notandum, distinguuntur, utque postea clarius patebit, Sirenes sunt. Nec opinioni meæ obstare debet eundem, aliosque auctores narrare Stymphalidas ab Hercule sagittis confectas; Pisandrum & Apoll. Rhodium crepitaculorum sonitu fugatas; Apollodorum χαλκείῃς κροτάλλοις excitatas & sagittis interfectas esse; in lapide vero Oxoniensi Heroëm clava uti. Raro enim figmenta conveniunt; & quod Horatius canit, *pietoribus atque poetis, idem sculptoribus merito aptatur.* Nam iidem Heroëm nostrum puerum quoque finxerunt, leonina pelle insignem, & mala aurea Hesperidum tenentem; uti patet ex statua apud Joan. Baptistam Ferrarium in libro, quem *Hesperidas, vel Malorum Aureorum Culturam* inscripsit; frustra quoque nonnulli Herculis filium representari existimant. Parili ratione eundem Stymphalidas & Lernæam anguem clava occidentem puerum fecerunt; cum hos labores tamen exantlaverit, postquam ad justam ætatem pervenit, & infans serpentes tantum binos neci dedisse fingatur. Atque ita in nummo Heracleotarum apud Patinum, & in alio Veri apud Tristanum barbatus clava hydram occidit; cujus eadem plane forma, ac illius, quæ in Oxoniensi marmore cernitur, nisi quod septem ibi, hic sex capita (alii aucto-

auctores illi octo, alii novem, vel quinquaginta, vel centum tribuunt) conspiciantur. Et ut hoc obiter moneam, simili semper ætate labores *κατ' ἄπαιγλῶν Ἐυρυθείας*, uti loquitur Zenobius; id est, *ex præcepto, & jussu Eurysthei*: non autem subsidio, quemadmodum reddit interpres, perficiens in nummis effingitur. Nam in Caracallæ numismate adultus taurum domat; in Antonini eundem, hydræ Lernæam & equos Diomedis; in Albini mala Hesperidum manu gerit; in Getæ eadem petens draconem custodem impugnat; in Antonini Pii carpit; in Macrini Threiciam Amazona baltheo; in alio ejusdem Imp. & Maximiani numismate cervum cornibus spoliatur; in Gordiani Cerberum oppugnat; in Antonini Pii eundem trahit; in Maximiani aprum Erymanthium collo impositum habet, & denique leonem Nemeæum *brachiorum nexibus nudus elidit*, vel ἢ *ἀρχίνα σφίγγας τοῖς βραχίοις ἀπέπνιξε*, uti Sueton. & Diodorus, mire hunc nummum illustrantes, loquuntur. Quod autem veteres fabulantur Stymphalidas spiculis emissis homines occidisse, videtur originem suam debere iis, quæ de Arabiæ avibus narrat Pausanias: fuisse n. illas instar leonum ac pardorum infestas hominibus, involasse in venatores, rostrisque eorum pectora, ferreis licet loriceis munita forent, transverberasse. Atque ita quidem veram avium Stymphalidum formam ex marmoribus erui: sed quale tandem crit monstrum, quo gens Valeria nummos signavit? Sirenem facit Ursinus Fulvius; Harpyiam Antonius Augustinus: quia, ut illis *virgineos vultus* tribuit Ovidius,

Cent. 6.  
prov. 26.

*Ne tamen ille canor, mulcendus natus ad aures,  
Tantaque dos oris lingue perderet usum,  
Virginei vultus & vox humana remansit.*

ita his eisdem Virgilius,

*Virginei volucrum vultus, sedissima ventris  
Proluvies, unctæque manus, & pallida semper  
Ora fame.* ———

Et certe si ratio aliqua dari posset, cur gens Valeria ejusmodi nummos signasset, facile crederem monstrum illud Harpyiam referre; quia Heraclitus Sirenas, *τὸ ἄλλ' σκέλη ἀνθρώπων, τὴ δὲ σώμα γυναικῶν* scribit habuisse; at contra Harpyias appellat *γυναικῶν ἀπὸ πτεγῶν*; id est, *volucres puellas, virgines volaticas*, ut Claudia-

Lib. de  
Incred.

In Epiqr.  
& Glor.  
fis.

nus

nus & Isidorus loquuntur: vel virgines, quarum totum corpus in aves, excepto vultu, erat conversum, quas cerni etiam in Titi & M. Aurelii nummis existimat studii hujus peritissimus Car. Patinus. Sed cum nulla utique ratio afferatur, suspicatus nonnunquam sum, purum putum corvum in Valeriæ gentis nummo spectari; galea tamen clypeo & hasta armatum, propter auxilium Valerio qui inde Corvus sive Corvinus dictus est, singulari adversus Gallum pugna præstitum; & hoc portentum acceptum referri debere imperitiæ artificis; quam in rem velim diligentius alii, quibus plus otii est, inquirent. Notandum præterea Doctissimum Patinum in nummo Græco existimare repræsentari avem Stymphalidem; cum ego nihil simile observem; sed tantum columnam, cui Pallas armata insistit; Herculem nudum & gradientem, dextra manu tenentem virgam, sinistra clavam & pellem leoninam, & denique Cupidinem parvulum alatum (nisi sculptor hallucinetur insigniter) sagitta heroëm petentem.

C. 5. Th.  
P. 98.

II. MATRES DEÆ frequenter jam inde à temporibus Pertinacis & Severi celebrantur in marmoribus vetustis; egoque elegans earum & ineditum ectypum nactus sum; quod antequam exhibeam, non abs re me facturum arbitror, si nonnulla moneo de Deabus, quæ & MATRES à Græcis & Romanis nominatæ sunt. Et in genere quidem ita appellantur deæ, quæ pepererunt: Varro apud Augustin. lib. VII. de Civ. Dei: *Diis quibusdam Patribus, & Deabus MATRIBUS sicut hominibus ignobilitatem accidisse.* Specialiter autem CYBELE; quippe quæ deorum omnium generix audit, *Μητις*, vel *Μήτις* ἢ *Γεῶν*, vel *ΜΗΤΗΡ ΠΑΝΤΩΝ ΡΕΙΑ*, uti ex variis Pausaniæ & aliorum auctorum locis, & Inscriptionibus patet, vocatur: Lucretio autem *Divina Mater* & *Ideæ*, Virgilio *Be-recynthia Mater*, Valerio Flacco *Mygdonia Mater* & Prudentio absolute itidem *Mater*; & in marmore tandem Arundelliano Magnesi & Sipyli jurant per *ΜΗΤΕΡΑ ΤΗΝ ΣΙΠΤΛΙΝΗΝ*. CERES vocata fuit *Δημήτηρ* quasi *γρημήτηρ πρὸς ἔσση*, uti explicat Auctor Magni Etymologici, & à Siculis *Δαμιάτηρ*, quemadmodum ex nummo apud Spanhemium constat: unde in Inscriptione apud Tomalinum appellatur *CERES MATER MAXIMA FRUGIFERA*; & in alia, teste Goltzio, *MATER AGRORUM*; Varroni *Ops Mater* celebratur, &

Inf. 1. p.  
MLXXII.

Hym. in  
Rom.

P. 156.

C. 26. de  
Donar.  
l. 4. de L.  
L. & l. 1.  
c. 1. de  
K. R.

Tellus

*Tellus Terra Mater; Lua Mater Livio; atque apud Aurelium Victorem vulgus TELLUREM MATREM Deosque inferos precatur, sedes impias uti Gallieno darent. In lapide antiquo memoratur ΜΗΤΗΡ ΤΡΙΚΑΡΑΝΟΣ ΜΕΓΑΛΗ; quæ proculdubio est HECATE, à Porphyrio, narrante Eusebio, dicta τελαόνη & τελαύχεν; à Seneca *triformis* & Valerio Flacco *tergemma*. In lapide antiquo apud Reinesium I S I S M A T E R; in nummo Juliae Piaë apud Joannem Vaillant, antiquariæ rei haud vulgariter peritum virum, V E S T A M A T E R conspicitur; neque aliter eam vocat Cicero, vel Virgilius*

Inf. 2. p.  
MLXXXII.

L. 1. Ge.

*Dii patrii Indigetes, & Romule, Vestaque Mater*

*Quæ Tuscum Tiberim & Romana palatia servas.*

Romanis *Statæ Matris*, Festo teste, simulacrum in foro colebatur; atque à multis celebratur *Mater Matuta*. Quin & Elei Minervam *Μητιέρα* venerabantur, quia cum Hercules Elidem diripuisset, foeminae orbatam virili robore patriam miserata, illi vota fecerunt, si gravida primo cum viris congressu fierent, teste Pausania: Et Diana itidem virgo dea, eodem titulo honoratur in Inscriptione veteri apud Gruterum;

Lib. v.

TEMPLUM. DIANÆ  
MATRI. D. D. APU  
LEJUS. ARCHITEC  
TUS. SUBSTRUXIT.

Tandem Deæ, quas *Ματέρες* vel *Matres* vocabant cultæ fuerunt in oppido Sicilia; cui *Εγύσιον* nomen, quemadmodum memoriæ mandat Plutarchus; iisque ex Creta allatis templum crexit Merion, docente Diodoro Siculo; quanquam non ignorem Ciceronem in Verrinis *Matrem Magnam & Idæam augustissimum & religiosissimum templum* eodem in oppido habuisse scribere. Postea in variis insuper regionibus, non autem in Britannia sola, uti opinatur Seldenus, *MATRES DEÆ* cultæ fuerunt; non tanquam forent præsides partus vel *Γεαι γυετωίδες*, id quod putat Reinesius, sed totius regionis curam gerentes, & pro variis locis varia cognomina sortitæ; ita in Inscriptionibus Gruteri laudantur *MATRES CALLAICÆ, SUEBÆ, VAPTHIATES, PANNONIORUM ET DALMATIARUM*: quæ proculdubio earum regionum vel locorum sunt deæ tutelares. In lapide vetusto apud Sponium præterea *MATRES GERUDATIÆ*, occurrunt;

In yita  
Marc.

Lib. 4.  
Bibl.


Ep. 19.

MATRIBUS  
GERUDATIABUS  
JULIA MINIA  
V. S. L. M.

In alio Noviomagensi apud Joh. Smetium, MATRES MOPATES. Atque ut ex multitudinis numero patet, plures fuere simul cultæ, & quidem, uti ex variis marmoribus colligo, tres. Totidem enim occurrunt Deæ stantes apud Gruterum, addita hac inscriptione;

IN  
HONOREM  
DOMUS. DIVI  
N. Æ. DIS. MATRABUS  
VICANI VICI. PACIS.

Inque elegantissimo lapide inedito, hodieque Clivis, quo ex arce Wisfensi translatus est, exstante tres etiam deæ, mira & barbara veste exornatæ sedentesque conspiciuntur, addita inscriptione, quæ nos dubitare non finit eas MATRES DEAS esse.



Firmat hanc opinionem mirum quantum alia inscriptio nec-  
dum, quod equidem sciam, luce publica donata; & basi  
marmoris insculpta, in quo trium dearum pedes apparent;

MATRIBUS. ARSACIS. PA-  
TERNIS. SIVE. MATERNIS  
M. AUR. LU. VERONIUS. VE-  
RUS. PEPPÆFACTI. PRO. SE  
ET. SUIS. V. S. L. M.

Et Gruterus testatur in pago Vachlendorff, sive Vacallinæo  
inscriptionem repertam esse, supra quam sedebant tres Deæ,  
sinu pleno fructuum easque vocari MATRONAS VACAL-  
LINEHAS. Et cum totidem deæ sedent in lapide, cujus basi  
inscribitur, testibus viris præclarissimis Raphaële Fabretti  
& Jacobo Sponio;

Diff. de  
Aqua.  
Arz  
Ign. De.

SULEVIS. ET. CAMPESTRIBUS  
SACRUM. L. AURELIUS. QUIN-  
TUS LEG. VIIK. GEMINÆ  
VOTUM. SOLVIT. LÆTUS  
LIBENS. DEDICAVIT. VIII. K.  
SEPTEMBRES. BRADUA. ET  
VARO. COSS.

suspicio nonnunquam mihi est oborta, tempus edax consumi-  
plisse vocem ejus primam MATRIBUS; & pro SULEVIS,  
scribi oportere SUEVIS vel SUEEVIS, uti & alibi duplex  
EE, II, AA, & VV, occurrunt; tandemque CAMPESTRES  
*Matres* esse, quæ campis, agrisque præsent. Nam & paulò  
ante memoratas MATRES PATERNAS ET MATER-  
NAS, quarum illæ etiam occurrunt in lapide inedito,

MATRIBUS  
FRISAVIS PATERNIS

nullas alias esse arbitror, quam quæ curam majorum gesse-  
rant, vel populi universè sumpti, vel etiam certarum fami-  
liarum. Sic MATRES BRITTÆ loci ejus regionisve  
præsides sunt; marmor ineditum;

MATRIBUS  
BRITTIS  
L. VAERIUS  
MIL. LEG. XXX  
V. V.  
V. S. L. M.

Neque tamen ternarius hic numerus (de quo operæ pretium  
est

est videre Raphaellem Fabretti, libro laudato) perpetuus est; & sæpe una Dea MATER vocatur, quæ itidem vel pago, vel certo loco præsidet. Nam apud Boissardum exstat statua muliebris faberrime facta, & cornuopiæ tenens, cum Inf. MATER. VILLÆ. FAGNÆ: & apud Gruterum lapis inscribitur; MATRI. (nisi tamen hæc vox non secus ac sequens pluralis numeri est) ET. PATRIBUS. & alius, MATRI AUG. &c. Hæ Deæ MATRES nonnunquam AUGUSTÆ cognominantur, non secus ac Ceres, Diana, Venus, Juno, Isis & aliæ, quemadmodum ex Inscriptionibus patet; quarum quinta pag. xc. ita ex Chohieri Antiquitatibus Viennensibus legenda est:

M A T R I S. A U G U S T I S  
C A. T I T I U S. S E D U L I U S  
E X V O T O.

Appellari præterea eas MATRONAS; & Inscriptiones quæ loquuntur vel de MATRONIS simpliciter, vel de MATRONIS ACERNEHABUS, AUFANIIS, HAMA-VEHIS, ROMAUCHIS, RUMEHABUS, VACALLINEHIS, de nullis aliis quam Deabus Matribus explicandas esse arbitror. Aufaniæ etiã celebrari in Inf. apud Noviomagenfes reperta videntur;

M A T R O N I S  
A U F A N I A B U S  
T. A L B I N I U S  
J A N U A R I U S  
E. L. M.

& forte cultæ fuerunt in pago, cui nomen *Aufana* vel *Aufana*, uti male scribi videtur apud Antonin. in Itinerario, prope Treviros. Sic MATRONÆ VIDEANTIÆ sunt Deæ Vediantiorum, Galliæ Narbonensis populus est, tutelares; Inf. apud Sponium;

M A T R O N I S  
V E D I A N T I A B U S  
P. E N I S T A L I U S. P. F  
C L. P A T E R N U S C E M E N E L E N S I S  
O P T I O. A D. O R D I N E. Δ. L E G. X X I I.  
P R I M I G E N I Æ. P I Æ. F I D E L I S  
L. M.

Idemque Vir Doctissimus has deas HÆRAS appellari credit in Inf. Aquitanica;



FANO. HER. AUSC  
ORRITS. HESACRUM  
G. VAL. VALERIANUS.

Nam una cum auctore notitiæ Vasconiarum *Herarum Aufscarum* hic mentionem fieri, easque *Auscis*, clarissimis Aquitanorum præfuisse autumat. Auctor hujus notitiæ est Arnaldus Oihenartus; sed apud illum pag. 445. inscriptio paulo aliter legitur; neque ille de *duabus Heris* facit mentionem; & mihi videtur Herculem apud plerasque gentes cultum æque commode posse intelligi. Fortunam cæterum *Heram* vocat Ennius

lib. 1.  
off.

*Vos ne velit, an me regnare HERA, quidque ferat fors,  
Virtute experiamur: ———*

& *Hecaten Tergeminam Heram* vel *Heram noctis* Val. Flac. lib. 1. ac v. In Inscriptione 38. Classis quintæ apud Reines. FLAMINICA HERÆ occurrit; sed *Hera* ex opinione viri doctissimi, est *Hæa* vel *Juno*: & apud Catullum *rapidi Tritonis Hera* est Minerva. *Quin & DOMINÆ* nullæ mihi aliæ, quam *MATRES, MATRONÆ, vel HERÆ* sunt: Inf. apud Gruter.

MESTRIUS MARIINUS  
PICTOR. CONSTITUIT  
PRO. SALUTE. SUA. ET  
SUORUM  
FANUM. DOMINARUM.

Atque hæc quidem occasione DEARUM MATRUM mihi publicis curis distracto notata sunt: iisque antequam valere dicam, facere non possum, quin illustrem elegantem Procli Archiepiscopi Constantinopolitani locum, qui exstat in laudatione B. Chrysofomi Latine tantum edita, & forte habita, cum post annos quinque & triginta Imperatore Theodosio Juniore, & ipso Patriarcha, cadaver Chrysofomi Constantinopolim est relatum; uti legere licet in Epitome Vitæ Chrysof. quam una cum Palladio edidit EMERICUS BIGOTIUS vir illustris & Galliarum clarissimum lumen. Ille igitur Proclus ita loquitur: *Omnem locum omni liberavit errore. In Epheso artem Midæ nudavit* (al. fugavit) *in Phrygia Matrem, quæ Deorum dicebatur sine filiis fecit: in Cæsarea publica meretricia honoris vacua spohavit: In Syria Deum impugnantes Synagogas evacuarvit: quibus verbis nihil aliud significat, quam divina eloquentia fecisse Chrysofomum, ut dii illi, qui nati dicebantur Cybele, crederentur tantum esse vana ingenii humani figmenta;*

quomodo B. Augustinus l. 7. c. 26. de Civ. Dei fere locutus est: *Vicit Matris Magnæ omnes Deos filios, non numinis magnitudo, sed criminis.* Sed quid erit, *artem Midæ nudavit sive fugavit?* fateor hic mihi aquam hæere; faciliusque arbitror nodum solvi posse, si Græca non invidisset nobis temporis injuria. Suspiciabar nonnunquam *artem Midæ esse artem Magicam*; quia illa admodum Ephesi floruit; & Midas posset videri ea quæ tangebatur in aurum eadem arte convertisse; mysteriisque Orphei, itidem magi, ut plerique veterum credunt, fuit initiatus. Et Magos quidem in urbe ea fuisse multos, satis superque ex Apostolorum Actis (memoriæ enim vitio B. Chrysostomus scribit in præfatione Epistolæ ad Corinthios primæ, *Corinthis rem eam accidisse*) & Plutarchi Alexandro patet; unde Clemens Alex. in Protr. scribit Heraclitum Ephesium vaticinatum esse, in libris quos in templo Dianæ deposuerat, Νυκλιπολις, Μάγισ, Βάκχισ, Λήναις, Μύσαις: & ἐπιφθαι πνες δυσσεβειαν λήθηται vocantur ἐφέσια γραμματῶ; quibus Lydiæ Regem Crœsum in rogo usum esse scribit præter Suidam Eustathius; & Diogenianus tradit *Ephesus litteras* fuisse incantationes, quas qui pronuntiabant, victores evadebant. Affert exemplum Suidas Milesii & Ephesi inter se depugnantium, cujus ultima verba ita se habent: Φανερός ἢ ἡρομύχης & λυθέντων αὐτῶν τελακῶν τὸ ἐξῆς πεσεῖν τὸ ἐφέσιον, Portus & Schottus ita vertunt, ac si triginta litteras à talo Ephesii abstulissent; Erasmus, tanquam succubuisse, post victos adversarios triginta. Sed nec de adversariis nec de litteris loquitur; verum scribendum: Φανερῶν ἢ ἡρομύχων & λυθέντων αὐτῶν, &c. id est, *cum litteræ illæ animadvertentur & demerentur per triginta vices cecidisse luctato-*

P 1364. *torem Ephesium*: Eustathius, ὡν γρωθεντων καὶ λυθεντων, τελακων τῶν τε ἐφεξῆς πεσεῖν τὸ ἐφέσιον. **Quin**, quod notatu revera dignissimum, ipsa illa Ephesia Diana, tam superstitiose non modo ibi, verum etiam aliis in urbibus culta Μάγῳ vocatur Tatiano: Ἀφροδίτη ἢ γάμος πολυκαῖς ἤδε, μάγῳ ἐστὶν Ἀρτέμις, θεοεπιβή ὁ ἀπολων: *Venus nuptiarum complexibus gaudet; Diana magicam exercet, Apollo medicinam.* Et huc, ni fallor, pertinent litteræ, quæ ἔπι τοῖς ἑποσὶ Εφεσίας Ἀρτέμιδος; id est, *in* (male vertit interpres *sub*) *pedibus Dianæ Ephesiæ* erant scriptæ, teste Diogeniano apud Apostolium; vel ἔπι ποδῶν καὶ ζωνῆς καὶ σεφάνης, quemadmodum Plutarchus apud Eustathium ad Homeri

Odyſſeam memoriæ mandat; cum veriſimile admodum fit litteras has incantationes magicas fuiſſe, eamque ob cauſam, ut laudati auctores ſcribunt, non potuiſſe intelligi. Tandem ut *artes Midæ* designant *magiam*, ita eodem ſenſu *artes Dardaniæ* Columellæ uſurpantur;

*At ſi nulla valet medicina repellere peſtem*

*Dardaniæ veniant artes* ———

Et Clemens Alexandrinus narrat Midam Phrygem ab Odry- In Protz.  
ſo edoctum τοῖς ἑσπερίαις ἀρχαίοις tradidiſſe ἐν τεχνῶν ἀπαρίτω, arti-  
ficioſam fraudem, quæ non incommode de γοητεία & magia po-  
teſt exponi; & alibi litterarum Ephęſiarum, ut hoc addam, L. 1. & 5.  
originem refert ad Daſtylos Idæos; docetque eas non ſim- Strom.  
plices litteras, verum voces integras fuiſſe.

III. Miſit ad me Ampliſſimus idemque Doctiſſimus Vir HENRICUS COPEZ Reip. Silvæducentiſis Scabinus inſcriptionem brevem quidem ſed elegantem, & prope urbem eam in pago Rummel non ita pridem inventam. Hanc à me paulò longius explicatam aliis invidere nolui;

C. JANUARINUS  
SEXTUS  
INTERPRES  
VIVOS. SIBI  
FECIT.

CAJUS hic vocatur JANUARINUS, nomine a Januario mense deducto. ita celebratur JANUARINIUS in Inf. apud Gruterum

HERCULI  
JANUARINIUS  
MODERAT. COL  
EQUITUM. D. D.

I. p. XLIV

Similiterque fere à *Secundus* SECUNDINUS; à *Decimus*, DECIMINUS; à *Marcellus* MARCELLINUS & alia ab aliis nominibus derivantur. Quin ipſi menses in nomina vel cognomina ceſſerunt. In *Digeſtis Favius Januarius* Papiniano ſalutem dicit: A. V. C. 1040. *Pomponius Januarius*; A. 1080. L. 94. de  
*Aurelius Januarius* coſſ. fuerunt. Præterea *T. Flavius*. *T. F. Januarius*; *P. Albius P. L. Januarius*; *Æmilius Januarius*; *Q. Ælius Januarius*; *Januarius ſervus*; *Januarius conjux Eutychie*; *Januarius Ingenius*; *T. Januarius Florianus* aliique; adhæc *Januaria filia* Lib.  
*Q. Magii Hilarionis*; *P. Januaria*; *Januaria Ælia* in lapidibus veteri-

teribus laudantur. *Vibrius Januarius* in *Ins.* apud *Reinesium*,  
 Baluz. T. & *Januaria* in *Confessionibus* *Martyrum Saturnini, Felicis,*  
 2. Misc. *Dativi, & aliorum* occurrunt. Et hac occasione insigne  
 sphalma notandum viri *Eruditi, qui Indices Inscriptionum*  
*summo cum labore & assiduitate concinnavit.* Putat enim in  
*monumento II. pag. DCCCCLXXVIII. laudari JANUARIAM*  
*PORCIAM RHODINEM, cum tamen illud ita edi-*  
*tum sit,*

D. M.  
 J A N U A R I S  
 S E R V I P O R C I  
 Æ. R H O D I N E S  
 S E V E R I A  
 S E V E R I N A.

& nulla laudetur *Januaria*; sed servus *Januaris* i.e. *Janitor* sive  
 ἰουαννης *Porciæ, nisi ultimum S. mutandum in I. vel, Janua-*  
*ris, sit nomen proprium.* Sic, ne quid de *MARTIIS JU-*  
*NIIIS Q.* dicam, in iisdem lapidibus occurrit *AURELIUS*  
*APRILIS; M. DOMITIUS, APRILIS; APRILIS*  
*REPENTINI FILIUS; imo, quod nequaquam omit-*  
*tendum, in Ins. II. p. DCLXXXV. APRILIS MATER*  
*Q. GEMINI SURIACI.* Alius vocatur *NOVEMBER*  
*in Ins. 7. pag. DCCCCLXXXII, & 22. Epistolæ XLI. Reinesii*  
*ad Rupertum; ad ut mirum nequaquam sit, nostrum illum*  
*JANUARIUM nominari. Cognomen est SEXTUS;*  
*quomodo multi alii vel primi, vel Secundi &c. fuerunt vocati.*  
*In lapidibus memorantur; L. ALFIUS. L. F. PRIMUS.*  
*T. ÆLIUS PRIMUS; & Græco cognomine ALFIUS*  
*PROTUS. T. ÆBUTIUS SECUNDUS, ΚΑΣΙΟΣ ΣΕΒ-*  
*ΚΟΥΝΔΟΣ; S. ÆLIUS TERTIUS. P. ÆLIUS QUIN-*  
 P. 285. *TUS, alique plurimi. ANIANA DEUTERA in Ins.*  
 Ep. *apud Reinesium; in Historia Romana, M. Antonius Primus*  
*dux Vespasiani celebris bello Vitelliano; C. Plinius Secundus; in*  
*c. ult. epistola Pauli ad Romanos τῆς β' & κ' α' ρ' ; & alii me-*  
*morantur. Quæ res cum notissima sit, miror eam non obser-*  
*vasse Doctissimum Meursium; eumque in Exercitationibus*  
*Criticis notare L. Bennium magisterii pagorum munus pri-*  
*imum obiisse; cum in lapide antiquo homo ille L. BENNIUS*  
*PRIMUS appelletur, & proinde cognomen PRIMI, non*  
*secus ac alii, tulerit. Sed quod præcipue notandum venit;*  
 C. JA-

**C. JANUARINUS SEXTUS** dicitur esse **INTERPRES**. Est hæc vox *πλύσιμ* & ; imo non modo varias, verum etiam elegantes recipit significationes. Et quidem **INTERPRES** is vocatur, qui inter duos eadem lingua utentes medius est vel *μέσ* & ; qui pactiōnem, conventionem, & contractus conficit; quemque alio nomine *proxenetam* vocant: **Afionius**; *Sequestres sunt, apud quos pecunia deponitur*: **INTERPRETES** per quos inducitur *pactio*: quo sensu sæpe Plauto usurpatur; **Milite**;

3, 1. Doz.  
2, 5, 6.  
4, 1, 6.

*Quin tu tuam rem cura potius, quam Seleuci: quæ tibi*

*Conditio nova & luculenta fertur per me* **INTERPRETEM**.

**Curculione**;

*Quod te præsentē istic egi, teque* **INTERPRETE**.

id est; te *proxeneta*, te *conciliatore*; sicque **Iuno** à **Didone** apud **Virgilium** vocatur *interpret curarum*, sive, explicante **Servio**, *media & conciliatrix*; quia illa quasi media erat inter **Didonem** atque **Æneam**, conabaturque **Carthaginensium** reginam, & **Trojanum** ducem connubio jungere stabili. **Pretium**, quod hi interpretes accipiebant **Latini** *proxeneticum*; **Græci**, *ἑρμηνεύσιον* id est *interpretativum seu interpretis honorarium*, ut **Ictus** loquitur, vocabant; idemque munus præstabant hominibus diversæ linguæ, quemadmodum ex jure constat. Atque ita **Isidoro** **INTERPRES** inde deducitur & derivatur, quod inter partes medius sit duarum linguarum, dum transfert. Tales fuerunt illi qui mercatoribus aderant, in urbe **Colchicæ** Regionis **Dioscuriade**. Nam eo cum ex omnibus nationibus confluerent peregrini, **Romani** necesse habebant ad negotiationes peragendas **Interpretibus** uti: **Plin.** *Reliqua litorum fere nationes tenent. Melanchlæni, Coraxi urbe Colchorum Dioscuriade juxta fluvium Anthemunta, nunc deserta: quondam adeo clara, ut Timotheus in eam 300 nationes dissimilibus linguis descendere prodiderit. Et postea à nostris cxxx INTERPRETIBUS negotia ibi gesta.* Hinc & ipsi **Legati** eo nomine nonnunquam veniunt; quia inter populos pacem & foedera facere solent: **Fal. Flaccus**

4. A. 1.  
668  
L. 3. D. de  
proxen.  
L. 1. §.  
ult. D. ds  
verb.  
Oblig.  
L. 10.  
Etym.

L. 6. c. 5.

L. 6.

*Regius Eois Myraces* **INTERPRES** *ab oris*  
*Venerat, ut Colchos procul atque Ætîa Parthis*  
*Fœdera danato non irrita jungeret auro.*

Erant præterea alii interpretes, qui legatorum ab exteris & diver-

fa lingua utentibus gentibus ad Senatum vel Impp. missorum verba interpretabantur: faciebantque ut Senatus Oratores, illi contra Senatum intelligerent: qui videntur **INTERPRETES. DIVERSARUM GENTIUM** appellari in vetere Inscriptione laudata Goltzio, Cicero; *Si Panni in Senatu nostro sine INTERPRETE loquerentur, alibi; ita quemadmodum in Senatu semper est aliquis qui Interpretem postulet, sic isti nobis cum Interprete audiendi sunt: Julius Firmicus: Reddit etiam sic per noctem collocatus. Imperatorem aut potentissimorum Judicum INTERPRETES. Unde veluti rem miraculo proximam extollit Plinius, Mithridatem maximum sua ætate regum solum mortalium viginti duabus linguis locutum esse, nes de subjectis gentibus ullum hominem per INTERPRETEM appellatum ab eo, annis LVI. quibus regnavit. Talem Interpretem arbitror Menandrum fuisse laudatum Pomponio Icto; Et ideo in quodam INTERPRETE Menandro, qui, posteaquam apud nos manumissus erat, missus est ad suos; & Cicero ni; Neque enim sine causa de Cn. Publicio Menandro, libertino homine, quem apud majores legati nostri in Græciam proficiscentes INTERPRETEM secum habere voluerunt, ad populum latum, ut is Publicius, si domum revenisset, & inde redisset, ne minus crevisset. Rosinus comitem eum facit legatorum legum conquirendarum causa in Græciam profectorum; sive decem virorum, qui leges XII. Tab. composuerunt. Impugnat eum Reinesius, contenditque hunc hominem esse Publicium Menandrum libertinum, quem Magno Pompejo indiscreta specie similem fuisse Valerius Maximus & Plinius narrant; indeque putat patere tempus, quo legatos in Græciam secutus est, & simul stuporem mangonis istius sive Rosini. Sane voces legum conquirendarum causa apud Ciceronem non reperiuntur, verum (ne dicam Rosinum adjicere potuisse explicationis causa) libertinus Pompejo similis & æqualis Publicius quidem, non autem Menander vocatur; adhæc si legati in Græciam missi sunt tempore Pompeji, quo jam Græca lingua maximo in usu Romæ erat, nondum perspicere possum, quare Cicero dicat, apud majores; & mox; multi etiam (ut sc. Menander ille) superiore memoria; quæ nequaquam conveniunt Pompeji temporibus, quibus Cicero vixit; adeo ut alium vix dubitem fuisse Cn. Publicium Menandrum interpretem, quibuscunque tandem Romanorum legatis (nam qui Decemviris adfuit Hermodorus Ephesus vocatur*

Plinio ; nisi forte plures iis additi sunt) apparuerit ; alius *Cn. Publicius Pompejo* similis. Huc pertinent etiam INTERPRETES, quos Magistratus Romani in provincias cum imperio missi apud se habebant, ad desideria provincialium intelligenda : Cicero ; *Varius est in Sicilia INTERPRES, quo iste INTERPRETE, non ad Græcam linguam, sed ad furta & flagitia uti solebat* : quales arbitror Julium Firmicum appellare *potentissimorum judicum Interpretes* ; id est, præfectorum prætorio, urbis, & vice sacra judicantium, qui etiam *maximi* Judices vocantur in Codice ; *Vel in provinciis apud earum moderatores, vel in hac alma urbe apud competentes MAXIMOS JUDICES* : quam legem, cum lata sit a Justiniano Imp. mirari satis non possum Hadriano adscribere Gutherium. Præter hos mihi occurrunt INTERPRETES sacri ; & quidem vel Dii, vel homines. Nam Mercurius erat Deorum Interpres, Iovisque placita ad homines ferebat : Virgil.

L. 36. c. 5.

A. 5. in  
Ver.L. 6. ubi  
caus. stat.In de  
offi. D. A.L. 4. Æn.  
v. 355.

Nunc etiam INTERPRES DIVUM, *Iove missus ab ipso*  
(*Testor utrumque caput*) *celeris mandata per auras*  
*Detulit* ———

Quo numero etiam dæmones à gentilibus habebantur, quos *πρόφιδοντας* Plato appellat ; qui hominum preces ad Deos, & horum iussu ad illos reportant : Apulejus ; *Ceterum sunt quædam divinæ mediæ potestates, inter summum æthera & infimas terras, in isto intersiti aëris spatio, per quas & desideria nostra & merita ad Deos commeant : hos Græco nomine δαίμονας nuncupant. Inter terricolos Cælicolasque VECTORES hinc precum inde donorum, qui ultro citroque portant hinc petitiones inde suppetias, ceu quidam utriusque INTERPRETES & salutigeri. Atque ab hoc officio Mercurius Græcis Ἑρμῆς, αὐτῶ τὸ ἐρῶ id est λέγω, ut legere licet apud Auctorem M. Etym. vocatur ; eoque respiciens Servius ita commentatur, INTERPRES DIVUM, *Hermes : expressit verbum de verbo. Quin & Apollo Platoni vocatur πῆτερ, ἢ Ἐλκῆνων ἐξηγητὴς*, teste Oenomaio apud Eusebium Libro v. Præparationis. Alii DEORUM INTERPRETES erant homines ; quos alias *vates, aruspices, ariolos, augures, conjectores* vocabant ; qui ostenta, portenta, prodigia, somnia, & quæcunque à diis mitti putabantur signa, victimarum fibras, volatus, garritus avium, per quæ diis futura prædicere persuasum habebant, interpretabantur & explicabant ; Virgilius ;*

Lib. de  
Deo Soc.L. 3. Æn.  
v. 359.

*His vatem (Helenium) aggredior dictis, & talia queaso:  
Trojugena, INTERPRES DIVUM, qui numina Phœbi,  
Qui tripodas, Clarii lauros, qui sidera sentis  
Et volucrum linguas, & præpetis omina penna.*

Servio optime exponitur, vaticinator: qui mentem deorum moralibus publicas; rursus;

*Tertius, ille HOMINUM DIVUMQ. INTERPRES Asylas,  
Cui pecudum fibræ, cæli cui sidera parent,  
Et linguæ volucrum, & præsagi fulminis ignes.*

Erudite idem Grammaticus commentatur: Deorum quos interpretatur, hominum quibus interpretatur, & divinas indicat mentes

lib. 3. Et. INTERPRES vocatur; similiterque fere Isidorus, nisi quod ad ipsos Theologos, qui sacra & mysteria exponebant, ut erant Romæ Pontifices, in Eleusiniis ἑρποφάντας, videatur recte extendere; Sed & qui inter Deum, quem interpretatur, & homines quibus divina indicat mysteria INTERPRES vocatur; Ita Sulpicio Severo Joseph dicitur esse mirus somniorum Interpretes; & Judæa mulier interpret Legum Solymarum Juvenali; Cicero celebrantur Augures, interpretes Iovis O. Max: Conjector & interpret somniorum: Astrologi interpretes, (quomodo eos alicubi etiam appellat Plinius) cæli: interpretes portentorum, qui Galeotæ tum in Sicilia vocabantur; & alibi aquila ipsi, quia omina præbebat; deorumque quasi voluntatem homines docebat, interpretes & satellites Iovis appellatur; adeo ut & volucres deorum quodammodo Interpretes possint vocari, quia eorum mentes aperiebant, ut eleganter canit Ovidius, cujus versus facere non possum quin adscribam;

lib. 1.  
Et.

*Sed nihil ista juvant: quia linguæ crimen habetis;*

*Dique putant mentes vos aperire suas.*

*Nec tamen id falsum. nam, Dis ut proxima queque;*

*Nunc penna veras, nunc datis ore notas.*

*Tanta diu volucrum proles, tum denique cæsa est:*

*Fuveruntque Deos indicis exta sui.*

Græcis ostentorum explanator Ἐρποφάντης appellatur. Nam licet hæc vox generalem recipiat sensum, significetque etiam *Juris*, ut Cicero loquitur *interpretem*; atque adeo eum qui πᾶν ὄπᾶν πρᾶγμα exponit, si fides habenda Suidæ & Auctori M. Etymologici; præcipue tamen eo nomine is venit qui sa-  
cra,



era, ritus, ceremonias & ostenta interpretatur. Hesychius:

Ἐξηγητὴς ὁ πρὸς Ἱερῶν ἢ Διοσημείων ἔξηγητὴς. Harpocraton:

Ἐξηγητὴς ὁ ἐξηγγεῖται τὰ Ἱερά: Julius Pollux, Ἐξηγητῶν ἢ ἑκα-

λυστο, οἱ τὰ πρὸς Διοσημείων ἢ τὰ τῶν ἄλλων Ἱερῶν διακρίζοντες; *Dimittuntur*

*judicia, si prodigia incident. Exegetæ vero vocabantur, qui prodigia &*

*alias res sacras judicabant; qualia etiam apud Auct. M. Etym. &*

*Suidam legere licet. Huc pertinet libros rituales dici ἔξηγητι-*

*κός, quales scripserunt Anticlidēs & Clidemus, teste Athe-*

*næo; nec non Sophoclis Scholiastem alicubi notare ἔξηγησιν*

*proprie de rebus divinis & excellentibus, ἐρῦλε εἶαν de vulgari-*

*bus & passim obviis usurpari; eandemque vocem hoc sensu*

*apud Demosthenem, Herodotum, ut ἐπιρρηθεὶς ἰσοπέπτος ἐς ἔξη-*

*γητέας, vates ad prodigiorum interpretes misit, Lxx Interpretes, ut*

*εἶτα ἐν τοῖς ἔξηγηταῖς, ἢ ἐκ τῶν ὁ ἀπεργεῖσθαι αὐτῶν; aliosque aucto-*

*res frequenter occurrere. Apud Pausaniam certe Philistus*

*scribit Hyblæos, Sicula gens est, τεράτων ἢ ἐνυπνίων ἔξηγητὰς,*

*ostentorum & somniorum interpretes esse: idem viros, qui antiquita-*

*tes patrias, quarum utramque paginam dii, eorumque simu-*

*lacia faciebant, vocat vel absolute ἔξηγητὰς, vel ἔξηγητὰς τῶν*

*Ἰππυρωτίων; occurruntque apud ipsum Exegetæ Argivorum, Elec-*

*rum, Messeniorum, Patrensiū, Sicyoniorum & Traxeniorum; &*

*nescio an ad hos, an vero ad alios interpretes referendi sint*

*Ἐρῦλεές ἐν Αἰγύπτῳ quos Herodotus scribit oriundos à pueris*

*Ægyptiis, quos Plammirichus commiserat Ionibus & Caribus*

*in Ægyptum prope Nilum translatis erudiendos; quan-*

*quam non incommode Hieroglyphicorum explanatores &*

*sacerdotes queant intelligi. Præterea τῶν Ἱερῶν ἔξηγητῶν sacrorum*

*interpretes celebrantur Dionysio Halicarnassensī; & οἱ τῶν χη-*

*συχῶν ἔξηγητῶν oraculorum interpretes Zachariæ Mitylenæo. Quin*

*& Plutarchus Timotheum Atheniensem absolute Ἐξηγητῶν*

*appellat, id est Hierophantam, Mystagogum, sacrorum*

*Eleusiniarum interpretem, vel ut Tacitus loquitur, Antisti-*

*tem caeremoniarum; de quo loqui Arnobium, nonnunquam*

*subdubitavi; Apud Timotheum, ait, non ignobilem Theologorum vi-*

*rum, nec non apud alios æque doctos, super Magna Deorum Matre, su-*

*perque sacris ejus origo hæc sita est, ex reconditis antiquitatum libris, &*

*ex intimis eruta Non abhorret sane argumentum; sicque homi-*

*nis ætas, de qua nihil definiunt cruditi, constabit. Plu-*

*tarchus insuper memoriæ mandat Pontificem Maximum*

Gen. 41.

24.

L. 5.

L. 2. c. 1.  
154.

L. 3.

In Dial.

In Num.

cum obtinuiffè locum, quem *Προφήτης* vel *Εξερητής* vel potius *Ιεροφάντης* apud Græcos. Et ne de iis agam, qui libros in patriam linguam transferunt, qui aliorum scripta eadem lingua vel editis commentariis vel viva voce exponunt, quos omnes Cicero INTERPRETES appellat; ut; *Non converti ut INTERPRES, sed ut orator sententiis iisdem*: alibi; *Grammatici INTERPRETES Poëtarum*; rursus; *Chrysippus Stoicorum vaferrimus INTERPRES*; & tandem; *Nullam artem literis sine INTERPRETE & doctore, & sine aliqua exercitatione percipi posse*; ne, inquam, de his agam, inquirendum restat, qualis CAJUS JANUARINUS SEXTUS fuerit INTERPRES. Et quanquam res plane dubia sit; quia simpliciter nulla facta mentione rei, cujus erat explanator, INTERPRES vocatur; à vero tamen alienum non videtur, cum vel portenta exposuiffè, aruspicinamque exercuiffè; vel adfuisse potius Magistratui Romano in provincia, ut *Varius* Ciceroni laudatus, in Sicilia Verri; quia exempla allata docent ejusmodi viros absolute INTERPRETES appellari. Observent præterea Historiæ Ecclesiasticæ studiosi, Episcopos vel presbyteros ad concilium, cujus membra alia lingua loquebantur, missos *Interpretibus* usos esse; Synodus Romana habita sub Bonifacio II. Lampadio & Oreste Coss. *Theodosius Echimiensis civitatis Episcopus per INTERPRETEM dixit*: alibi: *Theodosius Echimiensis civitatis episcopus provincie Thessaliæ per INTERPRETEM dixit*.

IV. Apud Noviomagenses reperta, & à Joanne Smetio, viro Antiquariæ rei studioso admodum in Antiquitatibus Noviomagensibus edita est inscriptio vetus; sed tamen nec hic omittenda, cum quia per multum temporis in scriniis meis latuit, tum quia nonnulla illustrationi ejus infervientia mihi notata sunt:

I. O. M.  
D O M E S  
T I C O  
B R A T O  
V E T E R A  
N U S. L. M.

Notissimum est Iovem appellari *Optimum Maximum*; sed raro DOMESTICUS cognominatur: nescioque num alibi idem titulus occurrat. Significat autem BRATO (quod nomen

EXO-

exoticum, non autem Romanum est) Iovem Larem familia-  
rem, tecti domusque custodem, ut Arnobius loquitur, fuisse,  
suaque familiae curam & tutelam gessisse. Hieronymus; *Nul-* C. 58. In  
Elai.  
*lus fuerit locus, qui non idololatriæ sordibus inquinatur, sed in tantum ut post*  
*fores domorum idola ponerent, quos DOMESTICOS appellant LARES,*  
*& tam publice quam privatim animalium suorum sanguinem funderent:*  
Paulo ante TUTELAS appellat: Roma Orbis Domina in singulis in-  
sulis domibusque TUTELÆ simulacrum cereis venerans ac lucernis,  
*quam ad tuitionem ædium isto appellant nomine:* Tertullianus Deos C. 13.  
Domesticos in Apologetico: DOMESTICOS DEOS, quos La-  
res dicitis, domestica potestate tractatis, pignerando, venditando, demu-  
tando, aliquando in cacabum de Saturno, aliquando in trullam de Mi-  
nerva: ut quisque contritus atque contusus est, dum diu colitur: ut  
quisque dominus sanctorum expertus est domesticam necessitatem. Atque  
ut hic Minerva & Saturnus, ita Jupiter in Inscriptione Deus  
Domesticus appellatur, & privata religione instar laris familiaris  
a Bratone cultus est. In agris venerabantur SYLVANUM DO-  
MESTICUM; Auctor finium regendorum: Nam omnis  
possessio tres Sylvanos habet. Unus dicitur DOMESTICUS, posses-  
sioni consecratus: alter dicitur Agrestis, pastoribus consecratus: tertius  
dicitur, Orientalis, cui est in confinio lucus positus, à quo inter duo plu-  
resve fines oriuntur: ejusque mentio etiam in Inf. veteri apud  
Gruterum: SILVANO. DOMES. SACRUM: quem & in alia  
mutila celebrari crediderim;

S I L V A N O  
D                    S  
C L A U D I  
Q U I E T U S

id est, ut supplendum judico, DOMES, sive *Domestico*: Ovi-  
dio præterea celebratur PHOEBUS DOMESTICUS, Lib. xv.  
Metamorph.

*Dii, precor, Æneæ comites, quibus ensis & ignis:  
Cesserunt, diique Indigetes, Genitorque Quirine,  
Urbis & invicti genitor, Gradive, Quirini,  
Vestaque Cæsareos inter sacrata Penates;  
Et cum Cæsarea tu PHOEBE DOMESTICE, Vesta.*

Scilicet, ut testatur idem alibi, palatia Augusti erant sacrata. Lib. 31  
Art. 389.  
*laurigero Phœbo; isque Deus non modo eo in loco cum Cæsarea*  
Vesta.

Vesta templum habebat, verum etiam tutor erat & conservator, larque quasi domesticus domus Augusti. Et, ne Græcos omittam; apud Corinthios, teste Hesychio *Ceres Ε'πειριδιη* culta fuit; quæ proculdubio curam habuit rei familiaris, & victus; cuius illa præses, utpote *frugum mater*, erat. Æginetæ coluerunt publice Apollinem *Δωμαλίτῳ*, tanquam urbis præsidem, & domuum conservatorem. Schol. Pindari: *παρ' Αιγινήταις Δελφίνῳ (μῆσις ἀγέ), Δελφίνις Ἀπόλων ἱερός. ἐν ᾧ ἴσως Φησι γερῆσθαι τῆ Νεμέα. πεφιλῆσθαι γάρ φησι τὸ μῆνα τῆτον ἑπὶ τῷ Ἀπόλωνῳ. ἢ εἴη ἂν ὁ μῶσθι ἐν ᾧ θύουσιν Αιγινήτῳ Ἀπόλωνι οἰκιστῆ ἢ Δωμαλίτῳ, καθά φησι Πυθαίειος*: *Apud Æginetas Delphinus mensis agitur, Apollini Delphinio sacratus; in quo forte canit Nemea fuisse celebrata. Ajunt enim hunc mensē ab Apolline amari. Et sit ille mensis, in quo Ægenitæ sacrificant Apollini Conditori & Domestico: quemadmodum scribit Pythænetus: & tandem apud Spartanos, teste Pausania, Καρνεῖος cognomine Οἰκέτας, id est, Domesticus, cultus fuit.*

Lib. 3.

V. Nullum abhinc plurimis annis itinerarium majore cum voluptate & alacritate animi evolvi, quam viri præstantissimi JACOBI SPONII. Nam tam diligenter reliquias morientis Græciæ inspexit; tam feliciter præclarissimarum urbium, quibus Europa & Asia superba erat quondam, cadavera lustravit; tot Inscriptiones, Nummosque inter Turcarum Scythicam barbariem, & barbaram ferocitatem quasi languentes deportavit; ut fateri cogar vix aliquem nostri sæculi peregrinantium operam melius posuisse, aut tam præclaris spoliis onustum patriæ esse redditum. Verum cum nonnullæ Inscriptiones majorem lucem videantur requirere, nec illi ipsi Eruditissimo viro, nec aliis ingratum fore persuasus sum, si quid de iis sentiam, in medium afferam: Tom. 3. part. 1. pag. LXXXIV. Ed. Lugdun.

Α ΠΟΛΙΣ ΜΑΡΚΟΝ ΚΑΛΗ...  
ΓΑΙΟΥ. ΥΙΟΝ ΒΥΒΛΟΝ ΤΟΝ  
ΠΑΤΡΟΝΑ ΚΑΙ ΕΤΕΡΓΕΤΑ  
ΕΡΜΑΙ ΗΡΑΚΛΗΙ.

id est, interprete viro præstantissimo: *La ville de Corfou consacre a Mercure & a Hercule, Marcus; at mihi hic sensus displicet; videbaturque quondam talis esse. Urbs Marcum Cæle... Caji filium Byblum patronum & Benefactorem Mercurio Hercule honoravit;*  
five,





sive, *ejus in honorem erexit statuam, quam vocant Hermeraclem.* Honor apud veteres singularis fuit statuam alicui ponere; sed major longe atque illustrior, dei statuam in honorem viri de Rep. bene meriti erigere; quem habitum fuisse Marco vix finit me dubitare cum ipsa loquendi forma, tum exulans particula  $\epsilon$  sive  $\epsilon$ , quæ addita, ut reor, foret; si hic homo vel statua ejus fuisset dedicata Mercurio & Herculi; non secus ac in alia, quæ exstat part. 2. pag. 141. Quod si autem quis viri doctissimi opinionem præferat; is tamen facile mihi concedet statuam Marci Mercurio & Herculi fuisse dicatam; non secus ac Germanici in Inscriptione præcedente; quæ ita vertenda est *Urbs statuam Germanici Tiberii Cæsaris filium... Diis consecravit;* & sequente,

ΙΟΥΛΙΑΝ ΘΕΟ  
ΔΩΡΑΝ ΑΡΕΤΗΣ  
ΕΝΕΚΕΝ ΘΕΟΙΣ.

id est; *Statua Julæ Theodoræ propter virtutem ejus, diis posita vel dicata est;* qua loquendi forma nihil est frequentius in marmoribus vetustis. Nec immerito statua diis illis consecratur; quia patronorum proprium est aliquem lingua sive oratione, cuius præses Mercurius censetur, defendere: Hercules vero in tot populos & homines beneficus fuit, ut optimo jure *Ευεργέτης*, non secus ac *σωτήρ*, DEBELLATOR, DEFENSOR, VICTOR, POLLENS, POTENS, qui tituli in nummis & inscriptionibus frequentes sunt, vocatus sit; Marcique euergetæ statua ipsi dedicetur. Nec infrequens in laudatis monumentis copulativam particulam omitti; ut, *ΙΩΙ JUNONI MINERVÆ: ΙΣΙΣ SERΑΠΙΣ:* quod non factum est, ut nonnemo arbitratur, quia deorum nomina ad designandum unum idemque numen sunt conjuncta. Nam Isis & Serapis, Juno & Minerva (quanquam non ignorem quid Zeno apud Diogenem Laërtium, & alii gentilis theologiæ interpretes sentiant) hic distinguuntur; & causam errori præbuit omisâ solenni more conjunctio ET. Sic ex Marmore Oxoniensi,

SILVANO. HERCULI. LIBERO  
TI. JULIUS. ALEXANDER. DO. DIIS. SANCTIS.

tres illi dii in unum conflari ex nova opinione deberent; sed

quo minus id fieri queat, vetant DII SANCTI. Et ne dicam in alio marmore; ΑΠΟΔΔΩΝΙ ΑΡΤΕΜΙΔΙ; multaque talia in Gruteri volumine occurrere; idem in nummis observare licet: quod cum non animadverterint eruditi antiquarii, nescio quas nobis coloniarum deductiones obtrufferint. Antonini Pii nummi sunt apud Trifanum cum inscriptionibus: ΚΩΙΩΝ ΜΕΙΛΗΣΙΩΝ. & ΜΕΙΛΗΣΙΩΝ ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ; illique nihil aliud quam concordiam Coorum & Milesiorum, horumque & Smyrnæorum; non autem colonias hinc vel inde missas, & datum propterea uni populo duplex nomen, ob oculos nobis ponunt. Nam non semper addi vocem ΟΜΟΝΟΙΑ, vel illa omissa, copulativam particulam, indubitatae fidei numismata testantur. Antonini laudati nummus apud Patinum inscribitur, ΑΜΙCOC ΑΜΑCΤΡΙC; quæ urbes concordiam suam datis dextris & interposita ara testantur. Nec aliter explicare soleo Gordiani nummum; in quo cernitur bos vel Apis, & ΕΦΕCΙΩΝ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΝ; quia alius inscribitur; ΚΟΙΝΟΝΙΑ ΕΦΕCΙΩΝ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΝ; & alius, in quo Diana Ephesia navi insistit, coronamque imponit Imperatori; ΕΦΕCΙΩΝ ΚΑΙ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΝ ΟΜΟΝΟΙΑ apud Petrum Bellorium. in alio Caracallæ Synnadenfes, Dorienses, & Iones concordiam suam testantur cum Inf. CΥΝΝΑΔΕΩΝ ΔΩΡΙΕΩΝ ΙΩΝΩΝ: in Alexandri Severi occurrit, ΑΓ. ΤΟΥΧΗ ΤΕΡΕΒΙΝΤΙΝΩΝ ΚΑΡΧΗΔΟΝΩΝ, *Bona Fortuna Terebintinorum & Carthaginensium*; in Elagabili ΑΠΑΜΕ. ΗΡΑΚΛΕ. id est *Apameæ & Heraclææ*; in Gordiani ΚΟΛΟΦΟΝΙΩΝ ΚΛΑΡΙΩΝ, *Colophonorum & Clavium*; in Antinoi ΙΟΥΔ. ΓΑΛΩΝΙ. ΑΝΚΥΡΑΝΟΙC, *Juliensibus, Salonicis, & Ancyrans.* & denique Commodi, ΑΛΘΔΙΚΕΩΝ ΕΦΕCΙΩΝ cum Diana Ephesia & viro togato aquilam nec non sceptrum tenente apud Petrum Bellorium & Trifanum. Atque ex his exemplis clarissime patet populos eos vel concordiam junxisse, vel simul templa erexisse, vel nummos signasse; &, quod probandum præcipue sumpseram, particulam ΚΑΙ sæpe omitti solere; nec propterea ad alias explicationes, licet ingeniosas, decurrendum esse. Et quamvis, ut ad inscriptionem revertar, hæc ita sese



fese habeant; mihi tamen prior sententia magis aridet: arbitrorque hoc elogium sculptum fuisse in statua, quæ inferiore parte Mercurium, superiore Herculem referebat; uti illa, quam Herculi Prodicio adjecit Pighius. Nam jamdudum in ea fui opinione, non satis recte Andream Schottum ejusmodi statuas *bifidas* (quod tergis inter se obversis, vel junctis capitibus, quemadmodum videre licet apud illustrem Spanhemium, fieri potest) appellare; existimavique optime animadvertisse Tristanum *Hermeraclas*, sive diductis vocibus, *Hermas-Heraclas*, ita dici; quia caput Herculis impositum erat basi quadratæ, Mercurium (cujus simulacra, teste Macrobio aliisque multis, quadrato sive τετραγώνω statu figurabantur solo capite addito) referenti. Docet præterea hoc monumentum beneficiis dignam gratiam retulisse urbes. Sic Inscriptio apud Sponium Mylasæ inventa testatur populum vel columnam vel statuam erexisse Menandro, quem vocat, ΕΥΕΡΓΕΤΗΝ ΤΗΣ ΠΑΤΡΙΔΟΣ ΚΑΙ ΕΞ

Part. 1.  
pag. 164.  
116, 142.  
& 146.

ΕΥΕΡΓΕΤΩΝ ΓΕΓΟΝΟΤΑ: alibi Titus Antonius Alfenius Marcum Aurelium Severum Antonium vocat ΕΥΤΟΥΤΟΙ ΚΑΙ ΤΗΣ ΠΟΛΕΩΣ ΕΥΕΡΓΕΤΗΝ; Pergameni non aliter appellant Cajum Antium Aulum Julium Quadratum; populum Romanum Laodicenses ad Lycum fluvium habitantes; Senatusque Areopagiticus & populus Atheniensis Berenicem filiam Agrippæ Regis ΜΕΓΑΛΩΝ ΒΑΣΙΛΕΩΝ ΕΥΕΡΓΕΤΩΝ ΤΗΣ ΠΟΛΕΩΣ ΕΚΓΟΝΟΝ. Tribus Antiochis posuit Athenis statuam Claudii Attici Herodis Marathonii ΕΥΝΟΙΑΣ ΕΝΕΚΕΝ ΚΑΙ ΕΥΕΡΓΕΣΙΑΣ ΤΗΣ ΕΙΣ ΤΗΝ ΠΑΤΡΙΔΑ:

Part. 2.  
pag. 35.  
219.

quam in rem locus admodum elegans existat apud Nonnum: Ειδέναι ἢ χρῆ, ὅπ ποικίλους ἢ εὐεργετῶν ὀφειλάς ἐν ταῖς πόλεσιν ἀνεγείφοντο, ὡς περ ἢ Ἐλευθέρου, ἢ Ἀρχοντος Βοσπόρου ἀνεγείφθη ἐν Ἀθήναις. Atque hoc, vel quando nomina in tabulas referebantur, quod Athenis videtur fuisse, non secus ac voce præconis proclamari, usitatum, vocat Lucianus ἀναγεράφειν ἐν ποίσι εὐεργεταῖς, vel εὐεργετήτω. Lib. de Gymnas. Ὡς τε εὐεργετῆς ὑμῶν ὁ ἀνὴρ ἀναγεράφθω, ἢ χαλκῶν αὐτὸν ἀναστήσεται ἄρα σὺν ἐπιωνύμοις ἐν πύλῃ ἄρα ἢ Ἐθίναν; Itaque hic vir benemerens de vobis appelletur, & statuam ejus æream juxta archontes eponymos (id est, quorum nominibus annus notabatur) in arce in templo Minervæ dedicate; ut verba illa interpreti

InExpof.  
Fab. Naz.

nequaquam intellecta vertenda sunt. Tyrannicida pretium non occisi tyranni, sed everſæ dominationis petens ita loquitur; *ὄχι ἂν ἐν τοῖς Εὐεργέταις ἀνεργέσθαιτε; Nonne iis qui de Rep. bene meriti sunt adſcripſiſſetis;* Et Philoſophia Parrhiſiadem, poſtquam in piſcatore Philoſophorum mores enarraſſet, cenſet eum adſcribendum eſſe benefactoribus; *ὃ ἐργέτω ἀναεργέσθαι.* Et ſane notat hic titulus, eum, cui datur, bono Reip. natum, bene de ea meritum, denique in eam *beneficum*, quomodo Græcam vocem interpretatur Seneca, eſſe; regibusque veluti magnus honor, datus eſt. Oſiridem, ſimul ac fuit natus, inſignitum eo docet Plutarchus, voce calitus miſſa: *Μέγας βασιλεύς Εὐεργέτης, Ὀσίρις γέγονε.* Antigonus, victis ſed clementer habitis Spartanis, ab omnibus Græcis, teſte Suida, idem nomen meruit, & Titus Ælius Hadrianus Antoninus in Inf. veteri appellatur *Εὐεργέτης ἢ σωτήρ Ἀδελάνης Μόψα ἑστίας τῆς Κιλικίας;* Cyrum majorem non aliter appellatum ab Armenis teſtis eſt Xenophon; idemque nomen Mithridati Ponti & Ptolomæo Ægypti regibus datum eſſe memorat Strabo. Catonem Uticenſes *Εὐεργέτω ἢ σωτήρα* dixerunt, narrante Plutarcho; & apud Lucianum Cratonem quendam Charontis ſcapham ingreſſurum Mercurius alloquitur his verbis; *κατάλιτε τὸ γόϋ, ἢ δόξαν, ἢ εἴ ποτέ σε ἡ πόλις ἀνεκέρυξεν Εὐεργέτω;* *Depone proſapiaꝝ gloriamque, & ſi te aliquando urbs beneficum proclamavit.* A Perſarum quoque regibus hic honor nonnullis habitus eſt: Herodotus narrat enim Phylacum *Εὐεργέτω βασιλῆϋ* ſcriptum eſſe, Euergetasque illis *ὀροσάγγας* dici. Quin & Dii ipſi ita vocantur, quia ſcilicet multis beneficiis mortale genus afficiunt: Inſcriptio,

I. l. c. 20.  
de Clem.

Inf. 5.  
pag.  
cclv.

I. 10. &  
27.

I. 3. c. 35

I. pag.  
LXX.

ΑΦΡΟΔΙΤΗΙ  
ΘΕΑΙ ΠΑΝΑΓΑΘΩΤ  
ΚΑΙ ΣΩΤΗΡΙ  
ΚΑΙ ΕΥΚΛΕΙΑΙ  
ΕΥΕΡΓΕΤΗΙ  
ΟΙ ΜΑΡΩΝΙΤΑΙ  
ΑΝΕΘΗΚΑΝ.

Atque, quod ſingulare admodum, etiam homines, qui deos ſumma religione colunt; quomodo Auctor de Fluminibus

nibus Lilaum Pastorem appellat. *ευεργέτω* Lunæ, quia eam  
solam venerabatur, & mysteria illius celebrabat.

VII. Alia posita est Julię Augustę:

ΙΟΥΛΙΑΝ ΣΕΒΑΣΤΗΝ ΕΣΤΙΑΝ  
ΝΕΑΝ ΔΗΜΗΤΡΑ Η ΓΕΡΟΥΣΙΑ.

P. 59.

Vir præstantiss. vertit; *Juliam Augustam Vestam Novam Cereri  
consecrat Senatus*; verum mihi hæc verba ita videntur debere  
interpretari: *Juliam Augustam Vestam, Novam Cererem consecrat.*  
Similiter plane Sabina Hadriani- uxor *Nova Ceres* vocatur, in  
alio lapide

Part. 2.  
P. 223.

Σ ΑΒΕΙΝΑΝ. ΒΑΣΙΛΙΣΣΑΝ. ΣΕ  
ΒΑΣΤΗΝ. ΝΕΑΝ. ΔΗΜΗΤΡΑ. ΑΥ  
ΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ. ΑΔΡΙΑΝΟΥ. ΓΥ  
ΝΑΙΚΑ

quæ itidem non satis bene redduntur. *Les Tribus ont honoré de  
cette inscription l'Imperatrice Sabine nouvellement consacrée à Ceres...*  
cum sensus omnino flagitet. *Dedicarunt statuam Sabine Reginae  
Augustæ, Novæ vel Junioris Cereris.* Nec insolitum Augustis  
vel dearum nomina ferre, vel insignibus Cereris, aliarum-  
que exornari. Neronis uxor Statilia Messallina *Ceres* est; Ju-  
lia Domna *Cybele*, & *Ceres*; Plautilla *Venus Victrix*, *Genetrix*,  
& *Felix*; Julia denique *Mamæa*, *Isis*, *Luna*, *Ceres* vel *Fecunditas*  
& *Victoria* in variis nummis apud Tristanum: ne jam dicam  
Liviam *Junonem*, Cleopatram *Lunam* atque *Isidem* appellari  
& instar earum dearum ornatas in numismatis & marmori-  
bus cerni. *Nova* autem *Ceres* vocantur Julia, & Sabina, ut a  
veteri illa & tot fabulis nobili dea distinguerentur. Eodem  
plane modo Ptolomæus Lagidarum ultimus, & Antonius  
III VIR. R. C. nec non Imperator Antoninus Caracalla  
*Νέος Διόνυσος*: dicti sunt: Cleopatra *Νέα Ισις* apud Plutarchum;  
vel ΘΕΑ ΝΕΩΤΕΡΑ in nummo Regis Christianissimi  
apud Joh. Vaillant: Commodus Imp. JUPITER JUVENIS  
in nummo; Alexander pseudomantis, apud Lucia-  
num, Νέος Ασκληπιός, Cæsar Cæsar Ζεὺς ἐπιφανής νέος, Ju-  
piter presens vel *Manifestus Novus*; uti legere licet apud Philo-  
nem & Zonaram; idemque, νέος Διόνυσος, teste Eustathio;

AD II. T.

P. 776.

Επισημειώθη ἡ Λυσιμαχία Γαίης ἡ Καλλιγολά φασι προσεγομένην  
Διὸς τὸ ἐν στραπέδῳ γυνήθηνα. ἔτι μὲν ἰδὲ ὑπερφρονήσας ὡς εἰκός

Ἰπὶ κάλλι, νέε τε Διόνυσος ἐκαλεῖτο, ἔδιονυσιαλῶ παῖσιν ἐνδύων  
 σολῶ, ἐδίκασεν; Inde & Caji (n. insania apponenda est delira-  
 mento Ceycis) quem Caligulam dicunt cognominari, quia in castris ge-  
 nitus erat. Hic enim propter pulchritudinem, ut verosimile, superbiens,  
 & NOVUS BACCHUS vocabatur, & Bacchicum induens ha-  
 bitum jus dixit. τὸ νέε autem vēti semper Novus, quia ita  
 L. 2. C. 12. jam olim locutus est Vell. Paterculus Antonii mores de-  
 scribens; Cum ante NOVUM se LIBERUM PATREM  
 appellari jussisset. Præterea in inscriptione Julix posita, ΤΠΕΡ  
 ΤΗΣ ΕΙΣ ΤΟΥΣ ΣΤΕΦΑΝΟΥΣ ΕΥΣΕΒΕΙΑΣ,  
 non significat, propter pietatem in coronas; sed præter pietatem in  
 coronas, sive sumptum in coronas factum. Nam Senatus in-  
 dicat Dionysium Apollonotimi filium, propriis impensis  
 erexisse Julix Augustix statuam & basin; idque præter pecu-  
 niam quam coronis, quibus illa ornabatur, impenderat. Et  
 elegantissime Græci ita vocant sumptum in res sacras (Julia  
 enim hic Dea est) factum; eodemque sensu occurrit ΕΥΣΕ-  
 ΒΕΙΑ in marmore Oxoniensi:

APP. 5.

ΔΕΔΟΧΘΑΙ ΤΩΙ

ΔΗΜΩΙ. ΕΠΑΙΝΕΣΑΙ. ΜΕΝΔΙΚΑΙΟΝ  
 ΔΙΟΚΛΕΟΥΣ. ΚΥΡΗΝΑΙΟΝ. ΑΡΗΤΕΣ. Ε-  
 ΝΕΚΕΝ. ΚΑΙ. ΕΥΣΕΒΕΙΑΣ. ΤΗΣ. ΕΙΣ. ΤΟ. Ι-  
 ΕΡΟΝ.

placere populo honorare Mendicæum Dioclis filium Cyrenæum ob vir-  
 tutem & pietatem erga templum. Illum enim vel templum  
 Deliorum ornasse vel donaria in eo suspendisse, satis inde  
 patet; quod mox vocetur ΕΥΕΡΓΕΤΗΣ ἔ ἱερῶ ἢ Δηλίων. Nec sane  
 incommode Græcorum vox, per Latinorum PIETAS red-  
 ditur. Est enim hæc elegantix raræ & exquisitæ; quod licet  
 à viris doctissimis sit annotatum facere tamen non possum  
 quin pluribus moneam, lucemque ea occasione nummis,  
 inscriptionibus, & auctoribus affundam. PIETAS igitur  
 vel deorum est vel hominum. JUNO PIA celebratur in  
 L. 6. C. 10. Inscriptione veteri apud Gruterum; Dem Pius Lactantio:  
 Deus enim quoniam PIUS est, animal nos voluit esse sociale: Arno-  
 Lib. 7. bius; Deos aliquis credit PIOS, beneficos, mites. Nihilque ea  
 vox tunc aliud significat, quam Deum benignum, clemen-

tem

tem erga homines & *φιλόανθρωπον* esse; unde alio loco Lactantius ita loquitur: *Sed tamen quoniam clemens est, & PIUS erga suos Deus, ad eos ipsos eum misit, quos oderat.* Hominibus PIETAS tribuitur vel decorum respectu vel aliorum hominum. Illo sensu PII omnes vocantur qui deos rite, pie, iuste & caste colunt, uti plurima apud Ciceronem & alios auctores exempla docent. Atheniensium populus vocatur PIUS Lucretio, uti recte arbitror notare Jacobum Nicolaum Loënssem, quia pietatis curam præ ceteris habent erga deos; unde eos *εὐσεβείας* facit Josephus; & ne D. Pauli verba adducam, Eustathius urbem Eurycomin laudans summopere; scribit eam *ὑπὲρ τοῖς χερσὶς Ἑθνας, εἰς θεοῦ εὐσεβείῳ, εἶναι*, vel pietate Athenas superare. Et nonnunquam putavi in rarissimo apud Sequinum Antonini Pii nummo, cujus in averſa arca scribitur ΠΕΙΩΝ ΕΦΕCΙΩΝ, Ephesos se propter cultum Dianæ Pios appellare; quanquam inficias ire nolim, pietatem eorum erga Imperatorem etiã celebrari; vel utriusque arca inscriptionem ita jungi posse: T. AIA. KAICAR. ANTON. EINO C ΠΕΙΩΝ: ut inde sequatur ΕΦΕCΙΩΝ, à quibus scilicet nummus in honorem Pii signatus est. Sic *πείων* erit idem quod *πείω*; ut *Κάδμω* & *Κάδμων*; *σπέρτω* & *σπέρτων*; *Λαύσω* & *Λαύσων*; *Μίλω* & *Μίλων* eadem nomina sunt; quemadmodum ex Stephano, Palladio, & Theocrito facili opera probari, si id ageretur, posset. Frequenter PIETATEM suam erga deos in nummis Romani Imp. testantur; sed notandi isti in primis, in quibus Mercurii statuæ adjicitur PIETAS. Antonius Augustinus miratur, quare veteres RELIGIONEM & PIETATEM Mercurio affinxerint; causamque se nescire ingenue fatetur; quam quærit & reddere conatur Trifanus. Sed, pace viri his in studiis exercitatissimi, RELIGIO nequaquam Mercurio repræsentatur; & RELIG. AUG. in nummo occurrit, quia M. Antoninus videtur summa religione coluisse facundiæ & eloquentiæ, quam unice sectabatur, præsidem deum. Syriam Deam veneratus fuit, reliquorum Numinum contemptor Nero: Minervam Domitianus. An, si nummi exstarent cum dearum illarum effigie, & Inf. RELIGIO AUG. continuo dicemus religionem vel Syria Dea vel Minerva repræsentari? In Decii Junioris, Q. Herenii Etrusci Messii Decii, & M. Aurelii

L. 4 c. 11.

L. 2 con.  
Apion.

D. 1. 2.

T. 1.

relii Carini *Mercurius*; in Maximi, Gordiani, Herenni Decii, Philippi Junioris, Salonini & Tetrici nummis instrumenta sacrificiorum, nec non PIETAS AUG. conspiciuntur; & in Juliae Mammaeae apud Stradam templum cum porticibus, inque ejus medio statua Ephesiae Dianae cum Ins. PIETAS MAMMAEAE; quorum alii testantur Imp. devotos nummi Mercurii, Mammaeae Dianae; alii vero eos religiosos fuisse admodum & multum sacrificasse, quae praecipua apud gentiles PIETAS habebatur. Nam in Valeriani Junioris numismatis expressae sunt duae figurae sacrificantes apud aram ignitam, astro intermedio; in Sabinae ara, in Pescennini Nigri figura muliebris stolata stans, dextra pateram arae infundens, cum Ins. PIETATI, PIETAS AUG. vel AUGG. apud Joannem Vaillant, antiquariae rei studiosissimum virum. In Antonini aere PIETAS victimam ad aram ardentem trahit; in Faustinae, Lucillae Plaurillae eadem tenet acerram, vel thus altari injicit; & denique aras reliquo sacro cultui praepone non dubitat Mamertinus: *Nam primum omnium, quanta vestra erga deos PIETAS? quos ARIS, simulacris, templis, donariis, vestris denique omnibus (legendum proculdubio nominibus) adscriptis, adjunctis imaginibus ornatis, sanctioresque fecistis exemplo vestrae venerationis. Nili tamen, quod mihi nonnunquam in mentem veniebat, Imp. instrumentis, quorum in sacrificiis usus, signarunt nummos; ut publice testarentur, se non Christianos, verum deorum gentilium cultui deditos esse. Homines, ut pergam, praeterea PII sunt adversus se invicem; & quidem primo Imperatores, Reges, Principes, & Magistratus in cives suos; praecipueque tunc vox ea, notat clementiam: Claudianus;*

Cap. 6.  
Gen.

— mitis precibus, pietatis abundans  
Poenae parcus erat. —

rursus;

*Sis pius in primis: nam cum vincamur ab omni  
Munere: sola deos aequat clementia nobis.*

Inscriptio elegantissima apud Gabrielem Simeoni; VIR-  
TUTE. FORTISSIMO. ET. PIETATE CLEMEN-  
TISSIMO. D. N. FLAVIO. CONSTANTINO: ne-  
que aliter interpretandus videtur Lampridius Imperato-  
rem

rem Const. alloquens: *His jungendi sunt Diocletianus, aurei parentis C. 35. Hel. seculi, & Maximianus, ut vulgo dicitur, ferrei: ceterique ad PIETATEM tuam.* Nec omittendus insignis apud Joh. Vaillant Galbæ nummus; in quo hinc cernitur; SER. GALBA. IMP. CÆSAR. AUG. P. MAX. TR. POT. laureatus, inde figura togata ramum tenens sinistra & dextra coronam imponens Imperatori ramum itidem tenenti cum Inf. SENATUS PIETATI AUGUSTI & S. C. id est, Senatus ob clementiam Galbæ hunc nummum signari iussit. Sic Constantius Cæsar armatus dat figuræ in genua procumbenti manum, addita inscriptione: PIETAS AUGG. ut significaret hostibus vel aliis se pepercisse. Inrer causas, ob quas Antoninus PII cognomen meruit, etiam clementia & mansuetudo recenſetur a Spartiano; cujus verba integra adscribenda sunt, quia & alias ejus cognominis rationes affert. PIUS cognominatus est a Senatu, vel quod socerum fessa jam ætate, manu, præſente Senatu levaverit (quod quidem non satis magnæ pietatis est argumentum, quum impius sit magis qui ista non fecerit, quam pius qui debitum reddat) vel quod eos quos Adrianus per malam valetudinem occidi iusserat, reservavit: vel quod Adriano contra omnium studia, post mortem infinitos atque immensos honores decrevit: vel quod quum se Adrianus interimere vellet, ingenti custodia & diligentia fecit ne id posset admittere: vel quod vere natura erat clementissimus, & nihil temporibus suis asperum fecit. Quæ rationes licet multiplices videantur, ad duo tamen capita commode referri possunt; pietatem n. in Hadrianum patrem eundemque Principem vivum vel mortuum, & clementiam. Si plures Imperatores uno eodemque tempore Reip. Romanæ admoti forent, iisdem, ut in nummo Pupieni PIETAS MUTUA tribuitur; id est, amor, benevolentia erga se invicem; vel, ut in aliis explicatur, CARITAS. MUTUA, AMOR MUTUUS, FIDES MUTUA AUGG. Illo sensu vox hæc obvia est in panegyrico, quem Mamertinus Maximiano & Diocletiano dixit: C. 12. *Interim tamen, dum mihi ante oculos pono quotidiana vestra colloquia, conjunctas in omni sermone dextras; joca seria communicata obtutu mutuo transacta convivio; illa me cogitatio subit, quam animi magnitudine ad revisendos exercitus discesseritis, PIETATEMQUE VESTRAM utilitate reip. viceritis: in alio itidem incerti au-*

ctoris, qui dictus est Maximiano & Constantino: *Quid enim rebus humanis contingere potuit aut nobilius ad gloriam, aut certius ad salutem, quam quod pristina vestrae CONCORDIÆ, perpetueque PIETATI hoc quoque pignus accessit summorum nominum arctissima conjunctionum venerabile, ut Imperatori filiam collocaverit Imperator? Ut autem Imperatorum PIETAS adversus sibi parentes, ita horum adversus eos est, quando debitum obsequium, honoremque iis præstant. Lucio Vitellio, qui Claudium Imperatorem omni arte demeruerat, valdeque coluerat, Senatus statuam pro rostris posuit, cum inscriptione: PIETATIS IMMOBILIS ERGA PRINCIPEM. In Antonini Pii & Commodi nummis occurrit PIETAS vel PIETATI SENATUS; & Senatorum pro se indignantium pietatem laudat Augustus; iisdemque eam tribuit Domitianus, nisi tamen hic clementia designetur; *permittite patres a PIETATE vestra impetrari (quod scio me difficulter impetraturum) ut damnatis liberum mortis arbitrium indulgeatis. Nec Æmonam censeo vocari aliam ob rationem PIAM, quam quia Imperatori Theodosio fidem servavit, & obsidionem Maximi fortiter tulit, a Latino Pacato: Nec PIA Hæmona cunctantim ubi te affore nuntiatum, impulsis effusa portis, obviam provolarit. Sic PIETAS EXERCITUUM, quam memini me in nummo quodam vidisse, & LEGIO PIA nihil aliud notant quam fidelitatem: Dio narrans defectionem Camilli Dalmatiæ præfecti, & militum fidem in Imperatorem: Fuisse (Claudius) duas legiones, Septimam & undecimam, Claudias & Fideles & Pias etiam a Senatu agnominari: quæ ultima cognomina in Gruteri magno opere etiam exstant, & variis Romanorum Imp. præcipue Gallieni nummis apud Johannem Vaillant. Observandumque legionem quoties pietatem & fidem erga principem testabatur, PIÆ cognomen meruisse; unde LEG. I. ADI. VI. P. VI. F. id est Legio prima adjuatrix sextum Pia, sextum fidelis; LEG. I. ITAL. VII. P. VII. F. Legio prima Italica septimum pia, septimum fidelis; & LEG. II. PART. V. P. V. F. eademque VI. P. VI. F. in nummis Principis illius occurrunt: Videantque Eruditi, num in Inscript. CXXIII. Classis VI, apud Reinesium celebretur ALA AUGUSTA PIA FELIX vel FIDELIS XXII. ita ut ala per tot vices nomina**

Suet.  
c. 3.

Suet.  
c. 66.

C. 37.

I. 60.



mina illa meruerit. E contrario iis, qui aliquid in Imperato-  
rem committebat, Græci; ἀσέβειαν tribuebant; Dion; *Ἐπεὶ τὸ* L. 57.  
*γε ὕβριδος πρὸς τινὸς ἢ τὸ ἄσεβειᾶς πρὸς τινὸς (ἀσέβειάν τε γὰρ ἡδὴ καὶ τὸ*  
*πεισῆτον ἀνόμαζον καὶ δίκα ἐπ' αὐτὰ πάλαι ἐσηγόν) ἦϊκεν πρὸς πειεῖτο:*  
*Injurias aliorum impietatemve in se (jam enim impietatis nomen id gene-*  
*ris peccatis tribuebatur) penitus dissimulabat. Tandem vox hæc signifi-*  
*catur obsequium, reverentiam quam sanguine vel alia neces-*  
*situdine juncti sibi invicem, quam cives patriæ, quam vivi*  
*mortuis debent. Alcuinus, Religio est quæ superioris cujusdam na-*  
*turæ, quam divinam vocant curam, ceremoniasque affert. P I E T A S*  
*per quam sanguine conjunctis, patriæque benevolis, officium diligensque*  
*tribuitur cultus. Æneas toties P I U S vocatur Virgilio, quia*  
*patrem & filium incendio extulit; unde & P I E T A S in num-*  
*mo Antonini Pii adscribitur duci Trojano patrem gerenti, ad*  
*indicandam ejus quoque in patrem Hadrianum pietatem. A-*  
*napias & Amphinomus, propter parentes senio confectos &*  
*incendio Catanensi ereptos, Εὐσεβεῖς dicti sunt; & locum*  
*Εὐσεβῶν χώραν priorum regionem Siculi appellarunt, testibus Pau-*  
*sania & Conone: eamque historiam Pompei filius nummis*  
*signavit, uti significaret suam in patrem pietatem, quemad-*  
*modum notat Anton. Augustinus. Nec omittenda fabula est*  
*Agatarchidis Samii, quam conservavit auctor de Fluminibus;*  
*in Mæandro fluvio scilicet lapidem gigni, quem inventum*  
*οἱ Εὐσεβεῖς ἦσαν in templo Matris Deum ponunt; indeque nun-*  
*quam ἀσέβειαν committunt, ἀλλὰ φιλοπιάτους ἑωράχασιν καὶ πρὸς*  
*αὐτὴν προσήκοντας συμπέθεσαν. Hyginus refenset, qui piissimæ fue-*  
*runt vel piissimi; adjicitque exempla filiorum filiarumque, qui*  
*debito amore parentes profecuti sunt. Aurelius Victor scri-*  
*bit Alex. Severum matris cultu, quæ nomine Marmæa erat, plus-*  
*quam P I U M fuisse; & Paterculus nec non Appianus testantur;*  
*propter insignem in patrem amorem, Metelli Numidici fi-*  
*lium, P I U M cognominatum esse. Sic & pietas iis tribuitur,*  
*qui foceros colunt: Tacitus; Hic interim liber honori Agricolæ so-*  
*ceri mei destinatus professione P I E T A T I S aut laudatus erit aut excu-*  
*satus: iis, qui fratres, filios, filias, uxores, vel vice versa omnes-*  
*que sanguine junctos, adeo ut recte Cicero, quem Alcuinus*  
*expressit, scribat; pietatem esse, quæ erga patriam, aut alios san-*  
*guine conjunctos officium observare moneat. Ipse namque ita loqui-*  
*tur in Epistolis ad Atticum: Cum bellum esse in Syria magnum pu-*  
*tetur;*

Nar. 43.

Dial. 2.

Fab. 254.

L. 2. c. 15.

L. 1.

B. Civ.

C. 3.

L. 2. de  
Inv.

L. 3. 6.

teur; *videaturne pietatis esse meæ, fratrem relinquere*: Catullus;

*Egregium narras, mira pietate, parentem*

*Qui ipse sui gnati minxerit in gremium.*

Inde in Inscriptione veteri mulier quædam dicitur fuisse, *eximie erga liberos pietatis*, & in aliis obvii sunt; MARIUS. PATER. FRATER. FILIUS. PISSIMUS. PIENTISSIMUS. Uxor. CONJUX. PISSIMA & PIENTISSIMA: quibus nihil aliud denotatur quam debitum officium atque obsequium. Apud Justinum Lycurgus fratris filio Charillo regnum, quod retinere poterat, restituit; *ut intellexerent omnes, quanto plus apud bonos PIETATIS jura, quam omnes opes valerent*. L. Antonius, propter suam in M. Antonium III virum & fratrem, ΕΥΣΕΒΕΙΑΝ vel pietatem vel amorem, teste Dione, *pietatis cognomen sumpsit*; unde & in nummis Antonii cernitur PIETAS Cos. Cum autem tam diversis modis aliquis *pius* dicatur, inde ad tollendam ambiguitatem, sæpe addi solet, in quem quis *pius* vel *impious* sit: apud Ciceronem *impious adversus deos immortales*; & *pius in parentes* occurrit: & in Inf. veteri, apud Gruterum SECUNDINA. LIBERTA. IMPIA. ADVERSUS. PATRONUM SUUM. Quin & hinc simul patet *pios* eos dici, qui alios sanguine non junctos, sed tamen benefactores debite observant; honoremve iis habent; uti *sacer senatus M. Avelio Litophoro*.... statuatam posuit ΕΥΣΕΒΕΙΑΣ ΕΝΕΚΑ; propter pietatem quam ipsi debebat ob officia præstita, & quia bene de ipsis meritus erat, in Inf. veteri apud Sponium. Idem nomen iis tribuitur, qui patriæ, ut ille loquitur, ipsam vitam deberi existimant. Vellejus; *Cujus PIETATI plenam populus Romanus gratiam retulit*; quia bello sociali multum Romanos juverat, iisque fidem datam præstiterat. Val. Maximus; *De qua ne queri quidem tanta veræ PIETATIS constantia nisi post fata sustinuit*; nam Scipio Africanus in exilium actus nunquam vivus propterea patriam laceravit; sed sepulchro inscribi curaverat; *ingrata patria ne ossa quidem mea habes*. Verum hæc obvia sunt; notandumque potius ΕΥΣΕΒΕΙΑΝ & pietatem iis tribui, qui mortuis debitum honorem habent, iisque justa persolvunt. Ex Capitolino constat nonnullos censuisse Antoninum *Pium* dictum, quia Hadriano mortuo infinitos honores habuit; & hanc rationem amplecti non dubitat doctissimus Casaubonus;

rus; putatque ipsum ludos in honorem Adriani Puteolis in-  
 stitutos PIALIA vel *Ευοισεια* vocasse. Sane ita eæ voces  
 Græcis & Latinis tumuntur: Inscriptio vetus;

ΘΕΟΙΣ ΚΑΤΑΘΟΝΙΟΙΣ  
 ΙΟΥΛ. ΑΚΜΗΙ, ΣΤΥΝΔΟΥΛΗΙ  
 ΑΚΤΙΟΣ. ΤΡΟΦΙΜΟΣ.  
 ΜΝΗΜΗΣ. ΚΑΙ. ΕΥΣΕΒΙΑΣ.  
 ΧΑΡΙΝ  
 ΑΝΕΘΗΚΕΝ.

Et Romanis tam magni momenti res visa fuit, mortuis iusta  
 persolvere, ut per excellentiam hoc officium *pietatem* appella-  
 verint: Servius; *Qui enim de PIETATIS generibus scripsere pri-*  
*imum locum in sepultura esse voluerunt. Unde cum pontificibus nefas esset*  
*cadaver videre, magis tamen nefas fuerat, si visum in sepulchrum relinque-*  
*rent. Lactantius; Ultimum illud & maximum PIETATIS offi-*  
*cium est, peregrinorum & pauperum sepultura: quod illi virtutis, justi-*  
*tiaeque doctores prorsus non attigerunt: & plena pietate foemina, in*  
 Inl. veteri apud Reinesium, dicitur esse, quæ marito suo  
 monumentum erexit;

Adl. 6.  
 EN.

Ep. 35.

D. M.  
 P. CRITONI. JANUARIO. VIX. AN. XLV  
 ANIANA. DEUTERA  
 CUM. QUO. VIXIT. ANN. XXXVII. CONUGI. B. M  
 QUÆ. PIETATE. PLENA. HOC. LIBENS. FECIT.

Adeo ut non absque ratione Cajus Cæsar Pius cognomina-  
 tus sit; cum matris fratrisque cineres, quo magis pietas emi-  
 neret, adierit venerabundus, & ipse in urnas condiderit,  
 Suetonio teste. Verum necrandem omittendi nummi alii,  
 in quibus PIETAS rarissimo sensu occurrit. Est enim Theo-  
 doræ Augusta elegans admodum, in quo fœmina ubera præ-  
 bet infanti cum Inl. PIETAS ROMANA; qua denotare  
 volunt Theodoram infanti suo ipsam ubera præbuisse, debi-  
 tumque præstitisse officium, quod mirum in modum com-  
 mendant Plutarchus & Favorinus. In nummo Titi Vespasia-  
 ni PIETAS AUGUSTA est, cum figura muliebri velata  
 stante inter binas figuras togatas, dextras sibi jungentes; quo  
 symbolo procul dubio amor mutuus Titi & Domitiani fra-  
 trum, vel certe illius in hunc, quippe quem *a primo imperii*  
*die consortem successoremque restatus est,* significatur. Figura quo-

Lib. de  
 Lib.  
 Educ.  
 Apud  
 Gell. 12,  
 1.

Suct. c. 9.

que militaris & togata dextras sibi porrigentes, tertia velata stans inter priores media, PIETATI AUGUSTÆ in numismate Juliæ Piæ, caritatem mutuam Severi & Caracallæ vel Caracallæ & Getæ nobis ob oculos ponunt. In Gallieni nummo Imperator dextram porrigit Augustæ, additurque PIETAS AUGG. ut testarentur amorem conjugalem. Verum difficilioris sensus est nummus Domitillæ, uxoris Vespasiani & Domitiani, in quo figura muliebris sedens, & ante ejus pedes puerulus; Matidiæ, Marcianæ filiæ, matris Sabinæ, quæ conjux fuit Hadriani; in quo figura muliebris inferiorem corporis partem velata, binis pueris manum imponens: Otaciliæ Severæ; in quo fœmina stolata stans cum globo & hasta, & ante pedes icuncula; tandemque Posthumi; in quo figura muliebris stans cum quatuor puerulis; quorum duo stant ad pedes, reliqui duo brachiis gestantur; cum inscriptionibus PIETAT. vel PIETAS AUG. cernuntur. Et forte Posthumus ita nummos signavit, quia virtute sua Gallos eorumque liberos defendit; vel pauperibus infantibus alimenta præbuit. Otacilia in Philippum filium testatur amorem suum, illique, mortuo forte patre, tradit orbis imperium: Domitilla DIVA tuetur Domitiani filium parvulum. Matidia autem manus imponit binis infantibus suis, nempe Sabinæ, quæ nupsit Hadriano, & Matidiæ juniore; nisi forte interiore sensu designetur pietas in pauperes; quia Trajanus, cujus mater Matidiæ Marciana erat soror, ALIMENTA ITALIÆ id est *parvulis civibus*, uti explicanda illa ex Plinio sunt, constituit; & Hadrianus, teste Spartiano, *pueris ac puellis, quibus etiam Trajanus alimenta detulerat, incrementum liberalitatis adjecit*. Quam ad rem si referendus nummus, insignis sane & semper laudanda hæc PIETAS est. Galba Imp. sedet manumque imponit figuræ togatæ, additis verbis, PIETATI AUGUSTI; per quam nequaquam intelligendos esse censeo pueros alimentarios; sed amorem principis erga populum Romanum adoptato Pisone. INDULGENTIA PIA POSTUMI, Imperatorque togatus sedens, & manum homini in genua prolapsæ porrigens, nihil aliud quam clementiam denotat. Et denique in nummis Antonini Pii, uxorisque ejus Faustinae cernitur PIETAS cum templo, quod Hadriano inter deos relato exstructum fuit; nisi tamen illud,

illud, quod in nummo Faustinae occurrit, Senatus ipsi mortuae & consecratae decrevit, quia in alio ejusdem Augustae nummo legitur ΠΙΕΤΑΣ ΑΥΓ. id est, ut arbitror, Augusti vel Antonini Pii, additurque non secus ac in alio templum sex columnarum.

VII. Alia inscriptio exstat apud eundem elegans admodum, sed non satis diligenter, ut mihi equidem videtur, explicata :

Φ Λ Α Ο Υ Ι Ο Σ . Ζ Ε Υ Ξ Ι Σ . Ε Ρ Γ Α Σ Τ Η Σ  
Π Λ Ε Υ Σ Α Σ . Υ Π Ε Ρ . Μ Α Λ Ε Α Ν . Ε Ι Σ  
Ι Τ Α Λ Ι Α Ν . Π Λ Ο Α Σ . Ε Β Δ Ο Μ Η Κ Ο Ν Τ Α  
Δ Υ Ο

*Flavius Zeuxis maitre ouvrier devant faire voile au de la du Cap Malee en Italie avec 72. batimens: tanquam scilicet hic homo secum habuerit naves duas & septuaginta; quod nequaquam Græcis verbis conveniens est. M A L E A est Laconicæ promontorium navigantibus periculosum valde; uti patet ex Græcorum pro-verbio: μαλεαῖδε καὶ ψικε ὀπιλεύε τῶ οἴκαδε, Maleam flectens eorum, quæ domi sunt, obliviscere: id est, naufragium tibi & mortem impendere existima. Hinc Itali & Asiatici negotiatores cursum eum omiserunt, mercesque Corinthum, unde facile vel in Ægæum vel in Ionium mare transvehi poterant, deportarunt, teste Strabone. Flavius igitur Zeuxis monumentum sibi vivus erigens, tanquam rem admirandam plane & stupendam illi voluit inscribi, se per duas & septuaginta vices promontorium Maleam superasse, cum ex Asia Italiam peteret. Notandus autem insignis Devarii error; qui in Indice Eustathii operosissimo, duobus locis Maleam facit promontorium Cretæ; quod nemini Geographo in mentem venit, nec ipsi, quem laudat, Eustathio unquam. Nam pag. 119. notat antiquos Theben & Thebas dixisse; non secus ac Athenam & Athenas; Cretam & Cretas; & promontorium Μάλειαν ἢ Μαλείας; similiter pag. 1468. observat Μάλεια in usu esse numero singulari, & Μάλειαι plurali; quomodo Κρήτη & Κρηῖται similiaque occurrunt; quin disertis ibidem verbis memorat Menelaum Spartæ regem ex Malea profectum esse Cretam; quod utique fieri non poterat, si Cretæ promontorium foret. Verum proculdubio deceptus est vir cruditus verbis, quæ exstant pag. 1469.*

Od. Γ.  
v. 296.

*Scribitur etiam* (n. in versu Homerico) *Malius lapis*: *Malium enim promontorium ante portum Phæstiorum*. Cum autem Phæstus sit urbs Cretæ Africæ & Meridiei (Meursius in Creta sua Scylacis verba mutila laudat, & Lectori incauto facile persuaderet eam ad Septentrionem fuisse positam obversa, videtur Creditisse Devarius Malæam etiam esse Cretæ promontorium. Sed ita confunditur Malæa vel Malea Laconicæ, & Malium Cretæ; quæ inter se diversa esse secunda & ultima syllaba indicant satis superque; ne dicam præter Eustathium Scholiastem eadem commentari & μάλιον facere πρὸς τὴν Φαιστίων πόλεως ἀκρωτήριον; quod valde miror Meursio in doctissima Cretæ descriptione ne nominatum quidem esse. In alia quæ exstat p. 141. laudatur FURIUS SABINUS AQUILA TEMESITHEUS: Vir doctissimus hunc hominem oriundum arbitratur Temesa urbe vel Italiæ, vel Cypri; verum cum gentile Τεμέσης sit, teste Stephano, Τεμέσδιον vel ταμασίτις, nec mihi fiat verisimile ab ullo urbis vel loci nomine tale gentile derivari, persuasus sum esse nomen proprium, vel cognomen. Sic *Dositheus* appellatur Grammaticus qui sententias Hadriani collegit; in Inscriptionibus notus est Οικεμεύιος, Δοσίθεος Ἀσκληπιόδοτος. Plinio laudatur *Dositheus* Astrologus, ΜΙΣΙΤΗΕΥΣ *præfectus prætorio & totius urbis, tutor Reip.* in lapide antiquo, & apud Capitolinum: & denique Τιμησιθεος Tragicus, variis fabulis scriptis sed deperditis clarus occurrit apud Suidam nec non *Timastheus* athleta apud Pausaniam; quod nomen unum idemque est cum nostro, quia sæpe E. & I. inter se mutari solent:

4. pag.  
439. in  
Gord. c.

VIII. In Indice populorum Atticæ Num. xxxii. exstat alia, quæ digna etiam est, ut illustretur;

ΤΟΝ. ΥΙΟΝ. ΜΥΗΘΕΝΤΑ  
ΕΦ. ΕΣΤΙΑΣ. ΤΕΙΝ. ΘΕ  
ΕΙΝ. ΑΝΕΘΗΚΕΝ.

Nec non alia Num. cxli.

— ΘΥΓΑΤΕΡΑ. ΜΥΗΘΕΙΣΑΝ

ΑΦ. ΕΣΤΙΑΣ. ΔΗΜΗΤΡΙ. ΚΑΙ. ΚΟΡΗ. ΑΝΕΘΗΚΕ.  
illam reddit vir doctissimus: *initié au foyer sacré de Deesses*; hanc vero: *Initiatam mysteriis sacri foci Cereris & Proserpinæ*. Verum quemadmodum ex secunda inscriptione patet, Τάιν θεῶν non est genitivi, sed dativi casus; adeo ut jungi debeant, Ἀνέθηκάν

τάιν

ταῖν, & ἀνέβηκε Δημήτρι ἢ Κόρη, atque in ambabus, μνηστῆρα ἀφ' ἑστίας. Hoc quid sit, ut verum fatear, mihi per obscurum est; arbitratus tamen nonnunquam sum Atheniensium pueros dici μνηστῆρας ἀφ' ἑστίας, quia parentes eos mysteriis Cereris initiare solebant, quemadmodum ex Donato & Terentio observavit Meursius. Huc pertinet Suidam scribere illum qui ἀφ' ἑστίας initiabatur Atheniensem esse; ἀφ' ἑστίας μνηστῆρα; ἀφ' ἑστίας μνηστῆρα Ἀθηναῖον ἢ Ἰωνῆα; quia scil. soli Atheniensium liberi ea ætate initiabantur. Et ita forte loquuntur Græci quia id primum videtur factum, postquam puerum natum curriculo ἑστίας ἢ ἑστίας circa focum, sacris, quæ Ἀμφιδρόμια vocantur, uti Hesychius, Harpocration, Auctor M. Etym. aliique docent, tulissent, vel quia ἀφ' ἑστίας propter Vestam, cui primum sacrificabatur, proverbii vicem obtinet; significatque nihil aliud, quam *ab initio*; & in lapidibus laudatis, *à prima pueritia, a prima infantia*. Exstat hæc loquendi ratio apud Aristidem; Ἀρχαῖοι ἢ ἀφ' ἑστίας ἐκαθήγετο ἢ Ἐλλάδα, id est, *a lare, a patria, a Thebis*; quia Hercules primo patriam liberavit, fecitque ne amplius Orchomeniis tributum penderent Thebani; inde Græcas, & tandem alias gentes adiit; adeo ut non satis clare Canterus vertat, *A Vestra deinde exorsus*: Idem alibi; πρῶτον μὴ ἀφ' ἑστίας ἀρχαῖοι ἢ ὁμονοῖαν ἐνδείξεως quibus verbis non significat *concordiam a Vestra auspiciandam esse*, sed Græcos primum a se ipsis incipere, & concordēs esse debere inter sese; quomodo Eustathius ἀφ' ἑστίας explicat ἐν τῷ κρητῶν ἀπὸ θεῶν, ἢ ἐν τῷ οἰκείων, *a propriis, a sese*: Iterum: ἢ δ' ἐν ἀρχῇ ἀφ' ἑστίας εἶναι μοι, ἢ πείθειν ἐμαυτὸν πρῶτον, id est, *ita tamen ut a me ipse* (nihil enim huc facit Canteri *Vesta inciperem*). Atque hæc loca vel ideo adduxi, ut clare pateat ἀφ' ἑστίας significare tempus vel aliud, a quo res quæpiam incipitur; nec posse verti in laudatis inscript. *initiare mysteris sacri foci*.

IX. Inter Inscriptiones Genevenses ab eodem viro eruditissimo cum accurata Genevæ descriptione edita est elegans admodum; quam addere visum fuit; si quid forte industria mea lucis ei fænerari queat.

PATRŒNO. COLON  
IIIVIR. AER. IIIIVIR  
LOCORUM. P. PERSEQUENDORUM.

Ultima dignitas Sponio est; *intendant des b<sup>o</sup>isements publics*, id est,

*curator operum publicorum.* Choquier in Antiq. Viennensibus non aliter explicat: Il fut depuis, ait, créé l'intendant des ouvriers & des bâtimens publics sous le nom de præfectus fabrum & de Ilvir Loc. p. p. Verum in dividendis inter colonos agris, erant *subsecivi*, qui habebantur juris publici, & coloniæ civitatis dabantur; cumque, ut loquitur Aggenus, *hujus juris loca plerumque proximi possessores invaderent, & oportunitate loci irritati agrum obtinerent*; creati in coloniis IIVIRI vel plures, qui curam eorum agrorum aliorumque publicorum gererent, & si qui a privatis essent occupati, restituerent in publicum; unde in alia Ins. apud Gruterum appellantur CURATORES LOCORUM PUBLICORUM JUDICANDORUM: qua ex ultima voce Goltzius in Thesauro male facit *Judicandæ*. Exemplum hujus rei est apud Sueton: *Subseciva, quæ divisis per veteranos agris carptim superfuerant, veteribus possessoribus ut usucapta concessit*: & in Ins. apud Sponium; Decimus Secundinus v. c. proconsul Curatoribus & Defensoribus (non recte Decimus vocatur *Curator & Defensor*) Ammissensium Salutem dicit, eosque hortatur, ut NULLA INVADENDI PUBLICUM RELINQUATUR OCCASIO; adeo ut non absque ratione ejusmodi Magistratus in coloniis fuerint. Utque tandem rem furto ablatam, servum fugitivum *persequimur*; ita & IIVIRI recte possunt dici *loca persequi*; quæ ab aliis occupata sunt.

Ins. 4.  
Pag. xcv.

X. Existat apud Gruterum elegans marmor, de quo nihil monerem, nisi viderem virum non ineruditum graviter in eo explicando lapsum esse.

HORTORUM. CUSTODI. VIGILI  
CONSERVATORI. PROPAGINIS  
VILLICORUM.  
DUM. TUA. POMIFERUM. CUSTODIA. PROTEGIT. HORTUM  
TERROR. ET. INFESTIS. FURIBUS. INGUEN. ERIT.  
LAMPSCIOS. MELIOR. NON. IMBUET. HOSTIA. CULTROS  
QUAM. VENIET. NOSTRA. VICTIMA. CÆSA. MANU.

C. 28. de  
Donar.

Posita hæc inscriptio est Priapo; sed qui *cultri Lampfacis* sunt non usque apertum est. Jacobus Philippus Tomasinus scribit veteres cultros splendentes ac bene terfos vocasse LAMPSCIOS, deducta origine à *λαμπάω* id est *splendo*; unde & Lampfaci urbis originem doctiores Grammatici non male nec longinimis petita notatione deduxerunt. Id ultimum facit



certe Auctor M. Etymologici; verum non utitur voce λαμπά-  
νω, quæ Græca non est, sed dicit Lampfacenis oraculum da-  
tum esse, ut ibi urbem conderent ὅπρ' αὐτῶν λάμψη; inde  
postquam fulminasset, vidisse eos locum & urbem extruxisse.  
Hæc autem Tomasini ratio mihi nunquam probata fuit; sed  
auctor hujus epigrammatis dicit; Si Priapus bene hortum ser-  
vat, furesque arcet, meliorem illi hostiam (quam *asinum* fuisse  
ex Ovidio, aliisque auctoribus constat) causam ab eo iri,  
quam Lampfaceni offerebant; apud quos natus non modo ex  
Venere Priapus, verum a quibus præcipua religione coleba-  
tur; Nam ut canit Priapeorum auctor,

C. 76.

*Mortales tibi Lampfacum dicarunt.*

Et ipse alibi urbis illius se civem nominat:

C. 55.

*Quam si perdidero, patria multabor, & olim  
Ille tuus Civis, Lampface, Gallus ero.*

Hinc est quod *Lampfacenus Deus* vocetur Servio; & *Hellepontia-  
nus Priapus* (Lampfacus enim ad Hellespontum sita) Virgilio,  
Petronio, Ovidio, Arnobio, & Sidonio: variisque nomi-  
nibus eum Lampfaceni iusigniverint, uti clarum est ex ele-  
ganti apud Gruterum Inscriptione:

P. 95.

ΙΘΥΦΑΛΛΩΙ. ΚΟΡΥΝΗΦΟΡΩΙ  
ΚΗΠΟΦΥΛΑΚΙ. ΚΛΕΠΤΟΜΑΣΤΙΓΙ  
ΕΤΕΡΓΕΣΙΑΣ. ΚΑΙ. ΕΤΔΟΚΙΑΣ  
ΧΑΡΙΝ  
ΛΑΜΨΑΧΙΩΝ ΚΟΙΝΩΝΙΑ.

Ubi gentile nomen est *Lampfacius* (x enim pro κ ponitur) Ste-  
phano omisum. Et ita *Lampfacii cultri* sunt *Lampfaceni*; non  
secus ac Martiali *Lampfacii versus*;

Lib. 9.

*Non mea Lampfacio lascivit pagina versus.*

Hunc autem præcipuum Lampfacenorum deum esse, Ve-  
nere & Baccho genitum affirmat Pausanias: Λαμψακηνὸν ἢ ἐς  
πλεὺν ἢ θεὸς οὐτὸ ἀλλῶς νομίζουσι, Διονύσου τε αὐτὸν παῖδα εἶναι ἢ Διφρο-  
δίτης λέγοντες; *Lampfaceni eum præ cunctis diis venerantur, Bacchi &  
Veneris filium dicentes*: quod ultimum etiam docent Schol. A-  
pollonii Rhodii & Diod. Siculis; non autem Strabo, ut com-  
mentatur Caspar Scioppius. Nam is Priapum facit filium Bac-  
chi & Nymphæ: Ἐπιτε τῷ λέγεσθαι Διονύσου ἢ Νύμφης ἢ θεῶν, ὁμη-  
σίν-

Lib. 9.

Lib. 13.

πάντων Ἰππὶ τῶ πρῶτον ὡπτόν τ' ἀνθρώπων: id est: *Sive venerari eum ceperunt homines, postquam dicebatur Bacchi & Nymphæ Deorum, sive, qui erant dii, filius. Ecce Nymphæ tantum, non Veneris mentio; nisi forte illa a Geographo ita appelletur, ut Juno*

Hym. in  
Def. 7.  
P. xxxix.

apud Callimachum Νύμφη Διός; Diana in Insc. ΝΥΜΦΗΑ nec non mater Evandri *Nympha Mænalis* ab Ovidio I. Fastorum. Verum tutius per *Nympham* intelligere, *Nympham Naïdem* vel *Chionem*, cujus filium Priapum esse docet Scholiastes Theocriti ad Id. primum. Ceterum revocat mihi vox hæc in memoriam inscriptionem veterem, in qua Doctissimus Sponius *Nympham Napé* se putat invenisse. Exstat ea in indice populorum Atticæ; & inter cetera hæc verba continet; ΤΟΝ ΔΕ Β

N. 174.

ΠΕΡΙΒΟΛΟΝ ΤΗΣ ΙΕΡΑΣ ΝΑΠΗΣ ΚΑΙ ΤΟΥΣ ΕΝ ΑΥΤΗ ΝΑΟΥΣ ΔΗΜΗΤΡΑΣ ΚΑΙ ΚΟΡΗΣ: *Les autres étoient, ait, dediæ, a Neptune, au Soleil, à Ceres, a Proserpine, a Bacchus, a Diane, à Pluton, à l'Abondance, & à la Nymphe Napé. Sed Νάπη significat lucum vel sylvam; dicitur Publius Licinius Priscus Juventianus, se muro sacram sylvam circumdedisse, & ἐν αὐτῇ n. sacra sylva vel ναπή fuisse templa Cereris, Proserpinæ & indeque Nymphæ Napææ vocantur Virgilio, & in Inscriptione antiqua apud Gruterum.*

L. 4.  
Geor. I.  
P.  
MLXXIV.

X. Inter Deos Deasque, qui hominibus medicinam facere putabantur fuit etiam MINERVA; Latinis eam ob causam MEDICA, Græcis ΓΓΕΙΑ dicta; de qua multa monere possem, nisi viderem pleraque observari Joanni Henrico Meibomio ad Jusjurandum Hippocratis. Sed tamen visum fuit ea adjicere, quæ ipsum fugerunt, ut pluribus elegans deæ cognomen illustretur: MEDICA igitur non modo celebratur p. Victori, sed etiam in lapide antiquo:

Insc. 3. P.  
MLXVII.

MINERVÆ MEDICÆ  
CABARDIÆ  
VALERIA. SAMMONIA  
VERCELLESIS. V. S. L. M.

Insc. 81.  
& 98.  
Clas. xi.  
P.  
LXXXI.  
P.  
MLXI.

Et in binis aliis apud Reinesium Virum Clarissimum. Hanc ob causam alibi MINERVA MEMOR dicitur INDULGENTIA MEDICINARUM COELIAM JULIANAM INFIRMITATE GRAVI LIBERASSE; & CAPILLOS RESTITUISSE eandem legimus, AURESQUE ARGENTEAS illi fuisse suspensas. Quarum In-

Inscriptionum illam nescio quare supposititiam existimet esse Boxhornius; in hac vero quare vir doctus rescribat INAU-RES; cum gentiles videantur, partes corporis, quæ sanatæ erant sive argento, sive aliâ materia factas, diis in signum gratiarum oblatas, in eorum templis suspendisse. Sic & MINERVÆ propter sanatum Patrona gratiæ referuntur, in Inf. veteri Græca

ΑΘΑΝΑΙΑ Ι ΠΟΛΙΑΔΙ  
ΧΑΡΙΣΤΗΡΙΟΝ  
ΥΠΕΡ ΤΗΣ ΤΟΥ ΠΑΤΡΩΝΟΣ  
ΩΤΗΡΙΑΣ

Hinc Lucianus fingit Mercurium proclamare, ut singuli dii rebus suis sint intenti, nec Minerva rem medicam, nec Æsculapius oracula, nec Apollo omnia curet: ἢ μήτε, αἰτ, ἢ Ἀθηνῶν ἰατρῆς, μήτε ἢ Ἀσκληπίου χειρσμηθεῖν, μήτε ἢ Ἀπόλλω ποσῶντι μόνον ποιῆν, ἀλλ' ἐν π' ὀπλεξάμενον μάντιν, ἢ κηθαρωδὲν ἢ ἰατρὸν εἶναι: & Proclus in Timæum notat *Vaticinia & sanationes Minervæ*, quam interpretatur ille providentiam divinam, munera esse: eandemque ob causam arbitror Alex. Magnum opera Philippi Acarnanis periculosissimo morbo liberatum *Æsculapio & Minervæ ludos celebrasse*, apud Curtium. Neque tantum sola hæc dea, verum etiam alii, licet medicæ arti non præfuerint, *medici fuerunt appellati*. Neptunus enim in insula, cui nomen Tenos, ὁ Ἰατρὸς cultus fuit, teste Philochoro, quem illustrat Tristanus, apud Clementem Alexandrinum, Jupiter apud Lucianum conqueritur se olim omnia fuisse, μάντιν ἢ ἰατρὸν; sed postquam Apollo apud Delphos oraculum constituit, Æsculapius Pergami officinam aperuit &c. ipsum contemni cœpisse. SALUTARIS idem vocatur in Inf.

In Decr. Conc. f.

T. 2.  
P. 417.  
T. 3.  
P. 374.  
In Icar.

S. P.  
M L X V.

JOVI  
SALUTARI  
ULPIANUS  
GRAVI. INFIRMI  
TATE. LIBERATUS.

& Σωτήρ Aristidi ἐν νόσοις ἢ πάσι καιροῖς βοηθῶν. ISIS SALUTARIS, in alia apud Sponium occurrit

Orat. 1.  
Ar. Ign. D.

I. S. I. P. D. M.  
 ISIDI. SALUTARI  
 PRO. SALUTE. Q. VERGILI  
 MODESTI. CASSIA. MAT.  
 V. S. D.

Insc. 15. p.  
 LXXXIII. quod cognomen etiam apud Gruterum exstat; quanquam inficias ire nolim, eam ab aliam causam, v. c. quia navigantium curam gerebat, ita posse appellari. Sic & SILVANUS SALUTARIS in Inscr.

SILVANO. SALUTARI  
 L. MANLIUS. SATURNIUS  
 EX. VISO. POSUIT.

qui & ita vocatur in alio lapide apud Donatum l. 3. Ro. Ant. Et magnæ Matris effigies in pulcherrimo æreo nummo Faustinae Antonini Pii filiae, cum hac epigraphe MATRI DEUM SALUTARI, Leonibus inclyta conspicitur, teste Claudio Menetrio in Expositione Statuæ Dianæ Ephesiae. Quin & Hercules medicinam Messanae exercuit; τῆσδε, ait Aristides, ἐν Μεσσηνίῃ τῆς Σικελίας νόσον τε ἀπισσῶν ἐκλύει; indeque Æsculapius cognominatus est; Idem; *Quod si vera est Thasi seu Macedonis hostis opinio, qui præcætem a me compositum visus est sibi quondam canere, cui accinebatur Ἡ Παιάν Ηρακλῆς Ἀσκληπιῆ, Ἰορᾶαν Hercules Æsculapi, pulchra erit ista quoque Callinici (i. Herculis) cum Servatore (i. Æsculapio) conjunctio.* Sed ut tandem ad Minervam redeam, cognominatur illa CABARDIA, a loco, uti arbitror; unde & alibi, CABARDIACENSIS appellatur;

8. p.  
 LXXXI.

MINERVÆ  
 CABARDIACENSI  
 MARIA. C. MARI  
 UMBRONIS. F.  
 V. S. L. M.

Qui tamen locus num in Italia fuerit, quia Trebiæ & Placentiæ lapides inventi; an vero alibi; ac inde in Italiam illatæ Inscriptiones istæ sint, numque aliis auctoribus memoretur, fateor me ignorare: nisi quod videam Doctiss. Reinesium NABAPDAH huc, nescio quo jure, referre, in Inscript. vetustis.

XII. Gruterus inscriptionem e Pinelli schedis exceptam & elegantem edidit:

E. 334.

FLAMMA. SIC. VIX. AN. xxx  
 PUGNAT. xxxiiii. VICIT. xxi  
 STANS. viiii. MIS. iiii. NAT. SRVS  
 HUI. DELICATUS. COARMIO. MERENTI. FECIT.

Thomas Reinefius, vir Doctissimus pro SIC. leg. SEC. & <sup>Ep 44. ad Daum.</sup> exponit SECUTOR. PUGNAT ipse est *pugnauit*, vel *pugnatum* NAT. SRVS, natione Syrus; ex HUI. facit HUIC: additque DELICATUM etiam fuisse e grege Secutorum, non secus ac Flammam, & inde se COARMIONEM appellare. Hæc quamvis omnia probem, restare tamen præcipuum arbitror; quare n. addatur STANS VIII: quod mihi equidem elegans & significare videtur gladiatorem hunc novies *stantem* vicisse. Secutorum, ut docti docuerunt, arma fuerunt gladius, clypeus & galea; eos Artemidorus scribit *ἀρι δῶκεν*, *semper insequi*; & Isidorus Secutorem *ab insequendo retiarium* censet esse dictum. Is igitur STANS PUGNAT qui non insequitur alium, qui immobilis stat, nec mutat locum; adversarii que ictus vel corpore eludit vel clypeo avertit, vel illi in eodem loco manens alios infert; quam pugnan- di rationem non ineleganter nobis ob oculos ponit Auctor carminis ad Pitonem;

*Arma tuis etiam si forte rotare lacertis,  
 Inque GRADU CLAUSIS libuit CONSISTERE MEMBRIS,  
 Et vitare simul, simul & captare petentem.*

Nam & ita de vera militia loquebantur; unde *statarius miles*, & *hostis gravis armis statariusque* apud Livium occurrunt; qui scilicet, ut cum Plauto loquar, non cedit loco, sed *statim rem gerit*. Græci ejusmodi pugnam in qua scilicet scuto & gladio resgeritur, *σάδιον* appellant, eamque opponunt jaculationi, quemadmodum ex Homero ac Apollonio Rhodio constat nisi tamen quis censeat, præcipue apud Homerum *σάδιον* denotare *prælium pedestre*; non secus ac apud Nicolaum Damalcenum: *Δεινός τ' ἢ θήρας αἰετῶν, ἐν σάδιῳ τε μάχῃ ἢ δότῃ ἀρμα- L. 1. Exo.*  
*τ' ἢ ἰππε μάχεσθ'*; *Adhæc in venatu feras interficere, pedestri eque-*  
*strique pugna, ac de curru dimicare promptissimus habebatur*: Et ne dicam  
*statariam comædiam* opponi *motoriæ*, & esse eam, quæ non multo  
 motu atque discursu peragitur, quæ actores, ut Cicero in Bru-  
 to loquitur, habet *statarios*, *characteremque*, teste Donato, *stata-*  
*rium*;

*rium*; idem Græci elegantissime mercatores, qui nunc in hanc, nunc in illam urbem, mercium vendendarum causa com-

Orat. IV.

meant. *πλανήταις*; eos qui in una urbe manent *συνδιαίως* nominant: Themistius; *πῖνι ἐν μετ' ἀλλοακτικῶν ἐρσεφύσσον, οἱ κατήγχοι: μὲν τῷ πλανήτῃ ἢ τῷ συνδιαίῳ*: *Cuinam igitur eorum. qui in commercio versantur artificum me mei accusatores adscribunt: vagone illi atque oberranti, an in urbe commoranti*: uti optime reddit Dionysius Petavius. Inde in marmore sequitur *M I S. I I I I.* quo significat Delicatus Flammam quatuor missum esse & rude donatum, adco ut pugnaverit per vices quatuor & triginta; iisque vicerit *XXI* stans *VI I I I.* & missus fuerit quater; qui numeri in unam summam redacti priorem expriment. Erat autem laus athletæ insignis, semper rectum stetisse, nec unquam cecidisse; Græcique tales *Ἀπίώτες* vocabant, uti docet Reinesius ad Inscriptiones antiquas.

Clas. 5.  
Inf. 40.



UTILITAS  
QUAM EX  
NUMISMATIS  
PRINCIPES  
CAPERE POSSUNT.





U T I L I T A S  
 Q U A M E X  
 N U M I S M A T I S  
 P R I N C I P E S  
 C A P E R E P O S S U N T.

**S**I qui sunt, qui existimant in certissimis Magnitudinis Majestatisque Romanæ testibus, & splendidis æternæ Urbis, ita probæ notæ vetera numismata & antiqua vocare soleo, spoliis inexhaustum eruditionis & omnium antiquitatum penu reperiri, in his ego nomen meum profiteor. Semper enim statui, & multis haud absque singulari animi lætitia exemplis edoctus sum, nullum fere nummum a Græcis vel Romanis signatum esse, ex quo non, sive inscriptiones, sive humanas figuras, sive Deos, & Heroas, sive historias, sive urbes, sive opera publica, & res absque numero alias spectes, immensus fructus capi possit. Sed non est consilium mihi de his, vel de historia utriusque populi, ex illis, tanquam certissimis fundamentis illustranda, nec de dignitatibus, magistratibusve tot titulis & honoribus Successorum Magni Alexandri, & Augustorum Romanorum; nec de deorum dearumque nominibus, insignibus, aris, templis, & quæ hujus alteriusve generis plura sunt agere. Nam quamvis ejusmodi res immane quantum interserviant cognoscendæ veræ antiquitati & genuinæ, majus tamen & augustius, intentatumque aliis forte molior opus: sedetque docere, si modo quid in me artis & industriæ est, ex prisca hac ætatis memoria plurimum possite proficere, qui summæ reip. admotus es, & cujus pectus tam præclararum rerum insedit amor; vel SALUTAREM MONETAM magnum momentum adferre, ad formandum recte CONSERVATORIS & ORBIS & URBIS SUE animum. Hic dabitur tibi multorum exemplorum Liv.

in illustri posita monumento documenta intueri; hic tibi tuæque Reip. quod imiteris capies; hic foedum inceptu, foedum exitu, quod vites. Ut enim Q. Fabio Maximo, & P. Scipioni, majorum imaginibus visis, animi vehementissime accendebantur ad virtutem, mentesque suas præclarissima Romanæ Reip. lumina cogitatione tam excellentium hominum conformabant: ut Tullius Paëto proponit easdem virtutis incitamentum & præmium gloriæ; ut C. Julio Cæsari Gadibus Herculeis Alexandri statua stimulos subjecit; ut tandem Themistoclem quietescere non sinebant tropæa Miltiadis; ita ego nullus dubito, quin spectatis tot OPTIMORUM Imperatorum, Regum, Principum, Legislatorum vultibus, flamma gloriæ in pectore tuo crescat; simulque visis tyrannis, pestium generis humani & publici doloris tristium speculorum flagitiis sceleribusque exhorretas. Ut autem gentiles spurcissimæ licet caligini immersi, nihil fere publicæ vel privatæ rei aggrediebantur, nisi adhibitis diis; ut PIETATEM suam deo, cujus numini majestatique præ reliquis erant devoti, vel aris, sacrificiis, instrumentiive sacro cultui dicatis, testabantur Cæsares; ita procul dubio fateberis verum Deum ΠΑΝΔΗΜΟΝ, SOSPITATOREM, TUTATOREM, SALUTEMQUE HUMANI GENERIS primas sibi partes deposcere; nec securius te Reip. navem cujus ad clavum sedes, quam hoc AUSPICE & COMITE gubernaturum. Sic Pertinax, Macrinus, Papienus aliique Imp. fatentur se augustum fastigium; & imperium, cui totus terrarum orbis fasces submitit debere PROVIDENTIÆ; sic QUIETEM suam illi tribuunt Diocletianus & Maximianus Christiani nominis internecivo odio ardentes, eleganti scriptura, PROVIDENTIA DEORUM QUIES AUGG. sic ipsa in Constantini nummo sedet, virgamque in globum intendit, ut constaret, tellurem, non tam ab Imp. quam à Deo regi. Exclude igitur, Christiane, necessitatem, quam Milesius Thales omnia superare affirmat: exclude Diocletiani FATA VICTRICIA, quibus ipsos deos, atque adeo IOVEM. O. M. alligabant; exclude cæcam & humanarum rerum dominam, legibusque solutam FORTUNAM; exclude Epicuri pestiferum placitum, quo deus compressis manibus sedet, nullarumque rerum tenetur cura, præterquam

quam nectaris & ambrosiæ; & damna tandem omnes qui deum vel nullum esse, vel non curare humana eructant. Deus enim **CONDITOR & STATOR** mundi, te primum in locum provexit; & summo honore circumdedit; sique forte tibi imponit prava persuasio, & ferre illi acceptos titulos damnata animi perversitas dedignaris, nec tam serenæ Majestatis immensas vires, nec tuam ipse perspicias obnoxiam naturam. Convincet certe te numismatis Imp. ethnicorum inscripta **DEORUM PROVIDENTIA**, vel **ΠΡΟΝΟΙΑ**; & si hæc mutare te in melius non potest, convincent te per metalla sua Christiani Augusti. Ut enim olim Reges, qui comiter colebant majestatem Romani imperii, suis & Cæsarium vultibus signabant nummos (cujus rei illustria documenta sunt Augustus in Rhœmetalcis & Cotys Thraciæ, Mar. Aurelius in Abgari Edessæ, Justinianus in Athalarici, Anastasius in Thelæ Gothorum regum auro & argento) ita illi meliori proculdubio jure, vel cruce, vel Christi nomine, vel effigie, accepto a Justiniano Rhinotmete more, metalla signarunt; ut **REGI REGUM, RECTORI REGENTIUM** diademata sua deberi, a deo se esse coronatos, quo titulo Justinianus, Michaël Ducas, Angelus Commenus, Ludovicus Pius, aliique insignes sunt, non tam se quam **CHRISTUM** regnare, & se tandem **CHRISTI SERVOS** esse cum Justiniano faterentur. A Deo igitur Reip. admote, cum sancte etiam cole, caste adi, atque illi prima semper officia deberi existima. **PIETAS AUGUSTI, RELIGIO AUGUSTI**, licet Mercurio vel Dianæ, vel aliis eminentis numinibus devota, totidem tamen stimuli sint ad facta recta servanda dogmata, quæ Christus, Verus ille **RESTITUTOR GENERIS HUMANI**, ut titulum Gallieni huc advocem, jussit, & sanguine suo sanxit, ac rata fecit. O quam pulchrum, quam eximium, quam regium cum malo licet Principe Commodonominari **AUCTOREM PIETATIS**? O quam splendidum & magnificum cum Hadriano posse testari **SACRA esse RESTITUTA**! O auream & Imperatore dignam sententiam **TIBI SOLI REX REGNANTIUM**! Hanc olim in auro, Christi effigie insigni, scripsit Leo Flavius Isaurus; ut illum publice proclamaret omnium auctorem beneficiorum, & abjectis ejuratisque humani ingenii commen-

tis, repudiata Martyrum, Confessorum, & Sanctorum superflua veneratione, solum Deum, cujus omnia plena sunt, cujus per omnes terras tractusque maris cælumque profundum præsentissimum fertur numen, absque interpretibus, absque primæ, secundæ, tertiæ & interioris, ut sic loquar, admissionis amicis, prout sanxerant anilia philosophorum gentilium placita, colendum esse providentissime statueret, doceretque quotidiano usu cives suos. Si igitur tanti habitæ ethnicis **PIETAS** adversus Deum, ut ea nummos percussissent; si Apostolus Paulus laudare non dubitat aliquo modo Atheniensium in diis colendis studium; si Ecclesiæ non minimum lumen Augustinus, auctum a Deo credit Romanis imperium, quod cordi illis esset, quamvis falsa religio, summumque hominis officium etsi non re, ipso tamen proposito tenerent; Si Geta **SECURITATEM IMPERII** adscripsit aræ ignitæ; si denique **PIETATE** sublata fidem ac societatem generis humani, & unam excellentissimam virtutem tolli necesse esse judicaverit summus & Consul & Orator, quanta cura tibi, cui summa in tanta luce Deus iudicium, reliquis obsequii gloria relicta, dedit, vera religio, quæ omnium rerum scaturigo est, ex qua pendet **FELICITAS** civium, mercium abundantia & **SÆCULUM FRUGIFERUM**, uti vel per suam **PIETATEM** in nummis Antonii cornucopiæ tenentem testantur gentiles, fovenda est & excolenda? Magna te non modo commoda, verum etiam laudes sequentur immensæ; personabuntque uno ore omnes per te se vivere, per te navigare, **SALVO** te **SALVAM** fore patriam, nihil te **RECTORE** Reip. triste accidisse; & denique te re verâ Θεοφιλή, quo præclaro titulo post Crœsum alii reges ornantur, esse. Nec dubito, quin te inflammaturus sit **PONTIFICIS MAXIMI** splendidus honor, quem se gessisse nummis testatur Christianus Imperator. Postquam enim raro concessit Lepidus; exemplo Augusti omnes fere Imp. in nummis non modo **MAXIMOS** se appellarunt **PONTIFICES**, verum etiam multa fecerunt pro sacrosancta potestate. Constantinus inde, cui merito convenit in aliorum Principum fabulosa ave Phœnicæ designata **FELIX TEMPORUM REPARATIO**, & quæ ipsius in nummis fulget, **CLARITAS REIP.** quia primus Augustorum calcato dæmonum

cultu, & relictiis crassis perpetuisque quasi tenebris, cœlo  
 missam Veritatis lucem amplexus fuit; Constantinus, inquam, Euseb. 1.4. c.24. de vita Const.  
 UBIQUE VICTOR, & communis, nec ulli regioni al-  
 ligatus episcopus, se PONTIFICEM MAXIMUM dixit;  
 illumque alii imitati sunt usque ad Gratianum Principem,  
 cui propter debellatos Alemannos non immerito tribuitur,  
 REPARATIO REIP. Atque ut Christiani Augusti leges  
 de Religione, Sacris, Episcopis, diebus festis, hæreticis tu-  
 lerunt; ut indixerunt concilia; ut iis præsiderunt, & illo-  
 rum placita sanxerunt; ita tu VERE PONTIFEX ejusmo-  
 di insiste vestigiis; & utrumque sacrum foedus, veluti certis-  
 simam normam sequens, CHRISTI DOMINI DEI-  
 QUE. NATI, ac humana præcepta non minus in sua, quam  
 Judaica olim gente damnantis, voluntatem & leges tanquam  
 ΦΙΛΟΧΕΙΡΣ RECTOR amplectere; & adhibitis sacris Codicibus,  
 primæ & sanguine divino quasi respersæ Ecclesiæ do-  
 ctoribus, piis omnium judicio & doctis absque controversia  
 sæculi tui viris, si quæ hæreses nascantur, quantum Reip.  
 salus patitur, excinde & reprime. Ita igitur animatus capeſſe  
 tuto Remp. & comitabitur te proculdubio SAPIENTIA  
 PROVIDENTISSIMI PRINCIPIS Constantini; id  
 est, prudentia tam pace quam bello remp. bene gerendi; te-  
 stabunturque cives, tibi convenire celebratum principis in-  
 geniorum & doctrinæ Platonis dictum, *Beatum fore terrarum  
 orbem, cum aut sapientes regnare, aut reges sapere inciperent*; ipsius-  
 que viri venerandum & augustum vultum æquo jure tuis  
 quam Augusti, quo duce talem censuerunt statum fuisse im-  
 positum orbi terrarum, metallis inscribent. Dabitur ita na-  
 vem Reip. ipsis in sævissimis tempestatibus atque procellis re-  
 gere; dabitur, inter infestos minantesque scopulos verſe-  
 ris licet, evadere; dabitur eam instar Trajani & Severi Ale-  
 xandri a belluis & monstris liberam quieti & portui reddere  
 feliciter. Atque hanc prudentiam, ut usu longo comparare  
 sæpe obvium, ita interest civium ipsis ab initiis ea te prædi-  
 tum esse; parabiturque facili opera per exempla memoriæ ve-  
 teris, & evolvendis tot clarissimorum virorum rebus gestis.  
 Minervæ sacrata avis in Domitiani, Nervæ, Trajani, & Con-  
 stantini Nummis; ipsa dea cum Musarum præside APOL-  
 LINE, & HERCULE MUSARUM hanc viam quasi præ-  
 scri-

scribunt & inculcant. Aristoteles doctor inelytus & apex Philoſophorum, quique unus optime perſpexit quid in cognitione rerum ſalubre ſit & frugiferum; ALEXANDRO ſuo auctor eſt-evolvendi alacriter majorum res geſtas. AUGUSTUS ex utriuſque linguæ auctoribus præcepta publice & privatim ſalubria excerpit, atque ad RECTORES provinciarum aut urbis magiſtratus mittit: Baſilius Leonem filium hortatur, ut nunquam hiftoriam veterem de manibus deponat; & ita proculdubio paribus ſuffragiis damnarent ferocitatem Gothorum procerum, qui convitiis lacerare non dubitarunt Theodorici regis conjugem Amalaſuntham, quod Athalaricum filium & in ſpem florentis regni genitum, Romanis imbueret Græciſque litteris. Hac PIETATE, hac SAPIENTIA ſuccinctus, arripe etiam humanam PROVIDENTIAM; & quod maximum, dignumque ſemper ÆTERNA MEMORIA opus eſt, corpus imperii ab hoſtibus redde tutum, & exſtruce cum Diocletiano, qui non dubitat hanc curam PROVIDENTIAM vocare, munimenta. SALUTEM PROVINCICIARUM Rhenum, SALUTEM REIP. DANUBIUM appellant Poſthumus & Magnus Conſtantine; SECURITATEM PUBLICAM Euphratem forte, certe fluvium Rex Regum HANIBALLIANUS; ſignificantque iis arceri hoſtes, fluminaque non minimi momenti propugnacula eſſe. Hoc conſilio D. Auguſtus conſtitutam Principis nomine Remp. mari Oceano aut amnibus longinquis ſepſit: Hadrianus (nam quam alii invidiam dicunt, quid vetat vocare PROVIDENTIAM?) medium inter Perſas & Romanos abdicata Meſopotamia Euphratem currere juſſit; exemplumque nuper triſte patria fuit, cum Rhenus per nudas quaſi arenas fluens, & aquis orbata foſſa Druſi, Gallos in viscera ejus admifit; & murus ille immortalis, liceat ita cum Nilo Rhenum vocare, SALUSQ. olim PROVINCICIARUM tunc SALUTEM PUBLICAM fere perdidit. Ut enim ante aliquot ſæcula diviſus ad principium agri Batavi veluti in duos amnes Rhenus, qua Arenacum, Vadam, Trajectum, Caſtra Albiniana, & Lugdunum prævehitur, omnem traxit aquarum molem; & qua ripam Gallicam Vahalis radit, licet latior, placidior fluxit tamen; ita nunc hujus violentia formido & horror accolarum eſt curſuique rapidiſſimo

vix obiecti magnis sumptibusaggeres resistunt: ille ægre undas suas propellit; sive eam calamitatem introduxit arenis vallatum prope armamentarium Romanorum Rheni ostium, sive fossâ Drusiana, patris sui, ut sic loquar, undas intercipientis, sive fossâ Corbulonis, media inter Lugdunum Batavorum & Mosam fluens, sive Lecca, vel alveus, in quem disiectis mobilibus Rhenum, effudit Cl. Civilis; sive quod omnia mutare amat tempus. Sed sentiret ipse cum terris, quas ambit, nunc captivitatem suam RHENUS, pœnasque lueret dati TRAJECTUS, nisi ægre Reip. singulari Dei INDULGENTIA datus foret IMP. TERRA MARIQUE OPTIMUS, idemque LIBERATOR PATRIÆ, & CONSERVATOR REIP. quem omnibus, quæ RECTOREM ex nummis formant, dotibus, ornatum esse non sine infatigabili gaudio adspicimus & miramur. Verum ut ad propositum revertar, RESTITUTOR EXERCITUS Probus, RESTITUTA LEGIO Aureoli; EXERCITUS BRITANNICUS, GERMANICUS, ILLYRICUS, DACICUS limites muniendos firmis præsiidiis; legiones justo milite, non, sine exercitus robore, numero explendas esse te docent: NERONIS DECURSIO optimum militem exercitatum, proculque ac castris habendos, qui, ut Æmilius olim Paulus differuit, in conviviis exercitus ducunt, ubi castra locanda, quæ loca præsiidiis occupanda sint sciunt, restatur; DISCIPLINA tandem Hadriani & Antonini Pii suadet, summum tuum munus militem continere; disciplinamque militarem præcipuum decus & stabilimentum esse imperii, atque in ejus sinu ac tutela serenum tranquillumque beatæ Reip. statum acquiescere. Reddita rep. ab hostium injuriis & minis tuta, rebusque ad eum modum compositis, ut si bello lacefferis, superesse tibi vim & voluntatem palam sit resistendi, ad reip. membra viva id est cives, quorum ipse consilium, mens, & spiritus vitalis es, animum applica; utque PIETATEM erga Deum, ita amplectere JUSTITIAM erga homines, dominam illam & reginam omnis virtutis; quæ sola bonorum virorum titulos donat, quæ bellum internecivum vitis indicit, quæ pestem humani generis injustitiam donat; & ipso quasi nomine te hortatur; *Honeste vivere, alterum non ledere, & suum cuique*

Valer.  
Maxim.

tribuere. vel βουλευεῖν καλῶς ; κείνειν ὀρθῶς καὶ πράττειν δικαίως ;  
*bene consulere , recte judicare , & juste facere ;* unde olim Miner-  
 vam sapientiæ deam , Tritonida dictam esse affirmabat Demo-  
 critus. Atque ut Jovi JUSTITIA adfidere , vel ipsa Jupiter  
 esse fingitur ; ita perpetuus comes tibi & adessor sit ; exem-  
 ploque Augusti potentiam tuam instar boni RECTORIS  
 virtute hac , absque qua nec mundus , nec urbs , imo nec  
 exiguus hominum cœtus regi potest , temperantis JUSTI-  
 TIAM in æde mentis tuæ colloca. THEMIDIS olim , id  
 est , JUSTITIÆ nonnulli statuam ferri iusserunt in con-  
 cionem ; sed pulcherrimi facinoris auctor eris , si illi te ipse  
 substituas , ostendasque te jure culto , & partium dictis revo-  
 catis ad examen , vivam THEMIDIS statuam , vel , si ma-  
 vis , templum esse. Sic memoriæ proculdubio inscribes  
 æternæ , Ægyptios , dedicatis apud Thebas centum geminas  
 simulacris judicum manibus carentium , eorumque principe  
 oculis in terram dejectis , significare judicem te nec blandis  
 alloquiis , nec donis , nec litigantium personis aliquid tri-  
 buere debere. Sic aberit omnis falsa lis , atque aliena inva-  
 dendi rapendique tetra ac feralis libido. Sic ut FISCI JU-  
 DAICI CALUMNIAM SUSTULIT D. Nerva , ita tu  
 turbam gravem paci , pessimum genus hominum delatores ,  
 veluti piaculares publicæ sollicitudinis victimas cum Trajano  
 dabis tempestatibus , & Domitiani aurea verba animo inscri-  
 bes , *princeps qui delatores non castigat irritat.* Sic HONOR ET  
 VIRTUS Galbæ & Vespasiani latera cingent tua ; nemi-  
 nem nisi vel toga vel sago benemeritum provehes ; verissif-  
 simum Platonis placitum , *Remp. duabus rebus contineri præmio  
 & pœna ;* nec non Antisthenis verbum esse censebis ; *nullam  
 rem citius civitatem pessum dare , quam neglectum bonorum & malo-  
 rum discrimen.* Ut enim , cujus benigna luce recreamur , Sol  
 iisdem radiis cœnum durum reddit , & ceram liquidam , ita  
 eadem dextra , digna bonis præmia , pœnas impiis repende ;  
 ut umbra corpus , quamcunque se in partem flectit , sequitur ,  
 ita honor VIRTUTIS perpetuus sit comes ; utque Romæ  
 nemo templum Honoris ante calcatam potuit ingredi ædem  
 Virtutis , ita non nisi bene meritos honoribus extolle atque  
 exorna. Tot hinc Syriæ , Ægypti , Parthiæ , aliarumque  
 terrarum reges SOTERES & EVERGETÆ , quid aliud



te divinos istos titulos veluti speculum inspicientem docent, quam ut nobilissimo ardore mentis, & clarissimo animi impetu feraris ad Augusti & aliorum Impp. Augustum symbolum **OB CIVIS SERVATOS**; habeasque semper ante oculos Titi Vespasiani memorabilem vocem, qua usus est, cum in neminem vel uno die fuisset beneficus, *Amici, diem perdidisti*; sive, ut loquitur Theodosiani temporis, & oris disertor orator; *ήμερον σὺν ἑβασίλευσα; οὐδένα γὰρ εὖ πεποίηκα?* Digna sane sententia, quæ non argenteis, non aureis, sed adamanteis litteris scripta palatii tui frontem exornet; nec quicquam magis te inflammare debet ad gloriam **SERVATORUM CIVIUM**, & splendidum titulum **EVERGETÆ**, quam tanti Impp. quorum alter **PACEM ORBI TERRARUM** dedit; alter diem perdit, se purpura & imperio exuit, quando beneficium collocavit apud neminem. **CLEMENTIA** igitur, quæ in Vitellii & Albinii nummis conspicitur, quæ **PIETATIS** nomine venit; quæ tam excelso ponitur loco, ut ob eam Antoninus **PIUS** vocatus sit, & Poëta non dubitet canere

*Sis PIUS imprimis: nam cum vincamur ab omni*

*Munere: sola deos æquat CLEMENTIA nobis,*

te summopere decet; felixque eris, si tua illustrat tempora, **CLEMENTIA TEMPORUM**, quam Tacitus adhuc sibi vindicat hodie. Sic **CLEMENTIA** in Vitelli, & C. Julii Cæsaris ante se habens olivam paciferam, & **ΚΡΑΣΙΣ** cernitur in Othonis nummis, **MODERATIONISQUE ac CLEMENTIÆ** famam usque adeo affectavit Tiberius, ut tam illustribus symbolis æra signaret; licet foret sævitæ im-

Tacitus.

mensæ, nec cum fortuna nec solitudines protegerent, tormentaque pectoris & suas ipse poenas fateretur. Sed ecce tibi cum **PIETATE** sua Matidiam Augustam infantibus manus imponentem. Quid quæso illa aliud ob oculos ponit inspicienti, quam summum decus tuum esse, curam pauperum & pupillorum seriam habere? D. Augustus egenis, minoribusque **XI. annis** pueris congiaria dedit frequenter; Nerva **PLEBEI URBANÆ FRUMENTUM CONSTITUIT**; Trajanus **ALIMENTA ITALIÆ** dedit; Hadrianus adjecit incrementa piæ liberalitatis, idque **HILARITAS** comitata binis infantibus, cornucopiæ & palmam tenens vide-

tur significare ; Antoninus Pius PUELLAS FAUSTI-  
 NIANAS, M. Antoninus NOVAS instituit ; & te exem-  
 plo suo quasi incendunt ad colendam PIETATEM omni-  
 bus laudatam gentibus. ÆTERNA certe nomen tuum se-  
 quetur gloria, si non alimenta modo statuas pueris puellisque,  
 sed eos in uno etiam loco alas. Jam enim inde ab infantia  
 parentem te publicum experientur, discentque ipsi agere cre-  
 scendo bonos cives ; & splendidam hanc LIBERALITA-  
 TEM tuam, non modo in viros transcripti dignis celebra-  
 bunt laudibus ; verum si forte ingrati animi veneno fuerint  
 afflati, nec voce laudare velint nunquam satis laudatam IN-  
 DULGENTIAM ; compositi mores, vera pietas, ipse de-  
 nique incessus loquentur, te cum Nerva parvulos recipien-  
 tem foventemque veram esse TUTELAM, ut hoc nomen  
 omni alii regioni aptem, ITALIÆ. Istam in alios cives  
 PIETATEM Hadriani LIBERALITAS ; Augusti, Tra-  
 jani, Severi CONGIARIA ; Galbæ QUADRAGESI-  
 MÆ REMISSÆ ; Hadriani RELIQUA VETERA HS.  
 NOVIÆ ABOLITA, & VEHICULATIO ITALIÆ  
 REMISSA ; Tiberii CIVITATES ASIÆ RESTI-  
 TUTÆ, hodie etiamnum celebrant, & te veluti admo-  
 nent, miseris & egenis auxilia ferri civibus deberi, vectiga-  
 libus, si modo temporum patitur conditio, populum atte-  
 rendum nequaquam esse. Et ut tot præclari vultus ad LI-  
 BERALITATEM, INDULGENTIAMQUE calcar ad-  
 dunt, ita iidem populum accendent ad liberali manu, & be-  
 nevolo animo subveniendum Reip. cum sciant & CHRIS-  
 TUM olim viso Tiberii numismate, sycophantis Judæis  
 dixisse, *Date Cæsari quæ Cæsaris sunt* ; & quotidiana experien-  
 tia doceat, neque quietem gentium sine armis, neque arma  
 sine stipendiis, neque stipendia sine tributis posse haberi. RE-  
 STITUTA insuper MONETA & ÆQUITAS AUGU-  
 STI lances æquas tenens, quid suadet aliud, quam non  
 modo in rebus omnibus, verum etiam in ponderibus & men-  
 suris, quæ falsa Deus ipse poena, quam impiis in parentes  
 infligit, sancita abominatus est, servandam ; neque acerbum  
 MONETÆ, quæ quam gravissimum bellum plus nocet  
 propter divortia commerciorum, adulterina, exactorem esse  
 debere. Sic cum novas deterioresque nummorum formas  
 in-

Tacitus.

invenisset Heliogabalus, eas omnes dissolvit Severus, & ob  
 præstitum tam singulare orbi Romano beneficium **RESTI-**  
**TUROR MONETÆ** audiit; tantique hujus rei cura mo-  
 menti semper visa est, ut Numerianus **SACRAM** nummis  
 inscripserit **MONETAM**. Sed præcipue, quantum conniti  
 animo potes, quantum labore contendere, fac ut similis sis  
 legum, quæ ad puniendum non iracundia, sed **ÆQUI-**  
**TATE** ducuntur; & cum causam vel rei vel actoris æquam  
 esse judicas, Curionis, *vincat utilitas*, veluti-certissimam pe-  
 stem fuge. Hæc **ÆQUITAS** jubet, ut non modo alteram  
 partem audias, verum ponas etiam amici vel inimici perso-  
 nam, postquam induisti iudicis; sique forte plures in Rep.  
 ordines sint, commoda eorum defendas, non divellas; atque  
 omnes eadem contineas **ÆQUITATE**; quam summam rati-  
 onem & sapientiam Solon olim secutus, tanto temperamen-  
 to egit, ut ab utroque ordine parem gratiam referret. Atque  
 hic est ubi locum sibi **PATIENTIA**, si modo ita explicanda,  
 Hadriani deposcit; quippe quæ docet audire, omnium desi-  
 deria magnæ **ÆQUITATIS** & indolis, fastidium & iram in-  
 fra te esse debere. In **CEREREM** hinc, **UBERITATEM**  
 & **ANNONAM AUGUSTI** tanquam speculum, inspicere; & magnam  
**PROVIDENTIÆ** humanæ partem esse existima, alimenta  
 populo curare pretio salubri; & simul civibus tuis tribue  
**DONA GALLIENI**. Mercurius est, comitatus cane,  
 crumenam gerens & caduceum; illudque ænigma procul du-  
 bio completitur munimenta reip. nervos belli, **HILARI-**  
**TATEM** & **FELICITATEM TEMPORUM**, vel, ne te  
 diutius suspensum teneam, pacem & mercaturas: pacem  
 caduceus, mercaturas Mercurius negotiationibus lucrisque  
 præpositus Deus, **NEGOTIATORQUE** eam ob causam & INS.  
**CENSUALIS** dictus, crumena lucrum & divitias, canis  
 vigilantiam designant; docentque ut mercatorum propria  
 est vigilantia, utque illi lucris licitis (neque enim aliorum  
 auctor esse potest deus) rem augent optime; ita tuum esse  
 munus, pacem civibus largiri; atque in id unum præcipue  
 incumbere, ut in viscera Reip. orientis atque occidentis  
 gazæ, Erythraei & Glacialis Oceani splendida advehantur  
 spolia; & deportentur in omnes terras. Beneficium populo  
 R. ab Augusto, **QUOD VIÆ MUNITÆ SUNT**, præ-

stitum; VIA MUNITÆ Claudii; VIA TRIANA, VIA ROTABILIS ejusdem; NILUS in Adriani, MELES in Sabinæ nummis cornucopiæ tenentes, in quam rem enitendum tibi sit, ut commercia floreat, clarissime docent. Beabis scilicet remp. tuam, si singularem viis in regionibus terrestribus curam, singularem portubus, (cujus curæ insigne exemplum est PORTUS OSTIENSIS AUGUSTI Neronis, & PORTUS TRAJANI, quo OPTIMUS ille & PROVIDENTISSIMUS PRINCEPS accessum Italiæ tutiorem ex sua pecunia reddidit navigantibus) singularem, inquam, portubus in maritimis adhibes; & manibus pedibusque anniteris, ut fluvii navigabiles non modo SECURITATEM PUBLICAM, verum etiam præstent parvis sumptibus omnium ABUNDANTIAM rerum. Ita disposito & ordinato reip. statu, optimo jure nummis inscribes SÆCULI FELICITATEM; vel figuram tenentem caduceum & cornupæ, vel Fortunam puerulum blandientum genibus habentem impositum. Interioris enim hæc ænigmata sensus sunt, quam prima apparet fronte. Nam quemadmodum caduceus & cornucopiæ designant pacem, quæque ex ea originem suam habet, omnium rerum, quibus utimur & fruimur, copiam; unde & olim Cephisodorus Athenis fecit simulacrum Pacis tenentis Plutum; ita FORTUNA SALUTARIS, vel, ut relictis gentilium nugis loquar, DEUS OPTIMUS MAXIMUS, qui vere humanarum rerum regimen obtinet, tribuet non Plutum a Fortuna gestatam, qualem olim Xenophon Atheniensis & Callistonicus Thebanus fecerunt, verum opes atque gazas civibus tuis, adjicietque Hadriani in nummis laudatam BEATAM TRANQUILLITATEM. Quod si forte exemplo tot Augustorum consortem imperii existimes è Rep. esse; CARITAS MUTUA, PIETAS MUTUA, AMOR MUTUUS, CONCORDIA AUGG. vos inflamment ad amplectendam tanti momenti & reip. utilissimam virtutem. Ut enim nec quod nos regit cœlum, nec quam calcamus, terra, absque concordia, quam semel jussit & præscripsit Deus, stare potest, ita nec regnum sine ea neque resp. Jam olim Numidarum Rex Micipsa filios monuit, CONCORDIA RES PARVAS crescere, discordia maximas dilabi; sententiæque illi multum se debere

Ins.

Sall.  
Sen.

debere jactavit Augusti gener Agrippa. Hinc **CONCORDIA** gubernaculum tenet, quia ut navis absque eo, ita nec resp. absque concordia regitur; tenet cornucopiæ, ut ostendat, sese præstare abundantiam, fontemque esse certissimum & scaturiginem omnium rerum quas cives jure sibi deponere queunt. Mente tam divinis quam humanis artibus instructa præditus, tot præclarissimis dotibus ornatus, quid non præstabis civibus tuis? **SÆCULUM** proculdubio **FRUGIFERUM & FECUNDITATEM** Albini; **LÆTITIAM FUNDABIS** cum Tacito; **OPTIMUS PRINCEPS** cum Trajano & Severo; **AMPLIATOR CIVIUM** audies cum Pio Antonino; omnibusque regionibus **ADVENTUS** tuus, ut Severi Septimii, erit **FELICISSIMUS**; ac ni caliginem veterem, sordidasque superstitiones, pretiosissimo sanguine suo delevisset Christus, **ADVENIENTI** tibi aras incenderent, vina funderent, & thura primis digitis sacræ injicerent flammæ. Nihil erit, quod te loco movere, vel imperium concutere queat. Si bella oriantur, & male fidos vicinos times, **LEGIONES RESTITUTÆ, PIETAS, FIDES, CONCORDIA MILITUM, VIRTUS EXERCITUM**, limites singulari **PROVIDENTIA** muniti regiones tuas facile tutas præstabunt. Bella sume, expeditionique te accinge, non **AUSPICIBUS DIIS** Baccho & Hercule, ut Severus, non **SOLE INVICTO COMITE**, ut Maximus, non **HERCULE COMITE** ut Maximianus, non **APOLLINÆ PROPUGNATORE**, ut Valerianus, sed **GLORIA ORBIS TERRARUM**, ut verissime in nummis vocatur Christus, auspice & comite; **OBSEQUENTEMQUE** magis **FORTUNAM** experieris quam Pius Augustus; **MANENTEM** eam cum Commodò senties, & meliori jure tibi **BONUM EVENTUM** spondebis quam Galba, vel Vespasianus vel Geta; habebisque tandem comitem **INVICTAM VIRTUTEM** Caracallæ, & Trajani **VIRTUTEM ET FELICITATEM**. Concipe **SPEM BONAM** cum Pescennino Nigro; **FELIXQUE** non secus ac Severi erit **PROFECTIO** tua: Te flumina trajicientem cum Gordiano Victoria alata, & coronas gerens, quasi jam de hostium clade certa sequetur; & victorem eadem cum Treboniano Gallo reducet; milesque spoliis hostilibus  
onustus,

onustus, & LIBERTATI CIVIS celebrabunt te cum Severo INVICTUM, ingeminabuntque Jo triumphæ, vel Jo SATURNALIA, qua lætitiæ nota Claudii nummi insignes sunt. Perpetuus tamen expeditionum tuarum COMES sit, non tam MARS PROPUGNATOR, quam MINERVA VICTRIX; id est, non cæco impetu, & inconsiderato, furiis quasi incitatus prælia sume; verum ardorem illum animi vigoremque corporis ratione tempera atque arte militari; facque ut non extra te positus videaris, sed in periculis etiam & ducis optimi, & militis fortissimi munere fungaris; quod longe securius esse significat proculdubio Maxonii senis Pallas pro Græcis victoribus; & ejusdem Mars *à Sévère* pro Trojanis stans triumphatis. Atque quemadmodum ALAMANNIA & FRANCIA devicta GAUDIUM fuerunt Constantino imperante ROMANORUM, ira debellatis ex hostibus sentiet populus tuus LÆTITIAM, & FELICITATEM Hadriani Clodiique Albinii tenentem cornucopiæ ac caduceum; spondebit sibi SECURITATEM PERPETUAM & LIBERTATEM PUBLICAM (nam & sub Bono Principe LIBERTAS est, nec angustiis rerum terminis illa concluditur) esse a te tanquam a D. Nerva RESTITUTAM: quemadmodum præterea DACIA CAPTA, ARMENIA, & ASIA RECEPTA indicia sunt FELICITATIS TEMPORUM, ita patria defensa, calcataque hostes eandem præstabunt, & loquentur te cum Constantino UBIQUE VICTOREM, DOMITIOREM, EXUPERATOREM, si non BARBARARUM & OMNIUM GENTIUM cum filio ejus Constantio, at saltem earum, quæ te bella sumere coegerant: & sic PACEM FUNDABIS, & præclara elogia titulis adscribes tuis TERRA STABILITA, PACI PERPETUÆ, quorum illud in hoc in Augusti nummis conspicuum est. Hinc igitur ubi felicior dies affulget, & dulce nomen PACIS TUÆ civium aures mulcet atque animos, inprimis VICTORI CONSERVATORIQUE DEO gratias habe; atque ad hoc PIETATIS officium te gentilium etiam exempla incendant. Non dicam tot Romanorum duces victores, vota nuncupata Jovi in Capitolio cæsis & victimis & hostium ducibus solvisse; Trajanum mihi vide, OPTIMUM illum PRINCIPEM, qui

qui arcum triumphalem I. O. M. inscripsit; vide mihi Albinum, qui VICTORIAM JOVIS esse testatur. Exemplum tuum populus sequetur omnis, utque S. P. Q. R. PRO SAL. ET RED. CÆS. I. O. M. VOTUM PUBLICUM SUSCEPIT, ita ille Christo vere OPTIMO, vere MAXIMO. vota non casis victimis, sed precibus & gratiarum actionibus persolvēt. Hinc Hadriani exemplo, RESTITUTORIS urbium, quas belli calamitas afflixit, titulum para; ut ita patriam non secus ac Galba ROMAM possis vocare RENASCENTEM, & cum Vespasiano illi dicere RESURGES. Sic veluti de cœlo missum te intuebuntur omnes propter SECURITATEM, cujus auctor es, PUBLICAM & FELICEM TEMPORUM REPARATIONEM: sic non SPES FELICITATIS ORBIS cum seniore Philippo, sed ipsa FELICITAS, & cum Posthumo, propter debellatos, totidem reip. tuæ monstra, hostes, & pacem datam, HERCULES PACIFER: cum Tito amor & deliciae, neque enim quicquam aptius ad firmandum imperium, quam diligi, nec alienius, quam timeri gentis tuæ diceris; sic denique ut Carthago se FELICEM vocat SALVIS AUGG. & CÆSS.; ut Romani convaluissē credentes Germanicum gratulantes concinebant, *Salva Roma, salva patria, salvus est Germanicus*; utque in theatro quondam clamatum fuit,

*Lætare incolumis Roma salvo Principe:*

ita paribus gaudiorum signis illa ovabit, VOTAQUE DEO, quacunq; in regione fueris, faciet PRO SALUTE, FELICI PROFECTIONE, REDITU, INTROITU: & SEN. POPULUSQ. tuus, tibi non secus ac OPTIMO PRINCIPI PIO felicibus singulorum annorum auspiciis precabitur lubens merito ANNUM NOVUM FAUSTUM FELICEM. Verum enim vero, ut PAX absque fœderibus non sancitur, ita patere, ut hæc tibi ante oculos ponam, veluti certissimum vinculum societatis humanæ. Illam igitur licet cum inferiorum longe virium hoste, licet cum diversæ religionis, imo pessimæ superstitionis hominibus percussa sit, serva diligenter. Cogita non modo FIDEM PUBLICAM designari in Vespasiani nummis per binas manus tenentes caduceum atque fruges, & ita illam causam atque originem esse PACIS diuturnæ atque ABUNDANTIÆ;

verum etiam Sabinos & ROMANOS medio sacrificio pacem jungere, & Deum testem, adhibere; illum esse vindicem ultoremque scelerum ac perjuriorum, illi non hominibus imponi; illius majestatem non principis, quem fallis, dignitatem lædi. Nunquam animo pestiferum Constantiensis Concilii placitum, *Hæreticis non esse habendam fidem*, sit infixum; Barbaris, Scythis, Turcis & Tartaris, tam portentosa opinio- num monstra relinque. Et licet male feriat homines te ad rumpendas leges pacis incitare conentur; tu tamen instar SOLIS INVICTI, cujus cursum nec spurcissimæ flectunt tempestates, nec horrida ventorum vis, ne flectaris unquam à recta via; illosque veluti inimica requiei tuæ & deo exosa animalia expelle. Sed ut vela contraham tandem, hæc omnia tibi JUSTITIA, ÆQUITAS, PIETAS erga cives, innocens ac simplex animus, RELIGIO, & ille, qui in nummis conspicitur cruci affixus cum verissimo elogio; ΚΟ- ΣΜΟΥ, ΤΟ ΑΤΤΡΟΝ. ΑΙΜΑ. ΤΟΥ. ΘΕΟΥ. *Sanguis Dei, mundi redemptio*; cujusque femori, quem morem statua etiam gentilium servant, inscribitur REX REGUM, DOMINUS DOMINORUM, tribuet larga & liberali manu. ΕΝ ΤΟΥΤΩ ΝΙΚΑ Constantinus olim flammantibus sideribus scriptum non sine sacro horrore adspexit; nec cruci victoriam, sed ipsi Christo (ut indubitata nummorum, in quibus verba illa cingunt primas Divini nominis literas, fides singulari testatur cum inspicientium voluptate) adscripsit; & *transversa X litera summo capite circumflexo Christum in scutis notavit*. Ille igitur tibi conjugique tuæ tribuet CONCORDIAM FELICEM Caracallæ & Plautillæ; huicque FÆCUNDITATEM LUCILLÆ, & Antonini Pii VENEREM FELICEM. Ille non Sol dabit ÆTERNITATEM IMPERII & PERENNITATEM Severi & Gallieni, id est, munimenta & subsidia dominationis, filios; vel PROPAGINEM IMPERII, quam Caracalla & Plautilla junctis manibus exoptant: & ut in Faustinae nummo VENUS GENETRIX caduceum gerit; ita FÆCUNDITAS Augustæ conjugis tuæ PACEM & QUIETEM largietur civibus, reprimetque eorum conatus, quos vacua domus ad novas res agitandas impellit. Ille præterea, non Juliani Apis vel latrator Anubis præstabit SECURITATEM PUBLICAM: Ille certior quam

Dubito  
num hic  
num-  
mus ge-  
nuinus  
sit.

Iact. lib.  
de Mort.  
persec.  
ubi de-  
pravare  
legitur,  
circum-  
flexo  
Christo  
in . . .



quam Apollo Æmiliani vel Domitiani Jupiter, CONSERVATOR : Ille , non Capitolinus , DEFENSOR SALUTIS , SPONSOR Q. SECURITATIS PUBLICÆ ; Ille non Mars PROPUGNATOR , CUSTOS , & STATOR imperii ; Ille vere PRÆFECTUS , repudiato Severi Jove , & vere PACATOR , Sole rejecto , ORBIS ; Ille TUTATOR , LIBERATOR , INVICTUS , SOSPITATOR Q. Ille non Augustus , non Otho PAX ORBIS TERRARUM ; Ille denique , non Galba , vel Trajanus , vel Magnus Antoninus , quos sacro titulo vane ornavit adulatio , SALUS GENERIS HUMANI , tibi dabit MEMORIAM ÆTERNAM & FELICEM Divi Constantini ; ÆTERNITATEM Philippi apud cives tuos ; facietque ut GLORIA , cujus curriculum immensum est , te donet immortalitati . Hinc postquam tibi , patriaque fatis vixeris , non curus Romuli , nec Constantini , non Antinoi gryphes vel Pegasus , non Cæsarum aquila ; sed Angeli , beati illi Summi Numinis Ministri , animam humano carcere , & vinculis corporeis liberam in cœlum ferent , & ipse , in quo SPEM PERPETUAM habuisti , CHRISTUS , verus , si fas mihi ita loqui , ΖΕΥΣ ΠΑΝΔΗΜΟΣ , LIBERATOR & EXSUPERANTISSIMUS te recipiet ; CHRISTUS , quem Messiam esse in Augusti nummis signatæ PAX PERPETUA , PAX ORBIS TERRARUM olivam tenens , & SALUS GENERIS HUMANI indicant aliquo modo : quia SALUTEM ipso tempore , quo numismata percussa sunt , miseris & foedissimo superstitionis atque ignorantie cæno immerfis populis attulit ; Angeli dulcissima ac divina vocum concordia in ortu DEI DOMINIQUE NATI pacem celebraverunt , & Propheta illum *Principem Pacis* fore prædixerat ; *Pacis* , scilicet , sanctis piisque animis tantum cognitæ ; quam , ut Imp. Romani RESTITUTAM orbi suo QUIETEM vocant PACEM AUGUSTOR. ita nos optimo jure appellare possumus PACEM DEI : CHRISTUS , quem venisse JUDÆA CAPTA Vespasiani & Titi ; FISCUS JUDAICUS Nervæ utinam cæcos , & obstinatos malo suo , docerent Judæos ! cum abominatio desolationis , id est , SIGNA MILITARIA , imagines Cæsarum & aquilæ , propria legionum numina , ducibus Vitellio , Cestio , Vespasiano & Tito conta-

minaverint loca dilecta quondam Jehovæ ; spectaculum Orientis templum deletum , tot miraculis mons Sion celebris aratus ; urbs funditus everfa ; & omnis gens dura servitute maximam partem preffa fit ; cogaturque alienæ dominationis subire jugum ; quæ omnia , cum Deus , ut sic loquar *KATAIBATHES* hominem indueret , eventura , sacra oracula cecinerant , & ipse ille *AUREI PARENS* vere *SÆCULI* contumacis populi certas miseras dolens monuerat : *CHRISTUS* (repeto enim nomen dulcissimum & per quod *SALUS* parva est *HUMANO GENERI*) Ecclesiæ fundamentum , orbis terrarum securitas , Regum Majestas , & Imperantium *SAPIENTIA* tibi ascendenti manus porriget , te *RECIPIET SIDERIBUS* , & digna gratis præmia virtuti pietatique spectatæ , qua est Deus ille noster *LIBERALITATE* & *INDULGENTIA PIA* persolveret . Sic videbis humanas mentes cogitationesque superante cum gaudio *SPEM PUBLICAM* , sive calcantem annosi draconis caput *Θεάνθηρων* ; sic senties immensa cum animi lætitia securam & *BEATAM TRANQUILLITATEM* , tranquillam jucunditatem , jucundam felicitatem , & felicem æternitatem ; fruerisque *SECURITATE PERPETUA* , atque in Constantii numismatis obvia *REQUIE* , absque ullo tamen merito tuo , *OPTIMORUM MERITORUM* .




# INDEX RERUM

QUÆ

## ILLUSTRANTUR.

A.

 Cerra ex variis auctoribus, marmoribus & nummis illustrata, pag. 74

Achaia pro Peloponneso, 141

Alexander Magnus *Ἀλέξανδρος*, 5. ejus sepulchrum, 160

Alexandriæ Egypti urbis primæ vera forma, 159. & sequentibus.

Antinous effectus in formam Mercurii, Bacchi & Panis, 245, & 246

Antra diis apud antiquissimos sacra, 31

Apex sacerdotum, 139

A plustre tenet Odyssea propter Ulyssis errores mari peractos, 50, 196

*Ἀπὸ ἐστίας* proverb. elegans, 257

Apollo Musarum præses, & citharæ inventor, 30. Domesticus dictus, 279

Aquila Jovi dicata, 24

Aræ floribus coronique ornatae, 72

*Ἀρετὴ* virtus bellica, 94. Poetis, Oratoribusque præstantibus tribuitur eleganter, 95

Artemisia binæ inale confunduntur, 242

Atheniensium pueri initiabantur mysteriis Cereris, 297

Aurora alata, 177

*Ἀυτὸς* elegantissimo sensu aliis vocibus jungitur, 85

B.

**B**acchus socius Cupidinis, 173. *Ἐπέθετο* dictus, 174. num alas habuerit nonnunquam, dubitatur, 175

Barbam alebant Christiani Sacerdotes latam; acutam damnabant, utpote Cynicis propriam, 167

Batrachomyomachia Hom. opus, 46, 184, 197

Bias Priene oriundus, 135. 194

Boves Syriaci, Iudici & alii instar camelorum gibber habent in dorso, 72. Carici tuber a cervice emittens, 73

C.

**C**æruleus color deorum maris & fluviorum, 52, 184. Cæruleæ hostiæ iisdem oblatae, 53

Callisthenes præceptor Lyfimachi, 168

Capillos longos damnabant Patres, 166. in vertice constrictos habebant mulieres, 185

Capite aperto incedebant Graeci, 154. postiore ejus partem velaram habere, divinitatis signum, 209

Centauri quando, & quam ob causam in nummis sculpti, 213

Cercidas Legislator Megalop. insignis Homeri admirator, 130

*Χαίρει* doctrina & peritia, 96

*Χέρουφ*, *Χερύβειν*, 70

Chirothecas gestarunt Tragicæ & Ithyphalli, 181

Chilana, 164. fibulis constricta, 165

Chlamys Macedonica, 157 & sequentibus.

Chrysothemis Musicus, 32

Citharæ vel lyræ inventor, 30. Diis deabusque studiorum præsidibus velut insignie additur, 31. chordarum numerus varius, 33. 153

Civica corona Imp. data, 215. in fronte Palatarum ædium inspersa, 216. nunquam privatorum foribus appensa, 217. privatis tamen post prælia sub Imp. data nonnunquam, 219

Clavi vestium, 189

Comædia originem suam debet Homero, 78. repræsentatur famina, 80. puto ridere, 186

*Κίμλον* vestium, 144

Consecratorum nomina mutata, eorumque imagines ad instar deorum deorumque sculptæ & ornatae, 17, 18, 245

Coronæ dabantur Poëtis victoribus, 39, *Τυρρική* & *Τυρρική* differunt, 199. radiatis & laureatis simul Imp. insignes, 204. sacrificantes coronas gerebant, 70

Cumatilis color, 183

Cybele Turrita, 195, 199

D.

**D**eorum Dearumque nomina & insignia data Imp. & eorum axoribus, 285.

Dii varii alii fuerunt ornati, 45. Apud Ægyptios omnes, apud Græcos multi, 169 & seq. plurium insignia sæpe uni statuae data, 176. utriusque sexus participes, 227. sæpe a locis, in quibus culti, nominati, 252

Diademata inter mundum muliebrem, 156

Dialectus antiquissima specimina apud Homer. 104  
 Diana alata, 177. *Μαῦς* & *διὰ*, 270  
 Digitis duobus vel tribus thus ara injiciebant, 75  
 Discipulus & *Μαθητής* v. c. Homeri is dicitur, qui ejus ex libris doctrinam haurit, 121  
 Docti viri post mortem inflari Heroum vel deorum culti, 3, 180  
 Domestici Dii, 279

E.

**E** Ncombomata, 146  
*Ἐκφυγῆται* qui proprie dicti, 277  
*Ἐξάνθης* quale vestis genus, 181  
 Ephesia littera, 270  
 Epomis quale genus vestis, 144  
 Ethicam Homerus docet, 100  
 Et sive *Kaj*, in marmoribus & nummis saepe omittitur, 281  
 Euergeta titulus Regibus & aliis datus, 283. diis etiam, hominibusque qui deos multum venerabantur, 284  
 Eumelia, 37  
*Ἐυπέθεια*, elegantissimi & varii sensus vox, 286  
 Exomis, 150

F.

**F** Abula Philosophia veteris pars, 124  
 Facere *Ποιεῖν* pictoribus, sculptoribus, & similibus artificibus tribuitur, 133  
 Fides Orationis quid apud Oratores, 112  
 Fortuna alata, 177. Prænestina à Domitiano valde culta, 248  
 Fulmen datum Imp. Romanis, 205  
 Furia alata, 179

G.

**G** Lobi terrestri & cœlestis forma, 130, 147. Imp. Christianis illi crucem imposcere, 148. Italiae & Britanniae in nummis additur, 149  
 Gratia vestita & nuda, earumque numerus diversus, 27, 28  
 Gutturium, vas sacrificantium, 70

H.

**H** Abitus Idoli, 166  
 Harpyiarum forma, 263  
 Hasta pro diis culta, 22  
 Heroica carmina ad lyram cantata, 9, 124  
 Homeri carmina varii carperunt, 4. plurimi summis laudibus extulerunt, 5, 63, 137, 180, 200. statua ipsi posita, 6, 7. nummi vulgo ejus signaria variis populis 9. carmina illius ad lyram cantata, 9. Deus factus, 11. Sacrificiis cultus à gentilibus & Carpo-cristianis hæreticis, 12. templa meruit, 13. instar Iovis ornatus, 15, 18. diademate

cinctus, 19. umbra ejus apud inferos, 20. barbatus, 21. sceptrum vel hastam tenet, 22. *Ποικιλιότης* omnium poetarum, 37. Magniloquus, tonans, 38. ab Apolline, Musis vel Callide doctus, 62. omnium poetarum, tragicorum, comic. Satyric. Sillographorum & Epigram. dux, 63, 64, 78. Poetarum antiquissimus, 65. fabulas germanas ex multorum opinione scripsit, 65. scripta allegorice alii explicant, 66. Historicis accensetur, 67. Tragicorum & Comicorum dux, parens ac choragus, 77, 78. Poeta *αὐτὸς ἰδὲ καὶ*, 86. Rerum naturalium eximiam cognitionem habuit, 87. Mathematicis, Astrologis, & Astronomis accensetur 91. præco virtutis, 94. à variis reprehensus, 98. Philosophiæ moralis auctor, 100. multarum rerum antiquarum, ut, historiarum, nominum urbium, dialectorum variarum memoriam servat, 103. Religionem, cultum, formamque deorum docuit, 106, 107. à nonnullis eo nomine reprehensus, 108. ab aliis laudatus, 109. Theologus, 111. Oratoriæ artis & Rhetorices origo, 112. eloquentiæ fons, 113. omnium dicendi generum auctor, 114. Orator, 115. Philosophus & Philosophorum Princeps, 119. Philosophia ejus apud multos in pretio & à variis illustrata, *ibid.* omnium sectarum auctor, 121. ab aliis Philosophorum numero eximitur, 123. num fuerit Stoicus an Epicureus, an Peripateticus dubitatur, 125. Geographus, 128, 130. Cæcum eum fuisse multi negant, 129. Græciam accuratissime descripsit, 130. nomen ejus datum viris, qui in arte aliqua excellent, 135. Indi carmina ejus cantarunt, *ibid.* & 199. Hymni num ab eo scripti sint variarum, 108  
 Hyrcani Asiam minorem etiam incolerunt, 226. Illi qui Asiam majorem ad mare Caspium inhabitaverunt nunquam signarunt nummos in honorem Rom. Imp. 277

I.

**I** & H. Græcorum saepe promiscue ponuntur,  
 Ilias & Odysea inter deas relata, 29. filia Homeri, 47. utra prior composita sit dubitatum, 49. Ilias ensam, Odysea, a plustre manu tenent: raphsodi eam rubris, hanc vero recitaturi caruleis vestibus induebantur, 51  
 Indiæ populi non percusserunt nummos in honorem Rom. Imp. 224  
 Infantes vocantur in eudisti, 93  
 Interpret vox *Ἰερὸς*, denotat proque-

R E R U M.

ram & legatum , 273. Interpretes legato-  
rum in Senatu verba explicabant , 274.  
procos. & propratoribus , &c. aderant ,  
275. Interpretes sacri , vel dii , vel homi-  
nes , 276. Interpretes in conciliis apud  
Christianos , 278  
Jupiter alatus , 169. Domesticus , 278. ejus  
nomen & habitum varii Romani Imp-  
sumpserunt , 206. Medicus , 301  
Junonis nomen datum uxoribus Imp- 208.  
ca caput velatum habet , 209  
Justitia alata , 177  
L.  
Lampfacii cultri , Lampfacii versis , 298  
Laurus ante fores Augusti , 215. arbor sa-  
ridica & Apollini sacra , 250  
Lecti funibus tenti apud veteres , 140  
Luna alata , 179  
M.  
Magi multi Ephesi , 270  
Magniloquentia , 38  
Males Laconica , & Malium Cretae promon-  
torium male confunduntur , 295  
Mammis multis insignes fuerunt statuae Dia-  
nae , Iſidis , & *φύσεως* , non autem Ceresis ,  
253  
Mammosa Dea , non est multimammia , 253  
Matres Deae , 265 , 266. Matris nomen datum  
variis deabus , & quidem Virginibus Dia-  
nae atque Minervae , 265  
Margites , Homeri ex nonnullorum sententia  
opus , 80  
Mausolei vera figura , 237. sequentibusque.  
Medicina excreverunt varii Dii , 301  
Meles fluvius , Homeri pater , 8  
Memoria vel *Μνήμη* Homero sacrum facit ,  
102  
Mensium nomina data viris & mulieribus ,  
272  
Mercatores *Πλανήται καὶ ἑκαδύοι* , 304  
Mercurius Aegyptius capite castino , 245  
Mixtae artes , Dardaniae artes sunt artes Magicae ,  
270  
Minerva Victoria , alata , 171. Medica , 300.  
Cabardia vel Cabardiacaensis , 302  
Momus alatus , 177  
Montes , deorum sedes , usque sacrati , 15  
Mortuorum consecratorum , vel caelo illato-  
rum umbrae apud inferos , 20 , 21. mortui  
Charonti naulum solvebant , 235  
Musalum inventa , 26. earum numerus di-  
versus , 27. alata , 170  
N.  
Novus Jupiter , Novus Bacchus , *Νέα Ἰοὺς* ,  
*Νέα Βακχάρις* , & aliis nominibus Re-  
ges , Reginae , Imperatoresque dicti , 285  
Nox alata , 179

Nudis pedibus sacra celebrabant gentiles , 185  
Numini signati vultibus doctorum virorum  
& foeminarum ; 3. In iis nonnunquam  
Regum & Imp- Rom. nomina leguntur ,  
cum figura deum deamve , vel aliud quid  
representent , 248  
Nympharum nomen , datum etiam Junoni , &  
nuptis , 300  
O.  
Oculus Charonti pro naulo à mortuis da-  
tus , 235. excipiebantur Aegialenses ,  
236  
*ὄγκος* tragicarum personarum , 82  
*ὀγκύλη* vel terrarum Orbis Homero coro-  
nam imponit , 195  
P.  
Pannula clavata , 191  
Palla pro tunica , 182  
Pallium quadratum , 156 , & 155. absque tu-  
nica illud pueri gestabant , 184  
Pan *αἰπόλιος* , 86. bellis & armentis praesi-  
der , 246  
Panthea signa , 176  
Patagium , 187  
Pater alicujus rei vocatur is , qui illius auctor ,  
ut poeta v. c. carminum , 48  
Pax alata , 178  
Peninus Deus , 16. Penina Dea , 252  
Peplus , 145  
*Πέπλος* , 167  
Philosophia & omnium Philosophorum sen-  
tentiae originem suam Homero debent , 121  
Pia carmina Homeri , 108  
Pii dicuntur dii & homines , 286. Pietas vox  
elegantis & varii sensus tam in numinis  
quam Inscrip- & auctoribus , 288. & se-  
quentibus.  
Pileus Ulyssis qualis , 29. Illius Homerus non  
meminit , sed primus eum ita pinxit Apol-  
lodoros vel Nicomachus , 30. Pilei Laco-  
nici , Thesalici , & Arcadici , 155  
Pisus ab Oratoribus eleganter usurpatur , 112  
Platonis & Homeri concordia , 110. num re-  
cte ille hunc ejecerit dubitatum ; *ibid.* Pla-  
to alumnus & discipulus Homeri , 120. Pla-  
toni sectatores Homeri impios esse judi-  
cant , 109. Homerum rejiciunt & damnant ,  
119  
Poetae primi libros scripserunt , 55. non om-  
nia fingunt , 55. falsatores , 57. σοφοὶ &  
Sophista dicti , 117. illorum & verificato-  
rum differentia , 58. natura an arte fiant  
disputatum , 84 *αἰποδίσκοι* , 85  
Poetice prima fuit Philosophia , 118  
Priapus genitus Baccho & Venere vel Nym-  
pha , 299  
Frie-

# INDEX RERUM.

Patene urbs Ionix,	134	Tragicorum paréns, dux & choragus Homerus,	77
Faeri sacrificiis intererant, <i>66.</i> ita eleganter vocantur impetrari,	93	Tragedia viro, Comœdia fœmina repræsentatur,	80
<b>Q</b> uadrata vestes,	157	Triumphantium libri curru triumphali una vehcebantur,	204
S.		Tiunvir locorum publicorum persequendorum,	297
<b>S</b> aliorum vestitus,	182	Trojanum bellum apud Græcos initium historix,	41
Salix, Pannonix populus,	224	Tunica cucullata, 141. <i>915</i> ⊙, 143. manicis carens, 146, 180. <i>χενεδαβί</i> Tragicorum num fuerit cincta dubitatur,	183
Sapientia pro Philosophia,	117	V.	
Scribendi vetustiss. ratio in marmoribus sæpe servata,	40	<b>V</b> enti alati,	178
Sirenum forma,	263	Venus alata,	173
Socrates Homeri discipulus,	120	Verficator,	59
Somnus alatus,	178	Victoria alis carens,	170
<i>Ξεκοί</i> appellati artifices; artificibusque <i>αἰτία</i> & sapientiã tributa,	115, 186	Vinum sacrificiis adhibitum,	70
Stantes qui gladiatores pugnare dicuntur,	203	Virtus pro fortitudine, 94. poetis Oratoribus præstantibus tribuitur,	96
Statuæ positæ viris & mulier. eruditis,	2	Ulysses in mari exero, vel ut àlii censent, in mediterraneo erarit, 53. <i>Ναῦ</i> ⊙ dictus, <i>ibid.</i> pileum gerit,	29
Stola,	153	Undulata vestes,	184
Stropps, sacerdotalis infula,	138	Z.	
Stymphalidum avium vera forma,	261	<b>Z</b> ona cingebantur mulieres sub papillis,	153
Suppedaneæ statuæ sedentium,	45	Zonas quinque ex Homero sumpserunt Geographi,	130
<i>Συνεργαί</i> eleganter Græcis res dicuntur, quæ in arcum coëunt,	158		
T.			
<b>T</b> auris Iovi immolatus,	74		
Tempus alatum,	43		
Terra rotunda ex opinione Homeri,	130		
Theologi gentilium,	111		
Torulus,	139		

## E R R A T A.

Pag. 8. lin. 9. scribe *chartas*: pag. 14. l. 15. legere licet: *ari incisum inde*. pag. 26. l. 12. post *referatur* ponenda est altera parentheseos nota: pag. 31. l. 37. prima parentheseos nota ponenda est ante hæc verba, *unde* &: pag. 39. l. 3. *eleuantiã* (que) *corenam*, si *conjectura* l. 24. pro *poëtis* scribe *coronis*: p. 48. l. 31. *lexique* p. 55. l. 3. post *Ulyssis* adde; & procellis agitur vehementissimis est. p. 58. l. 31. pro *contra* le. *in super*: p. 61. l. 17. pro *scripta*, *libri*: p. 64. l. 5. *δῶπος*: p. 73. l. 1. *viuario*: p. 77. l. pen. post *laudandis* adde *vocatur*: pag. 92. l. 17. le. *circulis*: p. 97. l. 31. *hortis*: p. 32. *Gerbarum*: p. 101. l. 2. *hominum*: pag. 102. l. 4. *Proclum Lycium Diadochum* subtilis distinctionibus, quia una eademque persona est: 104. 2. 1. *notat*: 107, 25. *ille* & *Pherecydes*: 117, 33. verba parenthesi inclusa sunt Quintilian, & alio charactere imprimi debent: 119, 29. **O E N O M A V S**: 128, 8. *conatur probare*: pag. 150. in margine lege: *ad initium Catalogi*, quod vitium etiam commissum est pag. 135. alibi que 134, 27 post *ΕΠΟΙΕΙ*, adde, *occurrunt*: 142. l. pen. *Lenardum*: 155, 23. *Parrhesia*: 159, 8. *habet*: 177, 4. pro *voluerem* scr. *alatum*, l. 9. *antiquitaribus*: 216, 13. *neq. alium*: 218, 21. *munere*: 249, l. 3. *Aliono*: 253, 30. *canque*: 255, 19. pro *Iovem* scribe *Saturnum*: l. 28. *disert.* 273, 6. *Asconius*: 275, 1. *sint*: 277, 10. post *faciebant*, adde, *interpretabantur*: 287, 12; *Asylus*: 288. 7. post *Diane*, adde, *fuisse*; *illamque deæ huic templum exstruxisse*: 296. *Inscriptionibus Græcæ* planè corruptæ sunt; nam in plerisque vocibus E. pro A. positum est, & in una, T. pro Θ. Hæc sunt præcipua errata; alia forte oculos meos subterfugerunt, ut litterarum, interpunctio- num, accentuum in Græcis vocibus, nec non capitum librorumque ad oram libri laudatorum: quæ emnia rogo æquum Lectorem, ut ipse emendare velit. Mihi publicis negotiis occupato non licuit semper ea quæ edita sunt corrigere, vel quæ irrepserunt sphalmata tollere.

## F I N I S.



2579-621



4. ~~12~~ a

Collated, P. 14. S. 4. 1820

